Pag. 1077, vers. 18, στηλίτην παρὰ τῷ Θεῷ γινόμενον ὑφορῶμαι Αἰσχίνην. Horum glossema sunt ea, quæ interjecta, ἀντὶ τοῦ ἐν στήλῃ θριαμβ. ὧν ἐτόλμ. I. S. Vers. 24, ἀλλ' ὅμως. Quæ in his luculentis Eclogis leguntur, distinguenda et a capite incipienda erant secundum membra sua στηλίτην, est principium excerpti : ἀλλ' ὅμως, aliud excerptum : φθείρουσι μὲν aliud. Item nova initia illis danda erant, hoc est singula lineas suas incipere debebant. Eodem modo faciendum fuit in superioribus de Isidoro, et aliis, ubi magna illa confusio his distinctionibus discuteretur. Sic infra, vers, 41, κοινολογεῖται principium ; et vers, 44, ἄνθρωπος, aliud; et 46, δι' οὓς ἤρθη, aliud; et 49, ἀλλὰ τὸ μὲν Θηβῶν, aliud; et sic in omnibus excerptis hujus Himerii et aliorum. I. S. Vers. 10, a fin. ὑπερεφόβει τοὺς Ἑλλ. I. S. Vers. 3, a fin. οὕτω τῆς αἰσχύνης, εἰ πονηρὸς ἐξηλέγχετο. Idem.

Pag. 1080, vers. 2, οὐ λύσω τοὺς νόμους, ἔφην ἄν, I. S. Vers. 4, οὐδὲ τῷ Φωκέων αὐθέντῃ κελεύοντος ἄλλου σπένδομαι. Idem et H. St. Vers. 21, τὴν βῶλον καὶ τὸν κύαθον· γῆν καὶ ὕδωρ, Herodot. I. S.

Pag. 1081, vers. 6, φθάνουσι τὰς προσδοκίας, οὕτω Σάρδεις εἷλεν. Nam τὸ ἡγήσασθαι abundat I. S. Vers. 34. ἧς ἐνυβρίζει, H. St. Vers. 35, ὁ τῷ βασιλεῖ. Idem. Vers. 41, βραδέως ἀντὶ τοῦ τὸν τρόπον. Idem. Sed cod. H. St. βραδέως ἄρτι τὸν τρόπον τὸν Αἰσχίνου (καὶ) φυλάττεσθε.

Pag. 1085, vers. 22, οὐ πάντα I. S. Vers. 25, οὐ δὴ H. St. et I. S. Vers. eod. ταύτας γε ν. ἑ. τ. δ. προσιέσθαι I. S.

Pag. 1088, vers. 13, πλούτῳ καὶ χρήμασι οὐκ ἔστιν αἱρετή, ῥώμη τε σώματος ἀρετή. ὑπέρ. I. S. Vers. 29, Ἀναξαγόρας. Plut. in *Vita Periclis*. Vers. 31, Δημόκριτος. Philo lib. *De vita Theoret.* Idem de utroque memorat. Vers. eod. ἑκὼν δ' ἐνόσει σῶμα. Gellius lib. X, cap. 18. Vers. 41, περιεργοῦντος ἐφόλκ. I. S

Pag. 1089, vers. 3, κολάζειν ἐθέλειν I. S. Vers. 24, Ἠδίκηται. Hic incipit aliud excerptum ex argumento patris, qui interfecit filium deprehensum cum matre tanquam mœchum, quæ omnia nihil ad prioris excerpti argumentum, quo Epicurus impietatis postulabatur. I. S. Vers. 27, τῷ λαθεῖν θεραπεύει. Idem. Vers. 3, a fin. ἔξεστί μοι. Hæc ex margine in textum irrepserunt. Sunt glossema horum, ΕΞΕΣΤΙ ΜΟΙ, φησί. I. S. Vers. ult. ἀνεύθυνον. Τὸ ἔχειν idem.

Pag. 1092, vers, 17, οὐ πέπρακται ; Ἐναγὴς μοιχεία διὰ σοφισμάτων τετόλμηται, καὶ παῖς δυστυχὴς κατὰ μητρὸς ἀθλίας ἐξ ἐναγοῦς κρατῆρος I. S.

Pag. 1100, vers. 46, ὁ γὰρ πρὶν ἀνενεγκεῖν. Περὶ τοῦ ὅτι χρὴ τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖν ἐν καιρῷ ταπεινώσεως, ἵνα μὴ ἀνενέγκωσι, καὶ ἀμύνωνται M. M.

Pag. 1104, vers. 20. Idem Scaliger ἄνδρες γάρ φασιν, etc. Est enim παροιμιῶδες, et sane ita concepta fuit parœmia :

Ἄνδρες γάρ εἰσιν αἱ πόλεις, οὐκ οἰκίαι. (Senarius.)

Pag. 1105, vers. 21, l. ὅπλα τῶν κινδυνευόντων οὐ προὔβάλλετο. Nam manifeste deerat negatio. I. S.

Pag. 1109, vers. 3, ἐπὶ πᾶσαν ἰόντα γῆν I. S. Vers. 6, l. ἀλλὰ καὶ ταῦτα σιγῇ παρέλθωμεν, καὶ τῆς εἰρήνης. Omnino κἂν pro καὶ bis positum totam sententiam obscurabat. I. S. Vers. 10, τὸ μὲν γὰρ καὶ τύχης ἔργον πολλάκις· nempe τρόπαιον. Idem. Vers. ult. σφίγξας.

Pag. 1113, vers. 4, ὑπέρ σου παιδίου I. S. Vers. 5, κοσμήσας. et Πέμπει ποιπνύοντας, aut tale quid. Alioqui mendosiss. est lectio. Sane quid pro illis σπεύδει πολιτεύοντας reponam, non succurrit. I. S.

Pag. 1116, vers. 28, ὅτι δὴ μόνος τὸν Ποσειδῶνος πόθον πεπίστευται I. S.

Pag. 1120, vers. 37, ἢ ἐξεζήτησα. Ἢ ἐξήσκησα. Est varia lectio, quæ in textum irrepsit, quæ inepta est. Notum multa ejusmodi in textum irrepsisse apud auctores utriusque linguæ I. S. Vers. ult. Ἀλέξανδρος. Aliud excerptum. Vers. eod. τό τε γὰρ τῆς μεσημβρίας. Aliud excerptum, ut in sequentibus quod cola, tot Excerpta I. S.

Pag. 1124, vers. 16, μοῦσαι καὶ σκάφη ἤδη τολμῶσι. Nam illud φυγὴν irrepsit ex sequentibus. Meminisse autem debemus, fere omnia membra esse diversa excerpta, ut in superioribus attigimus. Quare frustra continuationem orationis hic requiras. Idem. Vers. 49, ἔφερον ἀγάλμασι I. S.

Pag. 1128, vers. 6, a fin. πήχεις. μικρά τινα παιδία, πήχεις οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι, Lucian.

Pag. 1132, vers. 3, Ἀφροδίτῃ. Quæ inde Κύπρις Theocr. Κυπρία et Κυπρογενής Pindaro, Κυπρογένεια Aristophani dicitur.

Pag. 1137, vers. 15, τὸ εὔκολον. Τὸ μιμητικόν, καὶ πρὸς πάντα σχηματίζεσθαι καὶ μεταβάλλειν δυνάμενον, Lucian. lib. *De saltatione*. Τὸ συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις οὐ θείως, ἀλλὰ πολιτικῶς, Syues. epist. 137.

A Pag. 1144, vers. 8, a fin. Ὅτι πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἱστόρησαν, ἀπὸ σχήματος γυναικείου. De mutatione sexus narrantur aliquot exempla cum a medicis, tum a Plinio, *Historiarum* lib. VII, cap. 4; a Joanne Joviano Pontano, lib. X *De rebus cœlestibus*, cap. 5.

Pag. 1145, vers. 23. Notetur verbum in Lexicis hactenus desideratum, προικίζειν, id est, *dotare*. Laert. προῖκα ἐπιδιδόναι. Philo, pag. 539, προικιζέτω τὴν παῖδα ὁ φθορεὺς ἄλλῳ, ζημιούμενος χρήμασιν. Epiphan. pag. 456, μὴ πεπροικισμέναι ὑπὸ τοῦ Λόγου. Atque inde ὁ προικισμός. Ibid. Horum prototypum est ἡ προίξ, *dos*; hinc θεράπαιναι προικίδιαι apud Philonem, lib. Περὶ εὐγενείας. Ἄπροικον γῆμαι, ἀπάγειν, λαβεῖν, Lucian., Athen., Laert. Vers. 29, τῷ πυρετῷ. H. St. τῶν πυρετῶν, sed illud in marg. Vers. 34, H. St. προπεσεῖν. Vers. 44, ἑρμαφρόδιτον. Ἀῤῥενόθηλυν. Naz. ἀνδρόγυνον, Lucian. γύνανδρον, Philo. Vers. 3, a fin. τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι, καὶ θυμῷ τετολμηκότι τὴν καθυποκρινομένην τὸ τῆς φύσεως ἄῤῥεν ἐσθῆτα λύσασαν. I. S.

Pag. 1148, vers. 7, ὠειδεῖ. H. St. ὁμοειδεῖ. Sed illud ad marg. Vers. 8, σύντρησίς τις. Idem. Vers. 12, δόξαι κεχρῆσθαι. Idem. Vers. 16, διότι. Vers. 29, Καλῷ. Idem. Vers. 32, παρὰ δὲ τὸν καλούμενον συριγγωθέντα, H. St. et alteram lectionem in marg. παρὰ δὲ τὸν καλούμενον κτένα, τόπου συριγγωθέντος. I. S. Vers. 51, H. St. ἀνέφυσε. Vers. 7, a fin. idem Καλλώ. Vers. ult. H. St. τύπον. H. St. 2, τόπον.

Pag. 1149, vers. 16, τοιούτου γεγενημένου. Schol. in cod. H. St. 2, et M. M. Τοιοῦτόν τι τέρας ἐφάνη κὰν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, ὃ καὶ πρὸς ἄμφω τὰ γένη ἐγνώσθη μεθαρμοζόμενον, πάσχον τε καὶ πράττον τὰ φυσικά· πλέον δ', ὡς ἔλεγε, κατεκράτει τούτου ὁ τοῦ ποιεῖν ἔρως. Εἰ δέ που καὶ ἔπασχεν, οὐ κατὰ τὸ ἑκούσιον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον. Vers. 23, τῇ μὲν γὰρ θηλείᾳ. H. St. Vers. 45, ἐξ ἁπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμένους. Fabulam de Judæis propter lepram, sive tabem, quæ corpora fœdaret, Ægypto pulsis ut veram commemorat quoque Cornel. Tacitus, lib. *Historiarum*. Vers. ult. συστήσας. Ἴσ. μισήσας. H. St.

Pag. 1146, vers. 5, καταῤῥᾶναι idem. Vers. 8, asteriscus ante ἀναγκάσας ponatur, et in marg. l. ἀναγκάσασθαι, est enim ea lectio cod. A. S. in quo coaluerunt, ut apparet, duæ dictiones in unam pro ἀναγκάσας vel (ut H. St. 2) ἀναγκάσαι προσενέγκασθαι. Cæteroquin ἀναμασᾶσθαι notæ significationis verbum, idem quod Clem. Alex. ἀναμηρυκᾶσθαι. Vers. 15, φόρους τοὺς ὀφειλομ. πραξάμενος. Synes. epist. 79, Ζηνᾶς ὁ πράξας πέρυσι τοὺς διπλοῦς φόρους. Id est, εἰσπράξας vel εἰσπραξάμενος. Vers. 11, a fin. et hic asteriscus est chalcographi culpa transpositus. H. St. φρονήσει δὲ καὶ ἀνδρείᾳ πολὺ διαφέρων. Vers. 6 a fin., τιμώμενον. Θαυμαζόμενον idem.

D Pag. 1153, vers. 4, τοῦ σύμπαντος ἔθνους. Idem. Vers. 39, γενομένας. H. St. ἐγνωσμένας; sed illud ad marginem, ut fere alibi alia. Vers. 43, H. St. περὶ τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἐθῶν τε. Vers. 4, a fin. Κάτλον. Plutarch. in *Vita Marii*.

Pag. 1156, vers. 6 a fin. ἀπολυθῆναι τοῦ ζῆν. Vita exsolvi. Vers. 3 a fin. χάρχαρον. Τὸν νῦν λεγόμενον χάραδον. Schol. H. St. M. M. Vers. penult. H. St. ἐννεακλίνου. M. M. ad oram ἐννεακλίτου.

Pag. 1157, vers. 12, ἐῤῥιπτο δ' οὖν. Idem.

Pag. 1160, vers. pen. Ῥωμαίων οἱ ταῖς εὐγενείαις. Τοῦτο καὶ νῦν γίνεται· καὶ ἱστοροῦσι τὰς πράξεις τῶν βασιλέων οἱ κατὰ γένος τούτοις προσήκοντες, εἰς ἔπαινον αὐτῶν καὶ ζωὴν τῶν ὁρώντων. Schol. M. M.

Pag. 1161, vers. 27, Μασανάσσης. Masinissa scripti omnes, et H. St. editio, Μανασσῆς, quod ut suspectum rejeci in marginem. Illud reperies apud Plutarch. in *Vita Catonis* majoris, et alibi: pro quo in Polybii excerptis, ecloga 118. Μεσσανάσσης legitur, apud Lucian. in Macrobiis, Μασσινισσᾶς. Vers. 40, υἱὸν εἶχε τετραετῆ. Idem ex Polybio narrat Plutarchus libro Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Vers. eod. υἱόν. Ὄνομα Σθεμβὰν, ὃν μετὰ ταῦτα Μιχίψης εἰσεποιήσατο. Suid.

Pag. 1164, vers. 23, ἔδωκε χώραν. Ad marg. cod. H. St. adnotatur, τίσιν. Vers. 26, ὅτι μετὰ τὴν Καρχηδονίων κατάλυσιν. Hanc belli servilis historiam, Latine a se redditam, ad calcem Diodori Sicul. H. St. impressit. De eodem vide Strabonem, lib. VI; P. Orosium. lib. V, cap. 6.

Pag. 1169, vers. 43, ἅμα τεττάρων. Notetur τὸ ἅμα cum genitivo, quod cum alibi etiam in hoc opere occurrat ne dubita, quin et supra, p. 977: vers. 11 a fin. ἅμα, Ἰωσεδὲκ τοῦ ἀρχιερέως auctor scripserit.

Pag. 1172, vers. 21, H. St. 2, Τίττος. Vers. 11 a fin., ἐβάλλετο χάρακα, I. S.

B Pag. 1173, vers. 16, πέραν θαλάττης idem. Vers. 42, ἀγκυλίων. Ἴσ. ἀγκυρίων H. St. Vers. 3 a fin., nota parentheseos tollatur post παραλυπῶν collocanda, I. S. H. St.

Pag. 1176, vers. 46, αὐλομανοῦντα. Γυναικείαις θέαις αὐλοῦντα. *Modos tibia facientem in spectaculis thymelicarum mulierum.* Nam profecto αὐλομανοῦντα tam ridiculum, quam quæ Latine reddere conatus est H. St. Quis sanus dixerit αὐλομανῶ θέαις; quis hoc intelligit? Hominem de fæce vulgi notat, hariolum et tibicinem non tragœdorum, aut comœdorum, sed Thymelicarum saltatricum. I. S. Vers. eod, βασιλεύσας, τὰς μὲν πόλεις. H. St. Vers. pen. H. St. βοηθήσων.

Pag. 1177, vers. 10, ἐπὶ προτερήματος, I. S.

Pag. 1180, vers. 3, ἐπιθέμενος τοῖς περὶ Ἀθηνίωνα, ὁδοιποροῦντας, H. St.

Pag. 1184, vers. 31, l. Ῥωμαίων ἐθῶν, I. S.

C Pag. 1185, vers. 16, l. Λευκίου Μαρτίου. Cum dicat hos consules creatos olympiade 171, ergo accidit anno U. C. 655. Atqui Fasti præferunt annum 662; septem annis discrepatur. Deest aliquid, puta Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἡ β' πρὸς ταῖς ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, I. S.

Pag. 1188, vers. 24, πολλοὺς ἐνέχουσαν, I. S. Vers. 23, H. St. Κλέπτιος, sed alteram lectionem in margine.

Pag. 1189, vers. 39, H. St. 2, παύεται. Vers. 41, H. St. Ἴσ. τῶν Καίσαρα ἀνελόντων. Vers. 7 a fin., Ὅτι τὸ τῶν ἰλλουστρίων. Illustrissimi dignitas, vel illustrissimatus, est posteriorum temporum. Itaque ridiculum putare hoc a Diodoro unquam proditum fuisse. Itaque sine dubio hæc, et quæ sequuntur, sunt sequioris et posterioris scriptoris. I. S.

Pag. 1192, excerpta e *Vitis* Plutarchi desiderantur in cod. H. St., ut et Aristidea: quare neque nos his immorabimur, cum auctores illi exstent integre editi, unde mutila nullo negotio restitui, errata corrigi possunt.

Pag. 1196, vers. 15, ἐφ' ἵππον. Ald.

Pag. 1197, vers. 23, in marg. l. Βουκεφάλαν, sic Plutarch. in *Vita Alex. Magn.* et lib. Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Max. Tyr. λόγῳ κς'.

Pag. 1201, vers. 8, τὸ Ἠλύσιον εἶναι πεδίον. De quo Lucian. Περὶ πένθους. Naz. in *Vita Basilii Magni*. Λῆρος ὁ Μίνως ἐκεῖνος καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς· οὓς ἀσφοδελῶν λειμώνων καὶ Ἠλυσίων πεδίων ἠξίωσαν οἱ Ἕλληνες, ἐν φαντασίᾳ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείσου γενόμενοι ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν, οἶμαι, βιβλίων καὶ ἡμετέρων, εἰ καὶ περὶ τὴν κλῆσίν γε διηνέχθησαν, ἐν ἄλλοις ὀνόμασι τοῦτο παραδηλώσαντες.

Pag. 1209, vers. 29, ὡς μελίττας μὲν βόες. Ideo βούπαιδες dicuntur. Vers. eodem, σφῆκας δὲ ἵπποι. Horapollo, lib. II, cap. 44. Vers. 30, κάνθαροι. Plin. lib. XI, cap. 20.

Pag. 1212, vers. 1, κόρακες γάρ. Γέγονε καὶ τοιοῦτόν τι ἐφ' ἡμῶν, περδίκων καταπεσόντων, πετωμένων ἀγεληδὸν, ὅτε καὶ οἱ ἡμέτεροι σοφοὶ ἔλεγον, ἐκ τῶν φωνῶν καταπεπτυπεῖσαι τὰ ὦτα τὰ ζῶα,

καὶ οὕτω περιηχούμενα πίπτειν εἰς γῆν. Scholion M. M. Vers. 16, Ἀριστείδου Παναθηναϊκός. Hic partim ab Aldo, partim cum aliis Aristidis Orationibus est impressus Florentiæ typis Philippi Juntæ, anno 1517.

Pag. 1313, vers. 19, Πυθαγόρου βίος. *Vitam Pythagoræ*, præter Laertium, Jamblichum, et Suidam editos, scripsit Malchus quidam, cujus πονημάτιον illustris Joan. Vincentius Pinellus amplissimo Welsero nostro misit : ut et Theophrasti Opuscula, quæ exstant, et librum Aristoteli ascriptum *De spiritu*, innumeris locis singula (excepto Malchi libello) a Daniele Furlano Cretense emendata, Latine reddita, et commentario illustrata, lucem (ut confidimus) aliquando visura. Vers. 9, τῶν δὲ Πυθαγόρου. Hæc totidem verbis leguntur in scholiis Græcis ad Idyllium Theocriti 14. Vers. 31, ἔξωθεν ζηλωταί. Scholiastes Theocriti ἔξω ζητηταί mendose; illud etiam Suidas. Vers. 9 a fin. Ὁ δὲ δέκα, σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν. Δεκὰς γὰρ δυνάμει ἐστὶν ἡ τετράς, ἀπὸ τῆς μονάδος εἱρμῷ κατὰ πρόοδον συντιθεμένη. S. Maximus lib. *Mystagogiæ Eccles.* pag. 26, edit. August. Vers. 5, a fin. τῇ ὁμιλίᾳ, τῇ πρὸς τοὺς θεούς. Plutarch. lib. *De superstitione*, ὁ Πυθαγόρου λόγος, ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες. Vers. seq. προσιόντα. Al. προσιόντας.

Pag. 1315, vers. 31, ἡ δὲ ἀκοή. Hæc, Plutarcho auctore, λογικωτέρα μᾶλλον ἢ παθητικωτέρα. Div. Chrysost. *Epilogo in Acta apostolorum*, qui in ms. Augustano desideratur, ad verba illa : Ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς· Ἔστι γὰρ (inquit), ἔστιν ἀσθένεια καὶ ἀκοῆς. Καθάπερ γὰρ στόμαχος οὐκ ἂν δέξαιτο ὑγιεινὰ σιτία καὶ δυσκατέργαστα ἀσθενὴς ὤν· οὕτω καὶ ψυχὴ ὀγκωθεῖσα, φλεγμαίνουσα, ἄγονος γενομένη καὶ ἔκλυτος, οὐκ ἂν δυνηθείη δέξασθαι τὸν πνευματικὸν λόγον. Ἄκουε τῶν μαθητῶν λεγόντων· Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; ἂν δὲ ἰσχυρὰ ᾖ καὶ ὑγιεινή, πάντα ῥᾷστα, πάντα εὔκολα, ex cod. ms. M. M. Vers. 32, ἡ δὲ ὄσφρησις. Γεύσεως ὄσφρησις προκαθημένη, τὰ πρὸς ἐδωδὴν καὶ πόσιν σχεδὸν ἅπαντα προδικάζει· ἀφ' οὗ καὶ προγευστρίδα αὐτὴν ἐκάλεσαν, εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀπιδόντες, εὐθυβόλως ἔνιοι. Philo.

Pag. 1317, vers. 44. Οὐχ ὅτι ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, I. S.

Pag. 1319, vers. 23, ἕξις ποιητικὴ μετὰ λόγου. Ἀληθοῦς, Aristot. *Ethic.* Nicomach. lib. VI, cap. 4. Vers. 6 a fin., Ὅ τι ἂν καὶ παρὰ βαρβάρων μάθημα. Eadem ascribitur laus Romanis Athenæi, lib. VI, extremo.

Pag. 1321, vers. 26, Ἀγαθαρχίδου. Edita hæc excerpta Græce et Latine ab H. St. anno 1557 et 1584.

Pag. 1352, 1356, περὶ τῶν ῥιζοφάγων, ὑλοφάγων, σπερμοφάγων, στρουθοφάγων, Αἰθιόπων τῶν σιμῶν, ἀκριδοφάγων, etc. Eadem fere habet Diodor. Sicul. lib. III.

Pag. 1361, vers. 49, χαμηλοπάρδαλις. Εἶδον τὸ τοιοῦτον ζῶον κἀγώ, παρὰ τοῦ τυραννοῦντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σταλὲν τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. Ζοράφιν δ' ἐκάλει τοῦτο ὁ ἀγαγὼν βάρβαρος. Schol. M. M.

Pag. 1380, vers. 31, Ἱεροκλέους περὶ προνοίας. Vide supra pag. 548, vers. 2 a fin.

Pag. 1388, vers. 6, ταῖς παντοίαις τούτων μεταβολαῖς. Schol. αἰσχυνέσθωσαν ἐκ τούτων οἱ ἀφηνιάζοντες πρὸς τὰ συμπίπτοντα δυσχερῆ, καὶ μὴ ταπεινούμενοι, M. M.

Pag. 1392, vers. 26, παῖδα γὰρ εἶναι. Schol. Σημείωσαι τὴν ἀναγωγὴν τοῦ παιδεραστοῦ. Καὶ ἤρκει τὸ εἰπεῖν ἐρωτικόν· τὸ γὰρ τοιοῦτον ὄνομα καὶ ἐκ μόνης ἀκοῆς ἐστιν ἀηδές. Καὶ τέως ἀποδείκνυσι τοὺς παιδεραστὰς θεωρητικούς. Εἰ δέ εἰσι πρακτικοὶ παιδερασταί, τί λέγεις, ὦ Πλάτων; M. M. Vers. 8 a fin. Ὅτι νόμοι. Σημείωσαι τοῦτο τὸ κεφάλαιον, ὡς πάνυ χρήσιμον ὅλον.

Pag. 1397, vers. 26, Γρηγορίου. Τοῦ Διαλόγου,

A cod. V. H. St. ὃς διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα θεῖα πονήματα Διάλογος ἐκλήθη, Cedrenus. Vers. 32, κλειὸς χαυρίν. Cod. Aug. Dialog. mss. κλειὸς χαυρή, quod æque obscurum. *Clivum Scauri* esse intelligendum, vidit ocellus patriæ meæ, M. V. Vers. 39, ἦκέ τις. Schol. Ὅρα τὴν ἐλεημοσύνην. Vers. 2 a fin., ὡς ἔθος πράττειν. Schol. Τοῦτο εἰ καὶ ἔθος, ἀλλὰ καὶ τότε μέχρι τινὸς ἴσως. Νῦν δὲ ἀπέπτη, καὶ οὐδ' ὅλως οὐδ' ἐξ ὀνόματος ἔγνωσται, M. M.

Pag. 1409, quæ de Paphnutio et Spiridone memorantur, eadem leguntur apud Suidam, et in *Ecclesiastica Historia;* in hac etiam, quæ de Constantino, D. Athanasio, etc., paulo post sequuntur.

Pag. 1420, vers. 9, l. Κωνστάντιον τ. Ῥ. ἀ. διέποντα, ἢ τὰ τῆς ἀ. ἐνεχειρίζετο σχ. προδοσία τ. τ. αἱ. πρ. καὶ συνδρομή. I. S.

Pag. 1437, vers. 38, δέον στέργειν. Idem.

B Pag. 1448, vers. 39, καταλήψεσθε. I. S.

Pag. 1452, περὶ τῶν δέκα ῥητόρων. Consule Plutarchum, qui eorumdem Vitas descripsit, ubi nonnulla cum Photianis eadem cognosces; velut in hac *Antiphontis Vita*, quod Sophili F. Thucydidis historici auditor fuerit, et id genus alia.

Pag. 1453, vers. 3 a fin., δακρύσαντα. Ὅρα ὅτι οὗτος μὲν ὁ σοφὸς διδάσκων ἐμμίσθως ἐδάκρυσεν, ὡς πεπραμένος· οἱ δὲ νυνὶ μωροὶ κατ' ἐμὲ ἐπὶ μισθῷ τὰ μισητὰ τῷ Θεῷ διαπραττόμενοι γάννυνται, ὡς εὐημεροῦντες ἐξ ἐντρεχείας καὶ φρονήσεως. Schol.

Pag. 1456, vers. 17, τὴν πραγματείαν. Ὥσπερ δὲ τοὺς καλοὺς ἰχθῦς ὅλους πωλοῦμεν, οὕτω κἀγώ σοι, εἰ βούλοιο μαθητεύειν, ὁλόκλ. ἀποδώσ. Plutarch.

Pag. 1457, vers. 32, potuisset hoc etiam modo exprimi distichon illud :

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν σύνεσίν τε προτιμῶν,
Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ' ἀνέθηκε Θεῷ·

C Κλεοχάρους ἔργον. Pro illis stella notatis legitur apud Plutarch. ξενίην et Λεωχάρους.

Pag. 1472, vers. 40, εἰς σπήλαιον. Quintil. lib. X, cap. 3. Vers. 8 a fin., ἐπὶ τὸ Φαληρικόν. Quintil. ibid. et Cicer. *De finibus*, lib. V.

Pag. 1473, vers. 28, τί πρῶτον. Quintil. lib. XI, cap. 3; et Cicer. lib. I *De orat.*; Valer. Max. lib. VIII, cap. 7.

Pag. 1484, vers. 41, ταλάντων. Apud Plutarchum, ubi idem recitatur, pro αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν διοίκησιν, H. Wolf. legit αὐτὸς ἐποιεῖτο εἰσήγησιν, initio fere *Vitæ Lycurgi oratoris*.

Pag. 1485, vers. 7, l. φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας ἐπιβαλόντος τελώνου, καὶ πρὸς τὸ μετοίκιον αὐτὸν ἄγοντος· συναντήσας.

Pag. 1500, vers. 16, στολὴ δ' ἄν. Schol. Ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι στολὴν πρώτην, τὴν παρὰ Θεὸν παῤῥησίαν, διὰ τὸ τοῦ συνειδότος ἀκατάγνωστον· ἣν τὸ ἅγιον βάπτισμα καὶ ἡ μετάνοια τοῖς τε φωτιζομένοις

D καὶ ἀληθῶς μεταμελομένοις χαρίζεται τοῖς πιστοῖς καὶ Πατέρα ἐπικαλουμένοις τὸν Κύριον. M. M.

Pag. 1509, vers. 7, τὸ παρὰ καιρὸν σιωπᾶν. Inter gnomas εἰς Σιωπὴν legitur vulgo Senarius :

Οὐ δεῖ σιωπᾶν, καὶ λαλεῖν ὅπου χρεών.

Ubi pro negandi particula οὐ, legendum est οὗ.

Οὗ δεῖ, σιωπᾶν· καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.

Sic Euripides apud Plutarch. :

Σιγᾶν θ', ὅπου δεῖ· καὶ λαλεῖν, ἵν' ἀσφαλές.

Pag. 1513, vers. 7 a fin., πρὸς Γαϊνᾶν. Theodoret. *Eccles. Hist.* lib. V, cap. 32.

Pag. 1517, vers. 47, σκάμματα. Τὸ σκάμμα, locus certaminis, campus athleticus. Epiphan. pag. 218 : Ὁ ἀγὼν ἐτελέσθη, καὶ ἐκενώθη τὸ σκάμμα, καὶ οἱ στέφανοι ἐδόθησαν, καὶ ἀγωνισάμενοι ἀνεπάησαν· καὶ οἱ μὴ φθάσαντες ἐξῆχαν, καὶ οἱ μὴ ἀγωνισάμενοι οὐκέτι εὐποροῦσι, καὶ οἱ ἐν τῷ σκάμματι ἡττηθέντες ἐξεβλήθησαν, καὶ τὰ πάντα σαφῶς τετελείωται μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν.

B. Ambros. lib. I *De officiis*, cap. 16 : *Quid alibi poscis, quod alibi debetur? quid præpropere coronam exigis, antequam vincas? quid detergere pulverem, quid requiescere cupis? quid epulari gestis, antequam stadium solvatur? Adhuc populus spectat, adhuc athletæ in scammate* (al. *stemmate*, perperam) *sunt; et tu jam otium petis? Sed forte dicas, cur impii lætantur?* (*cur epulantur?*) *cur luxuriantur? cur etiam ipsi non mecum laborant? Quoniam qui non subscripserunt* [mss. S. Udalrici, *qui non scripti erunt*] *ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis.*

Pag. 1520, vers. 11, εἰς τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα μάρτυρας. In eosdem exstant homiliæ Gregorii Nysseni et Basilii M., τόπος δὲ τῆς παρατάξεως αὐτοῖς (inquit ille) τὸ τῶν μιαιφόνων δικαστήριον ἦν, ἐν ἐκείνῳ συστάντες ἠγωνίζοντο, οἱ μὲν ἀπειλαῖς ἀκροβολιζόμενοι, οἱ δὲ διὰ τῆς ὑπομονῆς ἀμυνόμενοι. Ex ms. August.

Pag. 1552, vers. 4, προσευχή. S. Maxim. προσευχὴ, αἴτησις ὧν Θεὸς πρεπόντως ἑαυτῷ δωρεῖσθαι πέφυκεν ἀνθρώποις. Εὐχὴ δ' ὑπόσχεσις, ἤγουν ἐπαγγελία ὧν γνησίως λατρεύοντες Θεῷ προσκομίζουσιν ἱ ἄνθρωποι. M. S. Augustan.

Pag. 1560, vers. 25, l. σοφόν τι καὶ μέγα I. S.

Pag. 1565, vers. 27, Θεοφράστου. Edidit H. St. anno 1557. Vers. 32, πολύπους, χαμαιλέων, τάρανδος. Philo lib. Περὶ μέθης.

Pag. 1568. vers. 13. Scholion : Οὐχ οὕτως · ἀλλ' ἐπεὶ λειποψυχία γίνεται, τοῦ περικαρδίου θερμοῦ πλέον ἢ προσήκει σκεδαννυμένου. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἡδομένοις, ὡς πλεῖον ἢ δεῖ διαχυθεῖσι, γίνεται, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις τοῦ ἐν βάθει θερμοῦ τῇ τῆς καρδίας ἀναχύσει καὶ ἐξαπλώσει περὶ τὴν ἐπιφάνειαν σκεδασθέντος. Τοῖς δ' αὖ λυπουμένοις, ὡς μᾶλλον συσταλεῖσι καὶ πιληθεῖσι καὶ οἱονεὶ συσφιγχθεῖσιν · ὡς ἐν πνιγεῦσι συμβαίνει · σβέννυσθαι γὰρ καὶ κατ' ἄμφω τὸ πῦρ γινώσκομεν· τούτου ἕνεκα γίνεσθαι [*Ισ*. γίνεται] καὶ οὐχὶ τῇ τῶν ὑγρῶν ῥοῇ καὶ τῷ πλήθει. Καὶ γὰρ εἰ ἀμέτρως τοῦτο συμβαίη τῷ σώματι, τὸ στε- A γνὸν ἢ μανὸν γενέσθαι · οὐ λειποψυχίαι μόνον, ἀλλὰ καὶ θάνατοι ἐπακολουθήσειεν ἄν. M. M.

Pag. 1577, vers. 6 a fin., τὸν Μωσῆν ἄλφα καλεῖσθαι. Vide supra, pag. 485, vers. 11 a fin. Vers. 5 a fin., καλεῖ τοῦ ψεύδους τὸν Φίλωνα μάρτυρα. Apud quem neque in tribus de Mosis Vita libris neque alibi horum quidquam legitur.

Pag. 1580, vers. 29, l. Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω. Vers. 30, Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω, ut apud Athen. sic recte memini I. S.

Pag. 1581, vers. 36, μαιοῦσαν. l. μυοῦσαν. Diod. S. lib. III, μούσας δ' ὠνομάσθαι, inquit, ἀπὸ τοῦ μυεῖν τοὺς ἀνθρώπους, etc. Plutarchus autem μούσας dici ait, quasi ὁμοῦ οὔσας. Vers. 37, μαάσαν. Ita ms. *Ισ*. μῶσαι. Vers. 40, παρ' Εὐφορίωνι I. S. Vers. 44, ἦτρον idem. Vers. 45. Ὅμηρος. Et Pind. *Nem.* ode 3. Vers. 50, Καλλίμαχος δ' ἐν Ἑκάλῃ. I. S. τὸ μακκοᾶν, quo Lucianus in *Lexiphane* utitur ; B possit etiam ἐκ τοῦ μὴ κοᾶν formari. Simmias Rhod. τὰ δ' ὠκυβοᾷ κοᾶν. Vers. ult. et 1, p. seq. Ἴτυλος,

... Absumpti fata gemens Ityli. Catull. I. S.

Pag. 1584, vers. 2, l. συνεργῆσαι. Et infra, τέτλα et τέτλαθι ; sed nugatur I. S. Vers. 34, ἐν χαρίτων πρώτῃ. τέτλα. I. S.

Pag. 1585, vers. 5, οἱ γλωσσόκομοι, loculi, glossæ τὸ γλωσσόκομον, II Paral. XXIV, Joseph pag. 151 ; Naz. 141 γλωττοκόμιον. Hesych. Διεφθαρμένως δὲ λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν · ἐχρῆν γὰρ γλωττοκομεῖον λέγειν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ ἀρχαῖοι. Phavorin.

Pag. 1589. vers. 14, τὸν Ἄρην. Παρὰ γὰρ τὸ ἀρήγειν, ὅπερ βοηθεῖν ἐστι, κατὰ γλῶτταν Ἄρης ὠνομάσθαι μοι δοκεῖ, καθαιρετικὸς πολέμων, δημιουργὸς εἰρήνης. Philo.

Pag. 1592, vers. 8 a fin., Αἰσχίνην. Vide supra pag. 1476, vers. 1.

Pag. 1597, vers 1. Ὡραπόλλωνος. Οὐκ ἀπέοικε δὲ C τῶν τοιούτων οὐδὲ ὁ Ὡραπόλλων, ἀνὴρ λόγιος : οὗ ἡ σύνθεσις ἐκ τοῦ Ὧρος καὶ Ἀπόλλων, ἃ καὶ ἄμφω ἐπίθετά εἰσι Φοίβου. Eustath. *Odyss.* A.

JOSEPHUS SCALIGER DAVIDI HOESCHELIO SALUTEM.

Doleo priores litteras meas ab hostium equitatu interceptas ad te non pervenisse. Eæ cum litteris meis et Merulæ ad cl. V. M. Welserum missæ fuerant Coloniam, quæ via maxime infesta ab excursionibus militum, et eorum prætenturis. Quid ad te scripserim, equidem non facile meminerim. Sed, quod posterioribus meis tibi significabam, conjeceram in unum indiculum errores editionis Photianæ, et paucos illos quidem, et propiores mendis typographicis, quam ut ullum locum justarum animadversionum obtinere possint. Itaque neque illæ mendæ tanti esse videbantur, ut de illis te monerem, qui hæc melius perspicere possis, quam ego ; neque tantæ, ut paulo doctiorem lectorem remorari possint. Quo magis inutiliter collocari operam putabam, nisi veritus essem ne tibi hæc denegare esset aut laborem tua gratia declinare, aut amicitiæ nostræ rationem non habere. Quæ potui igitur meminisse, retuli, ut in hoc schedio habes. Quæ bona, pro tuo judicio seliges ; mala, quæ tua est æquanimitas, aut excusabis aut præteribis. Non enim illa morari debent seria tua ; neque profecto opus me in istis memorari, qui in melioribus optarim nomen meum sileri. Vale, mi Hœscheli, et nos ama. Lugduni Batavorum. Kal. Augusti 1599.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI.

OPERUM PARS QUINTA

—

CANONICA.

—

MONITUM EDITORUM.

Photius tria opera canonica præcipua elaboravit. Primum collegit canones conciliorum œcumenicorum in unam syllogen, eos describendo *ordine chronologico.* Eisdem adjecit canones conciliorum provincialium qui ob præclaram doctrinam et sanam jurisprudentiam vim legis in universa Ecclesia obtinebant, et epistolas canonicas sanctorum Patrum, quæ ad disciplinam generalem Ecclesiæ spectabant. Hanc *syllogen,* quam Zonoras, Balsamon et Aresteni doctis commentariis ornarunt, in suis *Pandectis canonum* edidit Beveregius, nosque edemus inter opera scriptorum qui ad finem sæculi XII vel initio XIII floruerunt.

Deinde Photius eosdem canones descripsit *ordine materiæ,* conjungendo canones ejusdem argumenti, etsi diversis temporibus editi fuiseent, et totam materiam juris dividendo in quatuordecim titulos. Hanc collectionem, sub nomine *Syntagmatis canonum,* primus edidit cardinalis A. Mai, vir, ob in lucem protracta scripta veterum Patrum vix unquam satis laudandus, *Spicilegii Romani* t. VII, eamque nos hic edemus.

Tandem Photius canones *Syntagmatis,* omisso textu, juxta ordinem *Syntagmatis* notavit, et in commentariis adjunctis descripsit leges præsertim civiles quæ eisdem respondebant. Hanc collectionem *Nomocanonem* inscripsit, quia legum tam ecclesiasticarum quam civilium Catalogum ac veluti harmoniam exhibebat. Post alios Voellius et Justellus eam Græce et Latine ediderunt Parisiis, anno 1661, in *sua Bibliotheca Juris,* t. II, p. 785 et seq. Hic nobis edenda est.

Photius scripsit epistolas varias de rebus canonicis, quas suo loco edidimus. Cæteris eminet epistola ad Leonem archiepiscopum Calabriæ quæ est XVIII libri I.

Seriem horum operum claudet opusculum Photii quod inscribitur : *Interrogationes decem cum totidem responsionibus.* Fœtet quidem libellus iste odio schismatico; sed non ideo prætermittendus fuit, siquidem indicet *cujus spiritus* Photius fuit.

DE PHOTII SYNTAGMATE.

(Angelo Mai *Spicileg. Rom.* tom. VII, præf. pag. VIII.)

Photii *Syntagma canonum* (quod ab eruditis cum ejusdem *Synagoge canonum* confundi solet) habere me in manibus, idque typis aliquando fore traditurum, dixi aliquot abhinc annis in prolegomenis repetitæ editionis tomi I *Scriptorum veterum*, p. XXVIII; quo nunc promisso defungi volens, trinas Photii circa jus canonicum curas distingnere atque in antecessum exponere necesse est. Primam itaque curam suam sic narrat Photius ante *Nomocanonnm* in Præfatione, quam ex Oxoniensi codice Justellus edidit, *Bibl. can.* t. II, p. 789 : Ἐπεχείρησα τοὺς ὑπὸ τῶν ἐν χρόνοις διαφόροις γεγενημένων ἁγίων δέκα συνόδων ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ A σωτηρίου δόγματος καὶ χρηστῇ διδασκαλίᾳ πάντων ἀνθρώπων ἐκτεθέντας θεοπρεπεῖς κανόνας εἰς ταυτὸν συναγαγεῖν, ἑκάστης συνόδου τῇ προσηγορίᾳ τοὺς αὐτῆς ἐχομένως ὑποτιθείς. *Quotquot a sanctis decem synodis, diversis temporibus, ad salutaris doctrinæ confirmationem, bonamque omnium hominum institutionem habilis, editi sunt sacri canones, eos ego omnes in unum corpus colligendos suscepi, ita ut uniuscujusque synodi appellationi ac titulo sui proxime canones subjecti sint.* Pergit deinde dicere Photius, se canones quoque apostolorum, synodum Carthaginiensem (sub primate Aurelio) et nonnullorum sanctorum Patrum alios canones seu decreta

eodem opere conclusisse : et primo quidem μέχρι τῆς πέμπτης συνόδου κανόνας εἰς ἓν συναγαγεῖν θέμενος σκοπόν, *scopo sibi proposito, ut canones usque ad synodum quintam in unum corpus colligeret.* Sed mox, ut ibidem subdit, ampliato consilio, longius processit, ita ut synodos quoque se patriarcha habitas æque excerpserit, opusque suum anno demum DCCCLXXXIII, paucis ante obitum annis absolverit. Prima igitur cæterisque amplior Photii canonica lucubratio hæc fuit, quam titulo Συναγωγῆς, id est *Collectionis*, distinguere ab aliis interest. Hæc autem synagoge ipsa, ut reor, est, quam cum Zonaræ et Balsamonis scholiis tum in Parisiensi editione, tum in Beveregii præclaris *Pandectis* legimus. Quanquam eadem in manu scriptis codicibus non sine plurima varietate, ac modo longior modo contractior jacet, ut mihi legenti compertum est.

Mox secundæ lucubrationis naturam sic Photius describit : Πάντων δὲ τῶν συνειλεγμένων τὴν δύναμιν εἰς τίτλους δέκα πρὸς τέτρασι συνελών, καὶ τούτων ἕκαστον εἰς διάφορα κεφάλαια διελών · εἶτα τοὺς πρὸς ἑκάστην ζήτησιν ἁρμόζοντας ὅρους ὑποθεὶς, τάς τε προσηγορίας τῶν αὐτοὺς εὑρόντων δηλώσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν διὰ τῶν ἀριθμητικῶν στοιχείων, εὐσύνοπτον, ὡς οἶμαι, κατὰ δύναμιν τὸ *Σύνταγμα πεποίημαι* · *Horum autem omnium ita collectorum vi in titulos quatuordecim contracta, ac unoquoque horum titulorum in varia capita distributo; deinde unicuique quæstioni convenientibus definitionibus subjectis, auctorumque ipsorum nomine declarato, necnon etiam numero per arithmetica elementa apposito, cognitu facile, ut opinor, pro viribus Syntagma elaboravi.* En secunda, ut dixi, canonica Photii lucubratio, *Syntagma* scilicet, id est *ordinata compositio* canonum, atque ad peculiarem finem directa, id est ad demonstrandos confirmandosque canonici juris delectos titulos. Aliud est igitur, ut jam dixi, canonum sive ex synodis sive etiam ex singulis Patribus coacervatio, atque in uno volumine scriptio, quæ nihil est nisi quædam συναγωγή; aliud vero ingeniosa ipsorum dispositio, atque ad certos scopos collineatio, quod σύνταγμα proprie appellatur; quo vocabulo Photius hoc opus suum semper indigitat, ut cuipiam librum nostrum legenti constabit. Itaque et Joannes Scholasticus, qui Photium in Byzantino patriarchatu ducentis annis præcessit, paris omnino structuræ librum ex canonibus usque ad synodum quartam conficiens, sic in titulo habet : *Συντάττει* τοὺς ὅλους κανόνας εἰς ν' τίτλους : *Omnes canones sub titulis quinquaginta simul componit*, seu ad *Syntagma* redigit; quo nomine Joannis labor constanter designatur. Sic ergo exposita Photiani *Syntagmatis* vera notione, spero falsam illam, ut reor, bibliographorum opinionem, exstinctum iri, quod nempe Photii *Syntagma* idem sit atque *Synagoge* (repugnantibus ipsis inter se vocabulis); quanquam summi quoque viri, ignoratione codicis nostri et re parum considerata, isto modo locuti sunt, veluti

A Lambecius, *Bibl. Vindob.* ed. Kollar. lib. VIII, p. 909; Fabricius, *Bibl. Gr.* ed. nov. t. XI, p. 21, et t. XII, p. 185; Assemanus, *Jur. Orient.* t. I, p. 37, qui in codice Vat. 1185, et Palat. 408, exstare ait Photii *Syntagma*, in quibus reapse nil præter *Nomocanonem* ac *Synagogen* cum Balsamonis Scholiis habetur. Denique et Jacobus Morellius in *Bibl. S. Marci*, p. 97, Photii *Syntagma* appellat nobisque exponit, id quod manifeste nihil est aliud quam Photii prima *Synagoge*, nondum in titulos distributa, neque ad *Syntagmatis* rationem redacta. Tenemus jam igitur Photii *Syntagma* ex propria *Synagoge* ab eodem sumptum, et in titulos XIV distributum, in quorum singulis continua integraque dictione eos canones scripsit, qui ad

B rem propositam confirmandam prosunt. Quam rem ita se habere, codex Columnensis, nunc Vaticanus, de quo supra in Germano dixi, demonstrat : codex, inquam, insignis, membraneus, antiquus, sæculi nempe saltem XII, calligrapha diligentique manu scriptus, tantæque raritatis, ut hic solus Photii verum *Syntagma* continere videatur : nisi forte aliud exemplar est in codice Dubliniensi mss. Angl. et Hibern. t. II, part. II, p. 40, qui sic describitur : *Photii leges* (canones?) *per capitula digestæ plenius quam in Nomocanone.* Certe si *canones* pro *leges* scribendum fuit, accurata mihi hæc videretur Photiani *Syntagmatis* definitio.

Nunc jam sequitur ut de tertiis Photii ad jus

C canonicum curis dicamus. Homines ita natura comparati sunt, ut actus suos partim exemplo duce, partim proprio ratiocinio motuque depromant. Utramque hanc regulam secutus Photius videtur : namque ut non solum *Syntagma* sed *Nomocanonem* etiam conderet (id enim tertio operi est nomen), ducem habuit antedictum Joannem, qui *Syntagmati* suo *Nomocanonem* illum subtexuit, quem primus Justellus edidit. Sed enim illud multo vehementius, ut opinor, Photium impulit, quia *Syntagma* suum repetitionibus plurimis laborare videbat; propterea quod eosdem canones, et quidem sæpe longiores, necnon copiosa Patrum segmenta, bis, quater, ac fortasse decies aliquando recurrere necesse erat, quia diversis titulis et capitulis æque quadrabant

D Ergo etiamsi *Syntagma* utiliter confectum erat, in quo omnia suis locis perscripta exstabant, molestæ tamen valde exscribentibus, graves item ementibus accidebant canonum repetitiones tot, quæ volumen propemodum duplicabant. Quid igitur? Brevissimum delineavit Photius compendium, in quo titulorum et capitulorum thematibus nil substerneret aliud, quam arithmeticas notas illorum canonum, quos lata oratione scripserat in *Syntagmate*. Est itaque *Nomocanon* breviatio mera *Syntagmatis*. Sic enim etiam in calce *Nomocanonis* legitur : Τέλος τῶν δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλων τῶν παρὰ Φωτίου συνοψισθέντων · *expliciunt quatuordecim tituli* (quæ est ipsa natura et constitutio *Syntagmatis*) *a Photio in compendium redacti* (id est *Nomocanon*). Dicot

aliquis : Si *Nomocanon* per arithmeticas notas canonem indicat, isque canon in Photii *Synagoge* occurrit, cur jam *Syntagmate* opus sit? Ergo, inquam, Joannis quoque *Syntagma* post ejus *Nomocanonem*, et post adunatos toties Ecclesiæ universæ canones, usu carebit? quod nemo cordatus dicet. Cresconii Africani Breviarium canonum habemus quod (demptis civilibus legibus) Joannis Photiique *Nomocanonem* prorsus exæquat. Num hoc idcirco et alia *Syntagmata*, quæ tot exstant, præsertim in jure novo, puta Anselmi Lucensis, cardinalis Deusdedit, Gratiani, pontificum Gregorii et Bonifacii, utilitate carent? Nemo id sanus arbitrabitur. Quin adeo si rem hanc ad veritatis lancem libremus, *Syntagmatis* usus occupatis certe hominibus vel librorum copia non abundantibus longe pronior erit et fructuosior. Licet enim in *Nomocanone* numeralis nota mihi canonem indicet, attamen hunc nonnisi moleste et morose in *Synagoges* farragine quæram. (Qui certe ex Cujacii libris jus discere avet, ipsum potius auctoris textum, quam Albanensis promptuarium leget.) Contra si in singulis titulis, intra unumquodque capitulum, prout fit in *Syntagmate*, congruentes canones ipsis verbis recitatos nanciscor, res tota mihi incurrit in oculos, neque longius quidquam requiro. At injucundæ repetitiones sunt. Sane; hæque ob delicatos lectores ansam *Nomocanoni*, quasi indici ac repertorio, struendo dederunt. Ego quoque hanc eamdem molestiam inter librum imprimendum expertus, cœpi locos repetitos omittere; ita tamen, ut eorum initiis scriptis, lectores meos per παραπομπάς, *remissiones* (ut fit in Damasceni *Parallelis*) ad jam exstantem in libro meo canonem, intento veluti digito amandarem : neque enim quisquam adeo segnis erit, quem pauca revolvere in eodem volumine folia pigeat, ut pagellam inspiciat quam numerali signo demonstro. Sic ergo et recitatos a Photio canones, cunctos conservavi, et tamen libri molem dimidia ferme parte diminui. Denique aio : Si quis canonum veterum a Photio collectorum scientiæ studet, eum vel universalem *Synagogen* sus deque pervolutare necesse est, vel hoc *Syntagma* multo brevius atque ordinatius et rei quæsitæ inveniendæ aptius perlegere. Etenim *Nomocanonis*, ubi nihil præter numerorum congeriem est, nulla per se jucunditas, neque utilitas esse videtur, nisi quatenus indiculi vice defungitur.

Sed contra hanc Photiani operis trinam partitionem, tenebras quasdam, fateor, offundit præfatio illa, qua Photius *Nomocanonem* suum comitatus est. Nam post recitata superius verba, prosequitur narrans quod canones idcirco arithmeticis tantum numeris indicaverit, ne frequentes repetitiones fierent, quæ legentibus fastidium crearent. Hunc, inquam, locum qui leget, *Nomocanonem* atque *Syntagma*, unum quid non duo, esse putabit. Neque sane nego, nomen *Syntagmatis*, de *Nomocanone* quoque potuisse a Photio pronuntiari,

A ubi item συντάττονται canones; verum in priore ῥητῶς *verbis ipsis*, in posteriore per indicem sine re. Quare æquius est ut σύνταγμα vocabulum, designando secundo operi a nobis reservetur. Præterea reputandum est, Photii dictam præfationem, quæ apud Justellum est, non συναγωγῇ *collectioni universali*, neque *Syntagmati*, sed *Nomocanoni* fuisse præpositam, ut Oxoniensis codex demonstrat Φωτίου εἰς τὸν Νομοκάνονα πρόλογος· ideoque Photius de *Nomocanonis* tantum structura tunc sollicitus, in hoc uno scilicet commendando verba consumpsit. Vel potius dicendum est, Præfationem illam a Photio tribus æque suis operibus fuisse præfixam, mutatis tantum prout res ferebat partibus propriis. Certe Lambecius sic judicavit, loc.
B cit. p. 909, ubi ait : *Memorata præfatio ad* Nomocanonem *tanquam opus secundarium sed præcipue ad ipsum* Syntagma *canonum, tanquam opus primarium pertinet*. Etsi Lambecius, ut initio dixi, *Syntagma* id putat quod est *Synagoge*. Verum enimvero quod *Syntagma* nunc editum, opus Photianum sit, ipse in primis *Nomocanon* evidenter comprobat : etenim tituli, et capitula, et canonum numeri, quotquot in *Nomocanone* adumbrantur, ii ad *Syntagma* nostrum adamussim cuncti referuntur et provocant, quin ne hilum quidem aberrent. Neque hanc veritatem illud infirmat, quod in editione nostra *Syntagmatis*, p. 11, 278, 406, non autem in *Nomocanone*, laudatur synodus Constantinopolitana περὶ ἑνώσεως, quam anno 920, id est tricesimo
C circiter post Photii obitum, sub Constantino et Romano basileopatore celebratam scimus. Nam primum quidem synodi ejus fragmentum recenti manu in margine codicis fuisse adjectum, dixi p. 480. Tum scimus nullam ferme esse in codicibus canonicam collectionem, cui subinde aliquid per temporis lapsum non fuerit additum sive in Græcis sive in Latinis sive etiam in Orientalibus, ut certe de Armeniacis me dicere olim memini *Script. vet.* t. X, part. II, p. 316 : ipsique adeo Photii *Nomocanoni* additamenta nescio quæ accessisse, critici homines suspicati sunt.

Hactenus de Syntagmate canonum diximus; deinceps vero de adjectis a Photio civilium legum excerptis haud omnino silendum esse videtur, quæ
D prorsus eadem sunt in utroque opere tum *Syntagmatis* tum *Nomocanonis;* quia etsi in *Nomocanone* Photius breviare *Syntagma* potuit, quatenus id fuit canonicum; quatenus tamen civile, compendio non erat locus, quia sententia legum proponi arctius non poterat, quam in *Syntagmate* factum fuerat. Sed superest indagandum, utrum hanc legum deflorationem, quam *Syntagmati* attexuit, ex universo jure sumpserit auctor, an vero sibi antea *Synagogem legum* confecerit, instar ejus quam ex synodorum Patrumque tomis ab eo coacervatam retro diximus. Mihi enim valde persuasi, Synagogem illam regiarum legum, res ecclesiasticas plerumque spectantium, quæ in codice Vaticano post *Syntagma* legitur, a Photio fuisse collectam, qui postea hinc

sibi excerpta sumpserit *Syntagmati* et, mox *Nomocanoni* substernenda. Utique hæc legum collectio, non sine magna tamen varietate, apud Justellum quoque in secundo volumine est. Sed utcunque ea res se habet, titulos hujus Vaticanæ *Synagoges* recitare placet.

Ἐκ τῶν μετὰ Κώδικα θείων Νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις, συνᾴδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι, καὶ ἐκ περιουσίας τὴν οἰκείαν ἰσχὺν νέμουσαι· αἷς τάξιν τινὰ καὶ ἀριθμὸν ἐπεθήκαμεν πρὸς σύντομον εὕρεσιν τοῦ ἐπιζητουμένου κεφαλαίου· διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συνταχθέντα, ὡς ὑποτέτακται· *Ex divalibus post Codicem Novellis constitutionibus Justiniani divinæ sortitionis, diversæ leges quæ præcipue consonant cum sacris canonibus, eisque propriam ex abundantia vim tribuunt; quibus nos ordinem quemdam numerosque apposuimus, ut expeditius reperiatur quæsitum quodque capitulum; propterea quod ex diversis constitutionibus sint coacervatæ, ut infra subjicitur.* Cod. p. 663-697.

Διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἑτέρων βασιλέων, συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας : *Statuta legum civilium ex novellis Justiniani et aliorum imperatorum constitutionibus, quæ favent et confirmationem adjiciunt ecclesiasticis sanctorum Patrum canonibus.* Hæc habent notas temporis, et subscriptiones Latinas, litteris singularis in jure formæ scriptas. Cod. p. 697-765.

Συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ Κώδικι καὶ τοῖς Διγέστοις καὶ ταῖς Νεαραῖς διατάξεσι, περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν, ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ Κώδικος· *Collectio eorum quæ dicuntur in Codice, Digestis, et novellis Constitutionibus, de episcopis, clericis, monachis, rebus sacris, item de Judæis et hæreticis, ex primo Codicis libro.* Cod. p. 765-840.

Συναγωγὴ τῶν σποράδην ἐν τοῖς Διγέστοις καὶ Ἰνστιτούτοις κειμένων, περὶ ἱερῶν τόπων τε καὶ πραγμάτων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς γινομένων τε καὶ πλημμελουμένων, καὶ περὶ ἱερέων, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ θυσιῶν, καὶ τῶν ἀπαγόντων τινὰς πρὸς ἀπηγορευμένας θρησκείας, καὶ περὶ ἀποτροφῆς παίδων, γερόντων, καὶ ἀσθενῶν· *Collectio sparsim exstantium in Digestis et Institutionibus, de sacris locis ac negotiis, et de iis quæ in his fiunt vel peccantur; et de sacerdotibus; insuper de Judæis ac sacrificiis; et de iis qui aliquos abducunt ad vetitas religiones; et de alendis pueris, senibus, et ægrotantibus.*

Cur autem civilium legum excerpta canonibus A associaverit, causam narrat ipsemet Photius in fine prioris prologi : Εἴ που δὲ χρειώδη πρὸς τὰς τοιαύτας κανονικὰς συγγραφὰς τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν ὑπείληφα, ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα ἐν ἰδιάζοντι μέρει τῆσδε τῆς βίβλου τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνηκόντων εὐταξίαν, ἔν τε τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασιν, ἔν τε ταῖς τῶν σοφῶν ἁρμονίαις, σύντομον ἐν συναγωγῇ ποιησάμενος ἔκθεσιν· ἅμα μὲν εἰς ἀνάμνησιν, ἅμα δὲ πρὸς τελείαν αὐτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἔρευναν (ὁδηγήσας)· *Sicubi vero utiles ad hujusmodi canonica scripta civiles leges arbitratus sum, pauca quædam eaque brevia ex iis desumpta congruentibus capitulis adjunxi in propria libri hujus parte; eorum scilicet quæ ad Ecclesiæ rectum* B *ordinem pertinent cum in regiis decretis, tum in prudentium interpretationibus, breviata quadam collectione omnino complectens; tum memoriæ causa, tum ut ad plenam ipsarum rerum indagationem lectores deducerem.* Sed non placet hoc Leoni Allatio institutum, qui in opere *De consensu*, lib. I, cap. 15, p. 221, rationem hanc *Nomocanonum*, id est imperialium legum cum episcopalibus regulis copulam, prava erga principes assentatione progenitam judicat. Nimis id fortasse dictum severe : etenim civilis juris cum canonico comparatio, sive in *Syntagmate* nostro sive in *Nomocanone*, et multas habet utilitates, et nullum per se vitium redolere videtur. In corpore juris antejustinianei antiqua C exstat Mosaicarum et Romanarum legum collatio. Insuper in Francorum regum Capitularibus, et in Barbarorum legibus apud Cancianum, quot quantaque hujusmodi habemus! Non quod sæcularis potestas rem religiosam gubernare queat, vel quidquam contra canones imperare; sed quia disciplinam judiciis episcopalibus jam constitutam boni principes regia vi roborandam ejusque praxim imperandam curabant. Cæterum etiam Beveregius, vir Anglicanus, sub rege scribens qui religiosum primatum et auctoritatem usurpaverat, fortiter admodum pro Ecclesiæ libertate et omnimoda in sacris potestate decertat ad *Pandectas canonum* Prolegom. cap. 2, Occidentalium episcoporum, præcipueque Rom. pontificum pro tuenda spiritalis rei libertate D notissimus vigor est : remissiores interdum visi sunt Græci, quanquam eos luculenter prædicto loco defendit Allatius, adductis multis in medium testimoniis, quæ Græcam etiam Ecclesiam libertatem suam pro viribus conservasse demonstrant (*a*).

Placet autem mihi disputationem Allatii hac de re cumulare, prolato alio, quod apud eum non est testimonio, libro nempe synodico Ecclesiæ Constantinopolitanæ sive Actorum ejus Ecclesiæ, quem in pretioso et raro codice Vaticano deprehendi (*b*).

NOTÆ.

(*a*) Sic etiam Armeniorum Ecclesia jam inde a suis primordiis. Confer *Script. vet.* t. X, part. II, p. 310.

(*b*) In calce voluminis affirmat Andreas Darmarius, se descripsisse hunc codicem in Escurialensi bibliotheca impensis summi viri Antonii Augustini, qui reapse in editione Lucensi operum suorum, t. VII, p. 54 seq., hunc memorat inter domesticos suos codices, ejusque rubricas, seu rerum contentarum titulos, Latine recitat.

Neque alienum me id facere puto in hoc prævio sermone ad Photii opus, ubi tanta legum civilium ad canones accessio fit. Sic ergo liber synodicus f. 102 seqq. : Ἐκ δὲ τῶν πολιτικῶν νόμων, εἰ καὶ μὴ τῷ ἐκείνων ζυγῷ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ταλαντεύεται, ὅμως πρὸς σαφήνειαν τῶν ἱερῶν, εἰ δοκεῖ, κανόνων τὰ περὶ τῆς ψήφου θεωρῆσαι οὐκ ἄκαιρον· ἔχει δὲ ὁ περὶ ταύτης νόμος οὕτως· « Εἰ δὲ οἱ ὀφείλοντες « τὰ ψηφίσματα ποιεῖν, ἐντὸς μηνῶν ἓξ μὴ ποιή- « σουσι, τηνικαῦτα τῷ κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς « ἐκεῖνος ᾧ ἁρμόζει τὸν ἐπίσκοπον χειροτονείτω (c). » Σαφὴς ὁ λόγος· ἄλλοι γάρ εἰσιν οἱ ψηφιζόμενοι, καὶ ἕτερος ὁ χειροτονῶν. Ἀλλὰ τοῦτο διὰ λαϊκοὺς εἰρῆσθαι δοκεῖ· ἐκείνοις γὰρ ὁ νόμος τὰς ψήφους ἀπεναντίας τῶν κανόνων ἐπιτρέπει· ὅπερ οὐδέποτε κρατῆσαν φαίνεται, ἀλλ' ἐν γράμμασι μόνον κεῖται, ἄπρακτα κεκραγότων αὐτῶν, διὰ τὸ παρὰ τῶν Πατέρων ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀεὶ, ὡς ἄλλο ἄυλόν τι ἐξελαύνεσθαι τὸ τοιοῦτον ἐπίταγμα· οὐδὲν γὰρ κοινὸν πνεύματι καὶ μαχαίρᾳ. Εἰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων λέγει, ἀλλ' οὐδὲν διὰ τοῦτο τῇ Ἐκκλησίᾳ πρόκριμα· ἀδύνατον γὰρ δίχα ψηφίσματος ἐπισκοπικοῦ χειροτονίαν προβῆναι· τέως δὲ τοῦτο περὶ τῶν πολιτικῶν νόμων. Εἰ γὰρ ἑνὸς ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ψῆφον οὐκ ἀνέχονται οἱ θεῖοι Πατέρες παρὰ λαϊκῶν προβῆναι, πῶς ὑποστήσονται αὐτὴν ἐκείνην τὴν τὰς ψήφους καὶ χειροτονίας ὅπως ὀφείλουσιν γίνεσθαι νομοθεσίαν καὶ διδασκαλίαν παρὰ λαϊκῶν ἐκτιθεμένων παραδέξασθαι; Εἰ γὰρ τοῦτο διεχθείη, οὐ πνευματικῶς πάντως, ἀλλ' ἀνθρωπίνως τὰ θεῖα πραχθήσονται, τῶν ψηφιζομένων καὶ χειροτονουμένων ἐκ τότε πάντων ἀνθρωπίνοις καὶ οὐ θείοις ἐντάλμασι τελουμένων· ἐξ οὗ καὶ ἄλλο τι συμβήσεται. Τῶν γὰρ μεταγενεστέρων ἴσως δυσαρεστουμένων ἐπὶ τοῖς περὶ ἐκκλησιαστικῶν γεγραμμένοις, εἴτε διὰ φιλοτιμίαν, τυχὸν δὲ καὶ διὰ γνώμην οὐκ εὐαγῆ, θελόντων φῦραι καὶ συγχέαι τὰ περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν θεῖα διδάγματα, λαμβανόντων ἀφορμὴν ἐκ τοῦ γράψαι τινὰς τῶν πρὸ αὐτῶν περὶ τούτων, νομοθετήσουσι καὶ αὐτοὶ πῶς μὲν ὀφείλει τὸ βάπτισμα γίνεσθαι, ὡς οὐκ ἀρεστῶς αὐτοῖς ἄρτι τελουμένου· πῶς δὲ ἡ τῆς θείας μυσταγωγίας ἱερουργία ἐπιτελεσθήσεται· καὶ ἄλλος περὶ ἄλλου, καὶ πάντες περὶ πάντων· οὐ γὰρ στήσεται τὸ κακὸν, ἀρχῆς δοθείσης ἀτόπου, μέχρις ἂν ὑπορύττειν αὐτὸ τὸ τῆς Τριάδος καὶ παραχαράττειν τολμήσουσι τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ἀνθ' ὧν ἵνα μὴ ταῦτα γένηται, οὐδείς που νόμος πολιτικὸς οὐδαμῶς οὐδέποτε τοῦ Πνεύματος περιεγένετο· ἀλλ' ὥσπερ τὰ νεκρὰ κυοφορούμενα βρέφη, αὐταῖς ἐναποθνήσκει ταῖς μήτραις, οὕτως καὶ τῶν πολιτικῶν νόμων ὅσοι τοῖς τοῦ Πνεύματος ἀντιφθέγγονται, νεκροὶ καὶ ἀνεβιαῖοι αὐτόθεν ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς ἐκφέρονται.

A *In civilibus autem legibus, quanquam non ad harum lancem ecclesiasticæ res librantur, nihilominus ad illustrandos si placet canones, ea quæ de suffragiis sive electione dicuntur, considerare non est intempestivum. Sic ergo de electione lex : « Quod si ii, qui suffragia conferre debent, intra semestre tempus id minime fecerint, tunc animæ suæ periculo, is ad quem pertinet, episcopum ordinet. » Perspicua sententia est : etenim alii sunt qui suffragia conferunt, alius qui ordinat. Verum hæc de laicis dicta videntur; namque his lex, contra canonum auctoritatem, suffragia permittit : quæ res tamen firmitatem nullam obtinuit, sed in scriptis otiosa jacet : frustra enim clamitant leges, propterea quod Patres* B *mandata hujusmodi, tanquam aliena et obtrusa, ex Ecclesia repulerunt. Non enim quidquam commune habent spiritus et gladius. Quod si forte de episcopis loquitur lex, nullum hinc præjudicium contra Ecclesiam conflatur, quandoquidem sine episcopali suffragio ordinatio nulla peragitur. Sed hactenus de civilibus legibus. Nam si vel unius episcopi, aut presbyteri aut diaconi electionem non patiuntur Patres a laicis procedere, quomodo hi legem vel doctrinam a laicis proponi tolerarent, quæ electionum atque ordinationum normam præscriberet ? Si enim hoc eveniret, jam non spiritaliter, sed humanitus res divinæ administrarentur; siquidem exinde tum electiones omnes tum ordinationes humanis non divinis jussibus* C *fierent. Ex quo alia quoque consectanea deducerentur : fortasse enim posteri nostri ægre ferentes ea quæ in jure ecclesiastico scripta sunt, sive ambitione inflati, sive etiam ob mentis aliquam pravitatem, perturbare et confundere divinos fidei nostræ articulos volent; captantesque ansam ex iis qui ante ipsos scripserunt, leges et ipsi statuent, quomodo baptisma administrari debeat, ceu si minime ipsis placeret quod hactenus est factitatum : item quo ritu sacræ missæ liturgiam perfici oporteat; sicque alius alia præscriberet, cunctique de omnibus statuere vellent. Neque enim ullus esset mali finis, si hoc absurdum initium fieret, donec ipsum audacter suffoderent Trinitatis mysterium, atque universam delerent religionem. Quamobrem ne talia eveniant,* D *nullam uspiam ullo tempore civilem legem dominari spiritui concessum fuit; sed veluti emortui conceptus in ipsis exstinguuntur uteris, sic quæcunque civiles leges spiritui contradicunt; cassæ viribus jam usque ab origine mortuæque pariuntur.*

Postremum monitum ad lectorem sit, nihil in Photii *Syntagmate* esse schismaticum, nihil studio partium dictum; prisci enim tantummodo Ecclesiæ canones recitantur; ne quis forte imperitus, audito nomine Photii, repente pallescat.

NOTÆ.

(c) Apud nos in *Syntagmate*, p. 49 ex *Novellis*.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

SYNTAGMA CANONUM.

ΤΙΤΛΟΣ Α'.

ΠΕΡΙ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ, ΚΑΙ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΑΝΟΝΩΝ, ΚΑΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΩΝ.

TITULUS I.

DE THEOLOGIA, ET FIDE ORTHODOXA, ET CANONIBUS ATQUE ORDINATIONIBUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ. — *Περὶ θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως.* A

Ἀποστόλων κανὼν μθ', ν'.

μθ'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν, μὴ βαπτίσει εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ εἰς τρεῖς υἱοὺς, ἢ εἰς τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

ν'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσει, ἀλλ' ἓν βάπτισμα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος, Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλὰ, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

B

Συνόδου Κωνσταντινουπόλεως κανὼν α', ε'.

α'. Μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν Πατέρων, τῶν τιη', τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν· καὶ ἰδικῶς, τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτουν Ἀνομοίων· καὶ τὴν τῶν Ἀρειανῶν, εἴτουν Εὐδοξιανῶν· καὶ τὴν τῶν Ἡμιαρείων, εἴτουν Πνευματομάχων· καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν τῶν Ἀπολιναριανῶν.

ε'. Περὶ τοῦ τόμου τῶν Δυτικῶν καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀπεδεξάμεθα τοὺς μίαν ὁμολογοῦντας Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος θεότητα.

Συνόδου Ἐφέσου κανὼν ζ'.

ζ'. Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προσφέρειν, C

1 CAPUT PRIMUM. — *De theologia et fide orthodoxa.*

Apostolorum canones 49, 50.

49. [48] Si quis episcopus vel presbyter ex Domini ordinatione non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sed in trium principii expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur.

50. [49] Si quis episcopus vel presbyter, non tria unius mysterii baptismata perfecerit, sed unum baptismum, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus : In mortem meam baptizate : sed, *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [1].

Concilii Constantinopolitani canones 1, 5.

1. Trecentorum decem et octo Patrum qui Nicææ convenerunt fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere, et omnem hæresim anathematizari, et specialiter Eunomianorum, sive Anomæorum, et Arianorum, 2 sive Eudoxianorum, et Semiarianorum, sive Spiritus sancti adversariorum, et Marcellianorum, et Photinianorum, et Apollinaristarum.

5. De libello (1) Occidentalium, etiam eos suscepimus, qui Antiochiæ unam Patris, et Filii et Spiritus sancti deitatem confitentur.

Concilii Ephesini canon 7.

7. His igitur perlectis, statuit sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere,

[1] Matth. XXVIII, 19.

NOTÆ.

(1) Definitionem intellige fidei Nicænæ ab episcopis Occid. Sardicæ firmatam, teste Balsamone.

aut componere, præter definitam a sanctis Patribus qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt.

Concilii Carthaginensis canon 2.

2. *De Trinitate prædicanda*, universum concilium dixit : Deo propitio, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioso, primitus confitenda est; tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum ex consensu omnium est asservandus. Ad corroborandas autem fratrum et coepiscoporum nostrorum nuper promotorum mentes, ea proponenda sunt, quæ a Patribus certa dispositione accepimus, ut Trinitatis, quam nostris in sensibus consecratam retinemus, Patris, et Filii, et Spiritus sancti unitatem, quæ nullam noscitur habere differentiam, sicuti didicimus, ita Dei populos instruamus. Item ab universis episcopis nuper promotis dictum est : Plane sic accepimus, sic tenemus, sic docemus, fidem evangelicam cum vestra doctrina sequentes.

Concilii œcumenici VI canones 1, 73, 81.

1. Ordo est optimus ei, qui omnem orationem et 3
rem incipit, et a Deo incipere, et in Deum desinere, ut dicit Theologus. Quocirca cum et pietas a nobis clare prædicetur, et Ecclesia, in qua Christus est fundamentum, assidue augeatur, ac promoveatur, ut ea supra cedros Libani extollatur : et nunc sacros canones ordientes, statuimus fidem a Verbi ministris, quique ipsum suis oculis viderunt, et a Deo electi sunt, apostolis traditam, citra ullam innovationem immutabiliterque ac inviolabiliter esse servandam. Præterea autem et trecentorum decem et octo sanctorum Patrum qui Nicææ convenerunt sub Constantino, qui fuit noster imperator, adversus impium Arium, et gentilem ab eo dogmatizantem deitatis diversitatem, vel deorum potius, ut aptius dicam, multitudinem : qui nobis unanimi fidei agnitione consubstantialitatem, in tribus divinæ naturæ consistentibus personis, et revelaverunt, et declararunt, hanc sub ignorantiæ modio absconditam esse non sinentes; sed Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum una adoratione fideles adorare aperte docentes; et ab hæreticis ex arena constructa adversus rectam opinionem puerilia ludibria dejicientes et subvertentes. Similiter et eam, quæ sub Theodosio majore, qui fuit noster imperator, a centum quinquaginta sanctis Patribus, qui in hac urbe imperante convenerunt, prædicata est, fidem confirmamus, de Spiritu sancto voces quæ eum Deum esse statuunt, amplectentes, et profanum Macedonium una cum prioribus veritatis inimicis expellentes; ut qui eum qui dominatur, servum esse decernere ausus sit; et insectilem unitatem secare 4
prædonis more voluerit, ut non esset perfectum fidei [G. spei] nostræ mysterium : una etiam cum isto odioso ac detestabili, quique adversus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem ejusdem iniquitatis mysten una condemnantes : qui Domi-

A ἤγουν συγγράφειν ἢ συντιθέναι, παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συναχθέντων σὺν ἁγίῳ Πνεύματι.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν β'.

β'. *Περὶ κηρυκτέας τῆς ἁγίας Τριάδος*, σύμπασα ἡ σύνοδος εἶπεν· Θέλοντος τοῦ Θεοῦ, ἴσῃ ὁμολογίᾳ ἡ ἐκκλησιαστικὴ πίστις ἡ δι' ἡμῶν παραδιδομένη ἐν ταύτῃ τῇ ἐνδόξῳ συνελεύσει πρωτοτύπως ὁμολογητέα ἐστί. Βεβαιωτέας δὲ τὰς τῶν ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν, τῶν ἔναγχος χειροτονηθέντων διανοίας· ταῦτα δεῖ προσθεῖναι ἃ παρὰ τῶν Πατέρων βεβαίᾳ διατυπώσει παρελάβομεν, ὥστε τῆς Τριάδος, τουτέστι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἑνότητα, τὴν μηδεμίαν ἔχειν διαφορὰν γινωσκομένην· ἣν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐγκαθ-
B ιερωθεῖσαν κατέχομεν· καὶ καθὼς ἐμάθομεν, οὕτω τοὺς λαοὺς τοῦ Θεοῦ διδάξωμεν. Ὁμοίως ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἔναγχος προαχθέντων, ἐλέχθη φανερῶς· Οὕτως δεχόμεθα, οὕτως κατέχομεν, οὕτως διδάσκομεν, τῇ πίστει τῇ εὐαγγελικῇ ἅμα τῇ ὑμετέρᾳ διδασκαλίᾳ ἑπόμενοι.

Συνόδου οἰκουμενικῆς ς', κανὼν α', ογ', πα'.

α'. Τάξις ἀρίστη παντὸς ἀρχομένου καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι, κατὰ τὴν θεολόγον φωνήν· ὅθεν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑφ' ἡμῶν ἤδη διαπρυσίως κηρυττομένης, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐφ' ᾗ Χριστὸς τεθεμελίωται, διηνεκῶς αὐξανούσης καὶ προκοπτούσης, ὡς τῶν τοῦ Λιβάνου κέδρων ταύτην ὑπερεκτείνεσθαι· καὶ νῦν
C ἀρχὴν τῶν ἱερῶν ποιούμενοι λόγων, χάριτι θείᾳ ὁρίζομεν ἀκαινοτόμητά τε καὶ ἀπαράτρωτα φυλάττειν τὴν παραδοθεῖσαν πίστιν ἡμῖν ὑπό τε τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ Λόγου, τῶν θεοκρίτων ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῶν τιη' ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων, ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως, κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δογματισθείσης ἐθνικῆς ἑτεροθεΐας, ἢ πολυθεΐας εἰπεῖν οἰκειότερον, οἳ τῇ ὁμογνωμοσύνῃ τῆς πίστεως, τὸ ὁμοούσιον ἡμῖν ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς θεαρχικῆς φύσεως ὑποστάσεων, ἀπεκάλυψάν τε καὶ διετράνωσαν· μὴ ἐπικεκρύφθαι τῷ μοδίῳ τῆς ἀγνωσίας τοῦτο παραχωρήσαντες, ἀλλὰ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, προσκυνεῖν μιᾷ προσκυνήσει, τοὺς πιστοὺς ἀναφανδὸν
D ἐκδιδάξαντες, καὶ τήν τε τῶν ἀνίσων βαθμῶν τῆς θεότητος δόξαν, καθελόντες καὶ διασπάσαντες· τά τε ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν συστάντα ἐκ ψάμμου κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας μειρακιώδη ἀθύρματα, καταβαλόντες καὶ ἀνατρέψαντες. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως, ὑπὸ τῶν ἐν ταύτῃ βασιλίδι πόλει συναχθέντων ρν' ἁγίων Πατέρων κηρυχθεῖσαν πίστιν, κρατύνομεν· τὰς θεολόγους περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωνὰς ἀσπαζόμενοι, καὶ τὸν βέβηλον Μακεδόνιον τοῖς προτέροις ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας συνεξελαύνοντες, ὡς δοῦλον τὸ δεσπόζον αὐθαδῶς δοξάσαι τολμήσαντα, καὶ σχίσαι τὴν ἄτμητον Τριάδα ληστρικῶς προελόμενον· ὡς ἂν μὴ ἐντελὲς ἡμῖν τὸ τῆς ἐλπίδος εἴη μυστήριον· τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσαντι,

καὶ Ἀπολινάριον τὸν τῆς κακίας μύστην συγκατακρίνοντες, ὃς ἄνουν τὸν Κύριον ἀνειληφέναι σῶμα, δυσσεβῶς ἐξηρεύξατο. Ἐντεῦθεν καὶ οὗτος ἡμῖν ἀτελῆ τὴν σωτηρίαν γενέσθαι συλλογιζόμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει τὸ πρότερον συναχθέντων, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Ἀρκαδίου, γενομένου ἡμῶν βασιλέως, διακοσίων θεοφόρων Πατέρων ἐκτεθέντα διδάγματα, ὡς κράτος ἀῤῥαγὲς τῆς εὐσεβείας ἐπισφραγίζομεν, ἕνα Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ σαρκωθέντα κηρύττοντες· καὶ τὴν αὐτὸν ἀσπόρως τεκοῦσαν ἄχραντον ἀεὶ Παρθένον, κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν, Θεοτόκον δοξάζοντες· καὶ τὴν ληρώδη τοῦ Νεστορίου διαίρεσιν, ὡς ἀπῳκισμένην θείας μοίρας ἀποδιώκοντες, ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ Θεὸν ἰδικῶς, τὸν ἕνα Χριστὸν δογματίζοντος, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀνανεοῦντος δυσσέβειαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν Χαλκηδονέων μητροπόλει ἐπὶ Μαρκιανοῦ, καὶ αὐτοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως, τῶν χλ' θεοκρίτων Πατέρων στηλογραφηθεῖσαν πίστιν, ὀρθοδόξως ἐπικυροῦμεν· ἥτις τὸν ἕνα Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐκ δύο συντεθέντα τῶν φύσεων, καὶ ἐν δύο ταῖς αὐταῖς δοξαζόμενον φύσεσι, μεγαλοφώνως τοῖς πέρασι παραδέδωκε· καὶ Εὐτυχέα τὸν ματαιόφρονα, τὸν δοκήσει τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον τελεσθῆναι ἀποφηνάμενον, ὡς ἀποτρόπαιόν τι καὶ μίασμα, τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας περιβόλων ἀπήλασε· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Νεστόριον καὶ Διόσκορον, τὸν μὲν τῆς διαιρέσεως, τὸν δὲ τῆς συγχύσεως, ὑπερασπιστήν τε καὶ πρόμαχον, τοὺς ἐκ διαμέτρου τῆς ἀσεβείας πρὸς ἓν ἐκπεπτωκότας ἀπωλείας καὶ ἀθεότητος βάραθρον· ἀλλά γε καὶ τὰς εὐσεβεῖς φωνὰς τῶν ρξε' θεοφόρων μακαρίων Πατέρων τῶν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν συναγηγερμένων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γενομένου ἡμῶν βασιλέως, ὡς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐξενεχθείσας γινώσκομεν, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμᾶς ἐκδιδάσκομεν· οἳ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, Ὠριγένην τε, καὶ Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον, τοὺς τὰς Ἑλληνικὰς ἀναπλασαμένους μυθοποιίας, καὶ σωμάτων τινῶν καὶ ψυχῶν ἡμῖν περιόδους καὶ ἀλλοιώσεις ἀναπεμπάσαντας ταῖς τοῦ νοῦ παραφοραῖς τε καὶ ὀνειρώξεσι, καὶ εἰς τὴν τῶν νεκρῶν δυσσεβῶς ἐμπαροινήσαντας ἀναβίωσιν, τά τε γραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν ιβ' κεφαλαίων τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολήν, συνοδικῶς ἀνεθεμάτισάν τε καὶ ἐβδελύξαντο· καὶ τὴν ὑπὸ τῆς ἔναγχός γε συναθροισθείσης κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν, ἐπὶ τοῦ ἐν θείᾳ τῇ λήξει γενομένου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου πίστιν, ἣ μειζόνως τὸ κῦρος ἐδέξατο, δι' ὧν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς σφραγῖσι τοὺς ταύτης τόμους κατησφαλίσατο, πρὸς τὴν ἐν τῷ παντὶ αἰῶνι ἀσφάλειαν, καὶ αὖθις ὁμολογοῦμεν φυλάττειν ἀπαρεγχείρητον· ἣ δύο φυσικὰς θελήσεις, ἤτοι θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας, ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, δοξάζειν ἡμᾶς θεοφιλῶς διεσάφησε· τοὺς τὸ εὐθὲς τῆς ἀληθείας δόγμα παραχαράξαντας, καὶ ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἐπὶ

A num corpus mente et anima non præditum sumpsisse impie eructavit, hinc quoque et iste imperfectam nobis factam salutem ratiocinans. Jam vero et quæ in Ephesiorum civitate a ducentis divinis Patribus sub Theodosio Arcadii filio imperatore nostro expositæ sunt, doctrinas tanquam infractum pietatis robur obsignamus, unum Christum Filium Dei et incarnatum prædicantes; et quæ ipsum sine semine peperit, impollutam semper Virginem, proprie et vere Deiparam decernentes; et ineptam Nestorii divisionem, tanquam a divina sorte semotam persequentes, hominem separatim et Deum separatim unum Christum decernentis, et impietatem Judaicam renovantis. Quin etiam eam, quæ in Chalcedonensium metro-
B poli sub Marciano, qui fuit et ipse imperator noster, a sexcentis triginta descripta est Patribus, fidem orthodoxe confirmamus: quæ unum Christum Filium Dei, ex duabus naturis compositum, et in duabus eisdem naturis creditum, magna ac sublimi voce terrarum finibus tradidit; et stulte ac inepte sentientem Eutychem, qui magnum œconomiæ mysterium apparentia perfectum esse dicebat, tanquam avertendum aliquod portentum tetramque pestem, ex sacris Ecclesiæ ambitibus exturbavit. Una autem cum eo etiam Nestorium et Dioscorum, quorum ille quidem divisionis, hic vero confusionis defensor erat et pugnator: qui quidem ex impietatis diametro ad unum perditionis et abnegationis Dei
C barathrum deciderant. Sed et **5** centum sexaginta quinque divinorum Patrum in hac civitate imperatrice congregatorum sub Justiniano piæ memoriæ, qui fuit imperator noster, pias voces ut a Spiritu editas cognoscimus, et posteros nostros docemus, qui Theodorum Mopsuestiæ Nestorii magistrum, et Origenem, et Didymum, et Evagrium, qui gentiles fabulas rursus fictas retulerunt, et corporum quorumdam et animarum circuitiones et immutationes seu transmigrationes de integro ruminaverunt, suis quibusdam mentis deliriis ac somniis: et in mortuorum resurrectionem impie ac contumeliose insultarunt: et quæ a Theodoreto scripta sunt adversus rectam fidem et duodecim beati Cyrilli capita, et eam quæ dicitur Ibæ epistolam, synodice
D anathematizarunt et exsecrati sunt. Porro sextæ quoque sanctæ synodi, quæ in hac civitate imperiali sub divæ memoriæ imperatore nostro Constantino pridem congregata fuerat, fidem, quæ majorem ex eo firmitatem accepit, quod pius imperator eam scriptam suo signaculo munivit ad futuram in omnia sæcula securitatem, non movendam nec agitandam nos servare rursus profitemur; quæ duas naturales voluntates seu volitiones, duasque naturales operationes in incarnata unius Domini nostri Jesu Christi veri Dei œconomia nos pie opinari debere aperte docuit; iis qui rectum veritatis decretum adulteraverant, et unam voluntatem ac operationem unam in uno Domino nostro Jesu Christo populos docuerant, pia sententia condemnatis, Theodoro,

sacerdotalis ordinis, qui transgressus est eum, inqulmus, Pharan, Cyro Alexandriæ, Honorio Romæ, Sergio, **6** Pyrrho, Paulo, Petro, qui in hac a Deo, servata civitate præsederunt; Macario, qui fuit Antiochensium episcopus, Stephano ejus discipulo, et insipiente Polychronio; hac ratione intacto et illibato communi corpore Domini nostri Jesu Christi ab eis servato. Atque, ut semel dicamus, omnium qui in Dei Ecclesia decora ornamentaque fuerunt, et luminaria in mundo, vitæ rationem obtinentia, firmam fidem valere, et usque ad sæculi consummationem inconcussam ac illabefactam permanere sancimus, eorumque scripta ac decreta divinitus tradita : rejicientes omnes et anathematizantes, quos rejecerunt et anathematizarunt, ut veritatis inimicos, et qui adversus Deum inaniter fremuerunt, et iniquitatem in altum meditati sunt. Si quis autem ex omnibus prædicta pietatis decreta non tenet et amplectitur, sicque opinatur et prædicat, sed iis contra adversari conatur, sit anathema, secundum prius expositam declaratorum sanctorum et beatorum Patrum decretum, a Christiano quoque catalogo ut alienus extrudatur et excidat. Nos enim juxta prius definita neque aliquid adjicere, neque quidquam adimere omnino statuimus, vel ullo modo potuimus.

A τοῦ ἑνὸς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς λαοὺς ἐκδιδάξαντας· τῇ τῆς εὐσεβείας ψήφῳ καταδικάσασα· φαμὲν Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν, Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας, Ὀνώριον τὸν Ῥώμης (3), Σέργιον, Πύῤῥον, Παῦλον, Πέτρον, τοὺς ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ προεδρεύσαντας πόλει, Μακάριον, τὸν γενόμενον τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον, Στέφανον τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, καὶ τὸν ἄφρονα Πολυχρόνιον· ἐντεῦθεν ἀνέπαφον τηροῦσα τὸ κοινὸν σῶμα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· καὶ συνελόντι φάναι πάντων τῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ διαπρεψάντων ἀνδρῶν, οἳ γεγόνασιν ἐν κόσμῳ φωστῆρες, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· τὴν πίστιν κρατεῖν βεβαίαν· καὶ μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀσάλευτον διαμένειν θεσπίζομεν, καὶ τὰ αὐτῶν θεοπαράδοτα συγγράμματά τε καὶ δόγματα· B πάντας ἀποβαλλόμενοί τε καὶ ἀναθεματίζοντες ὡς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς, καὶ κατὰ Θεοῦ φρυαξαμένους κενὰ, καὶ ἀδικίαν εἰς ὕψος ἐκμελετήσαντας. Εἰ δέ τις τῶν ἁπάντων· καὶ τὰ προειρημένα τῆς εὐσεβείας δόγματα κρατεῖν ἀσπάζεται, καὶ οὕτως δοξάζει τε καὶ κηρύττει, ἀλλ' ἐξ ἐναντίας ἰέναι τούτων ἐπιχειρεῖ, ἔστω ἀνάθεμα, κατὰ τὸν ἤδη προεκτεθέντα ὅρον ὑπὸ τῶν προδηλωθέντων ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων, καὶ τοῦ Χριστιανῶν καταλόγου ὡς ἀλλότριος ἐξωθείσθω καὶ ἐκριπτέσθω. Ἡμεῖς γὰρ οὔτε προστιθέναι τι, οὔτε μὴν ὑφαιρεῖν κατὰ τὰ προορισθέντα, παντελῶς διεγνώκαμεν, ἢ καθ' ὁντιναοῦν δεδυνήμεθα λόγον.

73. Cum crux nobis vivifica salutare ostenderit, nos **7** omnem diligentiam adhibere oportet, ut ei, per quam ab antiquo lapsu salvati sumus, eum quem par est honorem habeamus. Quamobrem et mente, et sermone, et sensu adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ a nonnullis in solo ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis tropæum injuria afficiatur. Eos itaque, qui deinceps crucis signum in solo construunt, segregari decernimus.

σγ'. Τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ δείξαντος ἡμῖν τὸ σωτήριον, πᾶσαν σπουδὴν ἡμᾶς τιθέναι χρὴ τοῦ τιμὴν C τὴν ἀξίαν ἀποδιδόναι τῷ δι' οὗ σεσώσμεθα τοῦ παλαιοῦ παραπτώματος· ὅθεν καὶ νῷ καὶ λόγῳ καὶ αἰσθήσει, τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀπονέμοντες, τοὺς ἐν τῷ ἐδάφει τοῦ σταυροῦ τύπους ὑπό τινων κατασκευαζομένους, ἐξαφανίζεσθαι παντοίως προστάσσομεν· ὡς ἂν μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει, τὸ τῆς νίκης ἡμῖν τρόπαιον ἐξυβρίζοιτο· τοὺς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν σταυροῦ τύπον ἐπὶ ἐδάφους κατασκευάζοντας, ὁρίζομεν ἀφορίζεσθαι.

81. Quoniam in nonnullis locis didicimus in hymno, quo ter sanctus canitur, additamenti loco dici post illud, Sanctus immortalis, hoc, Qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri. Id autem ab antiquis sanctis Patribus, ut a pietate alienum, ex hoc hymno ejectum est cum scelerato hæretico (2), qui hanc vocem innovavit : nos quoque confirmantes ea, quæ a sanctis nostris Patribus prius pie constituta sunt, anathematizamus eos, qui post præsens decretum ejusmodi vocem admittunt in ecclesiis, vel aliquo alio modo sanctissimo hymno adjungunt. Et si est quidem sacer-

πα'. Ἐπειδήπερ ἔν τισι χώραις μεμαθήκαμεν, ἐν τῷ Τρισαγίῳ ὕμνῳ, ἐν προσθήκης μέρει ἐκφωνεῖσθαι μετὰ τὸ, Ἅγιος ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς. Τοῦτό τε ὑπὸ τῶν πάλαι ἁγίων Πατέρων, ὡς τῆς εὐσεβείας ἀλλότριον ἐκ τοῦ τοιούτου D ἀπηλάθη ὕμνου, σὺν τῷ τὴν τοιαύτην φωνὴν καινουργήσαντι παρανόμῳ αἱρετικῷ· καὶ ἡμεῖς κυροῦντες τὰ περὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν πρὶν εὐσεβῶς θεσμοθετηθέντα, ἀναθεματίζομεν τοὺς ἔτι μετὰ τὸν παρόντα ὅρον παραδεχομένους τὴν τοιαύτην οὕτω φωνὴν ἐπ' ἐκκλησίαις, ἢ ἄλλως πως τῷ Τρισαγίῳ ὕμνῳ συνάπτοντας. Καὶ εἰ μὲν ἱερατικός ἐστιν ὁ

NOTÆ.

(3) De qualicunque Honorii in sexta synodo damnatione, diutius non est disputandum post Baronium consecutosque polemicos plurimos. Ego hoc unum adnotabo, quod nempe in libello synodico apud Justellum jur. can. gr. T. II, p 1205-1209. in tot aliis synodicis damnationibus monothelitarum Sergii, Pyrrhi, et Cyri, Honorii nomen prorsus reticetur; quæ res sine veritatis impulsu fieri tam concorditer a Græcis, Italis Afrisque non potuit.

παραβάτης τῶν ὁρισθέντων, ἀπογυμνοῦσθαι τοῦτον τῆς ἱερατικῆς ἀξίας προστάσσομεν· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορίζεσθαι.

Βιβλίον Α', τίτ. α', διάταξις α', ε', ϛ', ζ', η'.

ΚΕΦΑΛ. Β'. — *Ποίους δεῖ κανόνας κρατεῖν.*

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν α'.

α'. Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας, κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν α'.

α'. Ταῦτα οὕτως παρ' ἡμῖν ἔχοντα τὰ ἴσα τῶν ὁρισθέντων, ἅπερ τότε οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐκ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου μεθ' ἑαυτῶν κατήγαγον· ἧς τὸν τύπον φυλάττοντα τὰ ἑπόμενα καὶ ὁρισθέντα παρ' ἡμῶν, βεβαιωθέντα φυλαχθῶσιν.

Συνόδου οἰκουμενικῆς ϛ', κανὼν β'.

β'. Ἔδοξε δὲ καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς, πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν, τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων λεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν, ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων, πε' κανόνας. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται, δέχεσθαι ἡμᾶς τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷστισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων, ἐπὶ λύμῃ τῆς Ἐκκλησίας, νόθα τινὰ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα πρὸς τὴν τοῦ χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν, οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα, καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες. Ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας, ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τουτέστι τῶν τε ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων τιη' ἁγίων Πατέρων, καὶ τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Γάγγραις, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας, ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Σαρδικῇ, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Καρθαγέννῃ, προσέτι καὶ τῶν ρν' τῶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι συνελθόντων πόλει, ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Τιμοθέου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου· ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, καὶ Πέτρου ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς Ἀλεξανδρέων καὶ μάρτυρος, Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ θαυματουργοῦ, Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, Γρηγορίου τοῦ θεολόγου, Ἀμφιλοχίου τοῦ Ἰκονίου, Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας τοῦ προτέρου,

A dotali dignitate privari jubemus : sin autem laicus vel monachus, segregari.

Liber I, tit. II, constitutio 1, 5, 6, 7, 8.

CAP. II. — *Quales canones oporteat auctoritatem retinere.*

Chalcedonensis concilii canon 1.

1. Qui a sanctis Patribus in unaquaque synodo hucusque expositi sunt, observari canones æquum censuimus.

Concilii Carthaginensis canon 1.

1. *Aurelius episcopus dixit* (3*) : 8 Hæc ita apud nos habentur exemplaria statutorum, quæ tunc Patres nostri de concilio Nicæno secum detulerunt : cujus formam servantes, hæc quæ sequuntur con-B stituta, firmata a nobis custodientur.

Concilii œcumenici VI, canon 2.

2. Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcherrime et honestissime placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam et perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, qui a sanctis Patribus qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati sunt, atque adeo nobis etiam traditi sunt, sanctorum et gloriosorum apostolorum nomine octoginta quinque canones. Quoniam autem in his nobis canonibus præceptum est, ut eorumdem sanctorum apostolorum per Clementem constitutiones susciperemus quibus jam olim ab iis qui fide aliena sentiunt ad labem Ecclesiæ aspergendam, adulterina quædam C et a pietate aliena introducta sunt, quæ divinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt, has constitutiones ad christianissimi gregis ædificationem ac securitatem conducibiliter rejecimus, hæreticæ falsitatis fetus nequaquam admittentes, et germanæ ac integræ apostolorum doctrinæ inserentes. Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui a sanctis et beatis nostris Patribus expositi sunt, id est, a trecentis decem et octo sanctis ac deiferis Patribus, qui Nicææ convenerunt; iisque qui Ancyræ; et iis etiam qui Neocæsareæ; similiter et qui Gangris; præterea et iis qui in Antiochia Syriæ; atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiæ : præterea autem 9 et centum quinquaginta Patribus, qui in hac a Deo conservanda D et imperiali civitate convenerunt; et ducentis, qui in Ephesiorum metropoli prius coacti sunt; et sexcentis triginta sanctis et beatis Patribus, qui Chalcedone : similiter et iis qui Sardicæ : et qui Carthagine, et qui rursus in hac Dei cultrice et imperatrice urbe convenerunt sub Nectario, qui imperanti huic civitati præsidebat; et Theophilo qui fuit Alexandriæ archiepiscopus. Quin etiam canones Dionysii, qui fuit archiepiscopus magnæ Alexandrinorum civitatis : et Petri, qui fuit Alexandriæ archiepiscopus et martyr : Gregorii Neocæsareæ episcopi Thaumaturgi : Athanasii Alexandrini ar-

NOTÆ.

(3*) In ms Aurelius.

chiepiscopi; Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ; Gregorii episcopi Nyssæ, Gregorii Theologi, Amphilochii Iconii, Timothei prioris, archiepiscopi Alexandricæ; Theophili archiepiscopi ejusdem Alexandriæ: Cyrilli ejusdem Alexandriæ archiepiscopi, et Gennadii, qui fuit patriarcha hujus a Deo servandæ et imperantis civitatis. Præterea vero et a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit archiepiscopus et martyr, et synodo quæ sub ipso fuit, emissum canonem, qui in prædictorum præsulum locis solus, secundum traditam eis consuetudinem, servatus est. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare, vel non admittere, vel alios præter hic propositos recipere canones, a quibusdam falsa adjecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari conati sunt. Si quis autem, quod prædictorum canonum aliquem innovare vel subvertere conetur, convictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, ut ipse pronuntiat canon, pœnam luens, et per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens.

Concilii Nicæni II *canones* 1, 2.

1. Iis qui sacerdotalem dignitatem sortiti sunt, testimonia et ad recte se gerendum instituta sunt canonicarum constitutionum descriptiones. **10** Quas cum diviniloquo David lubenter recipientes, ad Dominum cantamus, dicentes: *In via mandatorum tuorum lætatus sum, tanquam in omnibus divitiis* [2]: et, *Mandasti justitiam testimonia tua in sæculum* [3]: — *Intellectum da mihi, et vitam* [4]. Et si in sæculum nos jubet vox prophetica testimonia Dei servare, et in eis vivere, liquet ea nequaquam concutienda, nullaque ratione labefactanda permanere: nam et venerandus Moyses sic ait: *Eis non licet addere, nec eis licet detrahere* [5]. Et divinus apostolus Petrus in iis glorians exclamat: *Ad quæ angeli declinare desiderant* [6]. Atque etiam dicit Paulus: *Etiamsi nos vel angelus annuntiet vobis aliud, quam vobis annuntiavimus, sit anathema* [7]. Cum hæc ergo ita se habeant, et sint nobis testata, iis exsultantes, ut si quis multa spolia invenerit, divinos canones libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram et illabefactabilem confirmamus, quæ edita fuerunt a sancti Spiritus tubis, omni ex parte celebrandis apostolis, et sex sanctis universalibus synodis, iisque quæ ad ejusmodi decretorum traditionem provinciatim coactæ fuerunt, et nostris sanctis Patribus. Ex uno enim omnes eodemque Spiritu illuminati, quæ erant utilia decreverunt: et quos anathemati quidem transmittunt, nos quoque anathematizamus: quos vero depositioni, nos quoque deponimus: quos autem segregationi, nos itidem segregamus: quos autem pœnæ tradunt, nos quoque similiter subjicimus. *Ab avaritia* enim *alieni mores sint, præsentibus contenti* [8], is qui tertium cœlum conscendit, et arcana verba audivit, Paulus divinus apostolus aperte vociferatur.

A Θεοφίλου, ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, καὶ Κυρίλλου, καὶ Γενναδίου πατριάρχου γενομένου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως, ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρῶν χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα· ὃς ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις καὶ μόνον, κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησε, καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν κανόνας ἢ ἀθετεῖν, ἢ ἑτέρους παρὰ τοὺς προκειμένους παραδέχεσθαι κανόνας, ψευδεπιγράφως ὑπό τινων συντεθέντας, τῶν τὴν ἀλήθειαν καπηλεύειν ἐπιχειρησάντων. Εἰ δέ τις ἁλῷ κανόνα τινὰ τῶν εἰρημένων καινοτομῶν, ἢ ἀνατρέπειν ἐπιχειρῶν, ὑπεύθυνος ἔσται κατὰ τὸν τοιοῦτον κανόνα· ὡς αὐτὸς B διαγορεύει, τὴν ἐπιτιμίαν δεχόμενος, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ᾧπερ πταίει θεραπευόμενος.

Συνόδου Νικαίας τὸ δεύτερον, κανὼν α', β'.

α' Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν, μαρτύριά τε καὶ κατορθώματα, αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεων ὑποτυπώσεις εἰσίν· ἃς δεχόμενοι ἀσμένως, μετὰ τοῦ θεοφάντορος Δαβὶδ ᾄδομεν πρὸς τὸν Δεσπότην Θεὸν λέγοντες· *Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ*· καί, *Ἐνετείλω καὶ δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα. Συνέτισόν με καὶ ζῆσόν με*· καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δῆλον ἀκράδαντα καὶ ἀσάλευτα διαμένουσιν· ὅτι καὶ ὁ θεόπτης Μωϋσῆς οὕτω φησίν· *Ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφαιρεῖν*· καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Πέτρος ἐν αὐτοῖς C ἐγκαυχώμενος βοᾷ· *Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι*· καὶ ὁ Παῦλός φησι· *Κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Τούτων οὖν οὕτως ὄντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλά, ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν, τῶν τε ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων σαλπίγγων τοῦ Πνεύματος πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν τε ἐξ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων διαταγμάτων, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν· ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ συμφέροντα. Καὶ οὓς μὲν D τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. *Ἀφιλάργυρος* γὰρ *ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν*, ὁ βεβηκὼς εἰς τρίτον οὐρανόν, καὶ ἀκούσας ἄρρητα ῥήματα, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, διαῤῥήδην βοᾷ.

[2] Psal. CXVIII, 14. [3] ibid. 138. [4] ibid. 144. [5] Deut. IV, 2. [6] I Petr. I, 12. [7] Galat. I, 8. [8] Hebr. XIII, 5 seq.

Ὅτι δεῖ τὸν χειροτονούμενον ἐπίσκοπον ἀσφαλῶς συντάσσεσθαι, τοὺς κανόνας φυλάττειν· εἰ δὲ μή γε, μὴ χειροτονεῖσθαι.

β΄. Ἐπειδήπερ ψάλλοντες συντασσόμεθα τῷ Θεῷ, *Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου·* πάντας μὲν Χριστιανοὺς τοῦτο φυλάττειν σωτήριον, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχομένους ἀξίαν. Ὅθεν ὁρίζομεν πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον, πάντως ψαλτῆρα γινώσκειν· ἵνα ὡς ἐκ τούτου, καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον, οὕτω νουθετῇ μυεῖσθαι· ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν, ἐρευνητικῶς καὶ οὐ παροδευτικῶς, τούς τε ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, τήν τε τοῦ θείου Ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν· καὶ κατὰ τὰ B θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν λαόν. Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, ἤγουν ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, καθὼς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος. Εἰ δὲ ἀμφισβητοίη καὶ μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ χειροτονεῖσθαι· ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ Θεός· *Σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.*

A **11** *Quod ordinandus episcopus certo debeat promittere se canones servaturum, sin minus non promoveatur.*

2. Quoniam psallentes Deo spondemus : *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos* [10] : omnes quidem Christianos salutare est hoc servare, eos autem præcipue qui sacerdotalem dignitatem obtinent. Quamobrem decernimus quemlibet, qui ad episcopalem gradum est provehendus, psalterium omnino nosse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita institui moneat. A metropolitano autem bene examinari, an ad sacros canones diligenter, ac cum perscrutatione, non autem obiter cursimque legendos, prompto paratoque sit animo, et sacrum etiam Evangelium, et librum divini Apostoli, omnemque divinam Scripturam, et in divinis præceptis versari, et populum suum docere. Nostræ enim hierarchiæ substantia sunt eloquia divinitus tradita, divinarum scilicet Scripturarum vera scientia, sicut magnus ait Dionysius [11]. Si quis autem dubius animi fuerit, et non lubenter hæc facere et docere voluerit, non ordinetur. Prophetice enim dicit Deus : *Tu repulisti scientiam, et ego te repellam, ne sis mihi sacerdos* [12].

Canones hi duo in margine adjecti erant a recentiore manu, etsi ob attonsam membranam aliquantum mutili. Hos nunc restituimus ex Leunclavio Jur. Gr. Rom. 108-109. *ubi jacent in corpore decreti synodalis* περὶ ἑνώσεως.

Συνόδου τῆς ἑνώσεως κανὼν δ΄, ζ΄.

δ΄. Ἅπαντα τὰ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων καινοτομηθέντα καὶ πραχθέντα ἢ μετὰ τοῦτο πραχθησόμενα, ἀνάθεμα. C

ζ΄. Τοῖς ἐν καταφρονήσει τιθεμένοις τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας τῶν μακαρίων Πατέρων ἡμῶν οἳ καὶ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ὑπερείδουσι, καὶ ὅλην τὴν Χριστιανικὴν πολιτείαν κοσμοῦντες πρὸς θείαν ὁδηγοῦσιν εὐλάβειαν, ἀνάθεμα.

Concilii unionis canones 4, 7.

4. Quæcunque contra traditionem Ecclesiæ, doctrinam et formulas sanctorum ac beatorum Patrum innovabantur vel reapse per sive est citum habebant anathema sit.

7. Quicunque sacros ac diuinos canones a beatis Patribus transmissos spernat, negantes illos esse fulcra sanctæ Ecclesiæ et duces Christianorum ad Dei timorem, anathema sit.

Ita concluditur fragmentum a Leunclavio loc. dict. recitatum. In codice autem Vat. sequitur synodi clausula inedita quæ ita se habet.

Τούτων οὕτως διωρισμένων πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, τοῦ ἀμέτοχον εἶναι τὸ εὐσεβὲς τῶν Χριστιανῶν πλήρωμα τῶν ἐξ ἀθεμίτων γάμων ῥύπων, δεόμεθα τῆς σῆς ἀγαθότητος, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἔτι καὶ διαπαντὸς πᾶν σκάνδαλον, πᾶσαν διαμερισμοῦ αἰτίαν, τῆς σῆς ἐξελαύνειν Ἐκκλησίας, καὶ συντηρεῖν αὐτῇ τὴν εἰρηναίαν κατάστασιν, πρεσβείαις τῆς Δεσποίνης ἡμῶν καὶ ἀχράντου Μητρός, τῶν πανιέρων σου μαθητῶν καὶ ἀποστόλων, δι' ὧν D ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τὴν σὴν κατεφύτευσας εἰρήνην, καὶ πάντων οἷς ἐξ αἰῶνος εὐαρεστούμενος ὤφθης ἁγίοις. Ἀμήν.

Quibus ita definitis ad securitatem sanctæ Ecclesiæ, et ut pietatis perfectione arceatur nequitia nuptialium sordium; precamur bonitatem tuam, Christe Deus noster, ut deinceps omne prorsus scandalum, omnemque dissidii causam ab Ecclesia tua tollas, et conserves illi pacificam constitutionem, intercedente gloriosissima Domina nostra et sublimi Matre tua, ac sacratissimis discipulis tuis et apostolis, per quos in omni terra pacem tuam implantasti, cum omnibus sanctis illis, in quibus a sæculis visus es tibi complacuisse. Amen.

Ἡ τρίτη διάταξις τοῦ β' τίτλου τῶν Νεαρῶν, τοὺς τῶν τεσσάρων συνόδων κανόνας θέλει κρατεῖν, καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν, ὡς τὰς θείας Γραφάς. Ἐν δὲ τῷ β'

Textus. Constitutio 3, tit. 2, Novellarum, septem conciliorum canones, eorumque placita, tanquam sacras Scripturas vult valere. Verum in

[10] Psal. [11]. *De eccles. Hier.* cap. 1. [12] Osee IV, 6.

2 lib. Codicis, tit. 3, constit. 14, et in 1 et 4 constitutione, tit. 1, Novellarum, partim canones ut leges valere, partim leges sequi canones [*traditur*]. Et lib. 1, tit. 2, const. 12, pragmaticas formas, quæ canonibus adversantur, irritas esse [*habet*].

12 CAP. III. — *Quod ecclesiastica consuetudo, etiamsi non scripta, instar legis servanda sit; et quod minime necesse sit Mosaicam legem retinere.*

Concilii œcumenici VI *canon* 82.

82. In nonnullis venerabilium imaginum picturis, agnus qui digito Præcursoris monstratur, depingitur, qui ad gratiæ figuram assumptus est, verum nobis agnum per legem Christum Deum nostrum præmonstrans. Antiquas ergo figuras et umbras, ut veritatis signa et characteres Ecclesiæ traditos, amplectentes, gratiam et veritatem præponimus, eam ut legis implementum suscipientes. Ut ergo quod perfectum est, vel colorum expressionibus omnium oculis subjiciatur, ejus qui tollit peccata mundi, Christi Dei nostri humana forma characterem etiam in imaginibus deinceps pro veteri agno erigi ac depingi jubemus: ut per ipsum Dei Verbi humiliationis celsitudinem mente comprehendentes, ad memoriam quoque ejus in carne conversationis, ejusque passionis et salutaris mortis deducamur, ejusque quæ ex eo facta est mundo redemptionis.

Sancti Basilii ad Diodorum Tarsensem de his qui duas sorores ducunt, vel de illis quæ duobus fratribus matrimonio junguntur.

Venerunt nobis litteræ nomine Diodori inscriptæ, at in reliquis quemvis alium potius decentes quam Diodorum. Videtur enim astutus aliquis personam tuam **13** induens, sic sibi voluisse auctoritatem apud auditores comparare. Qui quidem ab aliquo interrogatus, an sibi liceret mortuæ uxoris sororem in matrimonium ducere, interrogationem non perhorruit, sed placide etiam audivit, ac lascivam libidinem fortiter prorsus et pugnaciter adjuvit. Quod si adessent litteræ, eas ad te misissem, satisque haberes facultatis et ad tuam et ad veritatis defensionem. Sed quia qui illas ostenderat, rursus abstulit, et contra nos, qui id ab initio prohibuimus, velut tropæum quoddam circumtulit, licentiam se habere dictitans scripto mandatam; nunc ad te scripsi, ut duplici manu spuriam illam epistolam oppugnemus; nec quidquam ei roboris relinquamus, ne facile possit legentibus nocere. Primum itaque, quod in ejusmodi rebus maximum est, morem nostrum objicere possumus, ut vim legis habentem, eo quod nobis a viris sanctis traditæ sint regulæ. Mos autem ille est ejusmodi, ut si quis impuritatis vitio aliquando victus in illicitam duarum sororum conjunctionem inciderit, neque id matrimonium existimetur, neque omnino in Ecclesiæ

A βιβλίῳ τοῦ Κώδικος, τίτ. γ', διατάξει ιδ' καὶ ἡ α' καὶ ἡ δ' διάταξις τοῦ α' τίτλου τῶν Νεαρῶν· πῇ μὲν, ὅτι οἱ κανόνες ὡς νόμοι κρατοῦσι, πῇ δὲ, ὅτι τοῖς κανόσιν οἱ νόμοι ἀκολουθοῦσι· καὶ βιβλίῳ α', τίτλῳ β', διατάξει ιβ' ὅτι οἱ τοῖς κανόσιν ἐναντιούμενοι πραγματικοὶ, ἄκυροί εἰσιν.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.— *Περὶ τοῦ φυλάττεσθαι τὸ ἄγραφον ἐκκλησιαστικὸν ἔθος, ὡς νόμον· καὶ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἀνάγκην φυλάττειν τὰ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου.*

Συνόδου οἰκουμενικῆς ς' κανὼν πβ'.

πβ. Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς, ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν
B ἡμῖν διὰ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους κατασπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι. Ὡς ἂν οὖν τέλειον κἀν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνοῦ Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα, καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν· δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐνσάρκου πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ τοῦ καὶ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενο-
C μένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Διόδωρον τὸν Ταρσοῦ κατὰ τῶν δύο ἀδελφὰς γαμούντων, ἢ ἀδελφοῖς δυσὶ γαμουμένων.

Ἀφίκετο ἡμῖν γράμματα τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα Διοδώρου, τὰ δ' ἐφεξῆς ἄλλου τινὸς πρέποντα εἶναι μᾶλλον, ἢ Διοδώρου. Δοκεῖ γάρ μοί τις τῶν τεχνικῶν, τὸ σὸν πρόσωπον ὑποδὺς, οὕτως ἑαυτὸν ἀξιόπιστον ἐθελῆσαι ποιῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις· ὅς γε ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, εἰ θεμιτὸν αὐτὸν πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι τῆς γυναικὸς τελευτησάσης τὴν ἀδελφὴν, οὐκ ἔφριξε τὴν ἐρώτησιν, ἀλλὰ καὶ πράως ἤνεγκε τὴν ἀκοὴν, καὶ τὸ ἀσελγὲς ἐπιθύμημα πάνυ γενναίως αὐτῷ καὶ ἀγωνιστικῶς συγκατέπραξεν. Εἰ
D μὲν οὖν παρῆν μοι τὸ γράμμα, αὐτὸ ἂν ἀπέστειλα, καὶ ἐξήρκεις ἂν σαυτῷ τε ἀμῦναι καὶ τῇ ἀληθείᾳ. Ἐπεὶ δὲ ὁ δείξας πάλιν ἀφείλετο, καὶ ὥσπερ τι τρόπαιον καθ' ἡμῶν περιέφερε κεκωλυκότων τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἔγγραφον ἔχειν λέγων τὴν ἐξουσίαν, ἐπέστειλα νῦν σοι. Ὥστε διπλῇ τῇ χειρὶ ἡμᾶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν νόθον ἐκεῖνον λόγον, καὶ μηδεμίαν αὐτῷ ἰσχὺν καταλιπεῖν· ἵνα μὴ ἔχῃ βλάπτειν ῥᾳδίως τοὺς ἐντυγχάνοντας· πρῶτον μὲν οὖν ὃ μέγιστον ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐστὶ, τὸ παρ' ἡμῖν ἔθος ὃ ἔχομεν προβάλλειν, νόμου δύναμιν ἔχον, διὰ τὸ ὑφ' ἁγίων ἀνδρῶν τοὺς θεσμοὺς ἡμῖν παραδοθῆναι. Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐάν τις πάθει ἀκαθαρσίας ποτὲ κρατηθεὶς ἐκπέσῃ πρὸς δυοῖν ἀδελφῶν ἄθεσμον κοινωνίαν, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτο, μήθ' ὅλως εἰς Ἐκκλησίας πλήρωμα παραδέ-

χεσθαι πρότερον· ἢ διαλῦσαι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥστε εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον εἰπεῖν ἦν, ἐξήρκει τὸ ἔθος πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ φυλακήν. Ἐπεὶ δὲ ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας, ἐπιχειρήματι κιβδήλῳ κακὸν τοσοῦτον ἐπειράθη τῷ βίῳ ἐπαγαγεῖν, ἀνάγκη μηδὲ ἡμᾶς τῆς ἐκ τῶν λογισμῶν βοηθείας ὑφέσθαι. Καί τοί γε ἐπὶ τῶν σφόδρα ἐναργῶν, μείζων ἐστὶ τοῦ λόγου ἡ παρ' ἑκάστῳ πρόληψις. Γέγραπται, φησὶν, ἐν τῷ Λευϊτικῷ· *Γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ· ἀντίζηλον ἀποκαλύψαι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς ἐπ' αὐτῇ, ἔτι ζώσης αὐτῆς*. Δῆλον δὲ ἐκ τούτου εἶναι φησὶν, ὅτι συγχωρεῖται λαμβάνειν τελευτησάσης. Πρὸς δὴ τοῦτο πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἐρῶ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λέγει· ἐπεὶ οὕτω γε καὶ περιτομῇ καὶ σαββάτῳ καὶ ἀποχῇ βρωμάτων ὑποκεισόμεθα. Οὐ γὰρ δὴ ἐὰν μέν τι εὕρωμεν συντρέχον ἡμῶν ταῖς ἡδοναῖς, τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας τοῦ νόμου ἑαυτοὺς ὑποθήσομεν. Ἐὰν δέ τι φανῇ βαρὺ τῶν νομίμων, τότε πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ ἐλευθερίαν ἀποδραμούμεθα. Ἠρωτήθημεν εἰ γέγραπται λαμβάνειν γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ· εἴπομεν ὅπερ ἀσφαλὲς ἡμῖν καὶ ἀληθὲς, ὅτι οὐ γέγραπται. Τὸ δὲ ἐκ τῆς τοῦ ἀκολούθου ἐπιφορᾶς τὸ σιωπηθὲν συλλογίζεσθαι, νομοθετοῦντός ἐστιν, οὐ τὰ τοῦ νόμου λέγοντος· ἐπεὶ οὕτως γε ἐξέσται τῷ βουλομένῳ κατατολμῆσαι, καὶ ἔτι ζώσης τῆς γυναικὸς, λαμβάνειν τὴν ἀδελφήν. Τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο σόφισμα, καὶ ἐπ' ἐκείνου ἁρμόζει. Γέγραπται γὰρ, φησὶν, *Οὐ λήψῃ ἀντίζηλον*· ὥστε τήν γε ἔξω τοῦ ζήλου, λαβεῖν οὐκ ἐκώλυεν· ὁ δὴ συνηγορῶν τῷ πάθει, ἀζηλότυπον εἶναι διοριεῖται τὸ ἦθος τῶν ἀδελφῶν. Ἀνῃρημένης οὖν τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἀπηγόρευσε τὴν ἀμφοτέρων συνοίκησιν, τί τὸ κωλῦον ἔσται λαμβάνειν τὰς ἀδελφάς; Ἀλλ' οὐ γέγραπται ταῦτα, φήσομεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνα ὥρισται· ἡ δὲ ἔννοια τοῦ ἀκολούθου ὁμοίως ἀμφοτέροις τὴν ἄδειαν δίδωσιν. Ἔδει δὲ μικρὸν ἐπὶ τὰ κατόπιν τῆς νομοθεσίας ἐπαναδραμόντα, ἀπηλλάχθαι πραγμάτων· ἔοικε γὰρ οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτημάτων περιλαμβάνειν ὁ νομοθέτης, ἀλλ' ἰδίως ἀπαγορεύειν τὰ τῶν Αἰγυπτίων, ὅθεν ἀπῆρεν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τὰ τῶν Χαναναίων, πρὸς οὓς μεθίσταται· ἔχει γὰρ οὕτως ἡ λέξις· *Κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς Αἰγύπτου, ἐν ᾗ παρῳκήσατε ἐπ' αὐτῆς, οὐ ποιήσετε· καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα γῆς Χαναὰν εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάξω ὑμᾶς ἐκεῖ, οὐ ποιήσετε, καὶ τοῖς νομίμοις αὐτῶν οὐ πορεύεσθε*· ὥστε τοῦτο εἰκός που τὸ εἶδος τῆς ἁμαρτίας, μὴ ἐμπολιτεύεσθαι τότε παρὰ τοῖς ἔθνεσι. Διὸ μηδὲ τῆς ἐπ' αὐτῷ φυλακῆς προσδεηθῆναι τὸν νομοθέτην, ἀλλ' ἀρκεσθῆναι τῷ ἀδιδάκτῳ ἔθει, πρὸς τὴν τοῦ μύσους διαβολήν. Πῶς οὖν τὸ μεῖζον ἀπαγορεύσας, τὸ ἔλαττον ἐσιώπησεν; Ὅτι ἐδόκει πολλοὺς τῶν φιλοσάρκων πρὸς τὸ ζώσαις ἀδελφαῖς συνοικεῖν, τὸ ὑπόδειγμα βλάπτειν τοῦ πατριάρχου. Ἡμᾶς δὲ τί χρὴ ποιεῖν; τὰ γεγραμμένα λέγειν, ἢ τὰ σιωπηθέντα προσεργάζεσθαι; Αὐτίκα τὸ μὴ δεῖν μιᾷ ἑταίρᾳ κεχρῆσθαι πατέρα καὶ υἱὸν, ἐν μὲν τοῖς νόμοις τούτοις οὐ γέγραπται· παρὰ δὲ τῷ προφήτῃ μεγίστης κατηγορίας ἠξίωται· *Υἱὸς γὰρ, φησὶ, καὶ πατὴρ πρὸς τὴν*

A cœlum admittantur, priusquam a se invicem dirimantur. Quare etiamsi nihil aliud dici posset, satis esset ipsa consuetudo ad boni custodiam. Sed quia qui hanc scripsit epistolam, adulterino argumento malum tantum conatus est in mores hominum inducere, necesse est, ut nec ratiocinationum subsidium omittamus, quanquam, in rebus valde conspicuis, argumentatione potior est uniuscujusque prænotio. Scriptum est, inquit, in Levitico: *Uxorem super sorore ejus, non accipies æmulam, ad revelandam turpitudinem ejus super eam, adhuc vivente ea* [13]. Inde igitur manifestum esse dicit mortuæ sororem accipere licere. **14** Ad hoc primum quidem dicam, quæcunque lex dicit, iis qui in lege sunt dicere; alioqui sic et circumcisioni et Sabbato et
B abstinentiæ ciborum subjiciemur. Neque enim si quid inveniamus appositum nostris voluptatibus, jugo servitutis legis nos ipsi subjiciemus: si quid autem visum fuerit grave in legalibus, tunc ad libertatem, quæ in Christo est, confugiemus. Interrogati sumus an scriptum sit, ut accipiatur uxor post ipsius sororem. Dicimus, quod tutum nobis est et verum, hoc scriptum non esse. Quod autem silentio prætermissum est, id per consecutionis illationem colligere, legislatoris est, non legem recitantis; siquidem hoc pacto licebit volenti facinus aggredi, etiam adhuc viventis uxoris accipere sororem. Nam ipsum illud sophisma etiam ad eam rem appositum est. Scriptum est, inquit, *Non ac-*
C *cipies æmulam:* proinde accipi eam extra æmulationem non prohibuit. Qui autem libidini patrocinabitur, æmulationis expertem esse affirmabit indolem sororum. Quare sublata causa, ob quam ambarum connubium prohibuit, quid impediet quominus sorores accipiantur? Sed hæc scripta non sunt, dicemus. Sed neque illa statuta sunt. Consecutionis autem intelligentia pariter ambabus licentiam tribuit. Verum oportebat paulisper ad ea quæ legem præcedunt recurrendo, difficultate liberari. Videtur enim non omne peccatorum genus comprehendere legislator, sed peculiariter Ægyptiorum unde Israel exierat, et Chananæorum ad quos transferebatur, mores interdicere. Sic enim habet ad verbum: *Secundum instituta terræ Ægypti, in qua*
D *habitatis in ea, non facietis: et secundum instituta terræ Chanaan, in quam ego inducam vos illuc, non facietis, neque in legitimis eorum ambulabitis* [14]. Verisimile est hoc **15** peccati genus tunc inter gentes non viguisse. Quapropter opus non fuit legislatori, ut illud cavendum curaret: sed satis ei fuit mos non doctus ad sceleris reprehensionem. Quomodo igitur majore vetito, minus prætermisit? Quia videbatur multis carni indulgentibus, ut cum sororibus adhuc viventibus habitarent, noxium esse exemplum patriarchæ. Nos autem quid facere oportet? Quæ scripta sunt dicere, an prætermissa accuratius scrutari? Protinus, non oportere uti una pellice patrem et filium, in his legibus scri-

[13] Levit. XVIII, 18. [14] ibid. 3.

pium non est, sed apud prophetam crimini maximo datur. *Filius enim*, inquit, *et pater ad eamdem puellam ingrediebantur* [15]. Quot autem alia cupiditatum impurarum genera dæmonum quidem doctrina excogitavit, tacuit vero divina Scriptura, honestatem suam rerum turpium appellationibus fœdare nolens, sed generatim impuritates vituperavit! Sicut et apostolus Paulus ait : *Fornicatio autem et omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos* [16] : immunditiæ nomine tum virorum tum mulierum obscœna facinora comprehendens. Quare non omnino silentium licentiam dat voluptariis. Ego autem neque tacitam illam partem fuisse dico : imo etiam a legislatore vehementer admodum fuisse prohibitam. Illud enim, *Non ingredieris ad omnem carnis tuæ affinem ad revelandam eorum turpitudinem* [17], hanc etiam affinitatis speciem complectitur. Etenim quid viro affine magis est quam sua ipsius uxor, imo quam sua ipsius caro? Non enim amplius duæ sunt, sed una caro. Itaque per uxorem soror ad viri affinitatem transit. Quemadmodum enim matrem uxoris non assumet, neque filiam **16** uxoris, propterea quod neque suam ipsius matrem, neque suam ipsius filiam ; ita nec uxoris sororem, propterea quod neque suam ipsius sororem. Et vice versa, neque uxori licebit sese viri affinibus conjungere. Sunt enim utrinque communia affinitatis jura. Ego porro cuilibet de nuptiis consulenti testificor, præterire figuram hujus mundi, et tempus breve esse, *Ut qui habent uxores tanquam non habentes sint* [18]. Quod si mihi perperam legat illud : *Crescite et multiplicamini* [19] : rideo legum tempora non discernentem. Fornicationis remedium nuptiæ secundæ, non occasio lasciviæ. Si se non continent, nubant, inquit [20], non vero et nubentes legem violent. Isti autem, quorum animus vitio turpitudinis lippus est, ne ad naturam quidem respiciunt, quæ jam olim generis nomina discrevit. Ex qua enim cognatione natos appellabunt ? Fratresne, an consobrinos vocabunt ? siquidem nomen utrumque eis ob confusionem congruit. Ne facias, o homo, amitam novercam infantium ; nec quæ in matris loco fovere debet, eam æmulatione implacabili armaveris. Nam solum novercarum genus etiam post mortem odium ac inimicitiam extendit. Imo alii inimici mortuis reconciliantur ; novercæ odia post mortem incipiunt. Summa dictorum hæc est : Si quis legitime nuptias appetit, totus orbis terrarum patet ; sin libidine impellitur, ob id magis etiam excludatur, *Ut discat vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii* [21]. Me plura dicere parantem modus epistolæ cohibet. Precor autem, ut **17** vel nostra admonitio vitium superet, vel non serpat in nostram regionem hoc piaculum ; sed in quibus admissum est locis, in his permaneat.

(5) Delenda vocula *ut*; abundat enim.

(6) *Vel* pro *et*, unde Græce est *καὶ*.

(7) Carthag. III, can. 26. Ferrandus cap. 81, ex conc. Carthag. tit. 54.

(8) In Ms. Amerbachii, τῆς Κωνσταντινέων πόλεως. Lego Κωνσταντιέων. Ut sit sensus, novæ Justinianopoli concessa jura Constantiæ Cypri, quæ et Salamis est. HARDUINUS.

omnibus Hellespontiorum provinciæ episcopis, et a suis episcopis eligatur ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt in unaquaque Ecclesia, divini etiam nostri Patres servandos consuerunt, Cyzicenorum civitatis episcopo præsuli dictæ Justinianopoleos subjecto exsistente, ad imitationem reliquorum omnium episcoporum, qui subsunt prædicto Dei amantissimo præsuli Joanni; a quo, cum usus postulaverit, etiam ipsius Cyzicenorum civitatis episcopus ordinabitur.

σταντινουπόλεως, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ καθιστάμενον θεοφιλέστατόν ἐπίσκοπον, πάντων προεδρεύειν τῶν τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας· καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν. Τὰ γὰρ ἐν ἑκάστῃ Ἐκκλησίᾳ ἔθη καὶ οἱ θεοφόροι ἡμῶν Πατέρες παραφυλάττεσθαι διεγνώκασι· τοῦ τῆς Κυζικηνῶν πόλεως ἐπισκόπου, ὑποκειμένου τῷ προέδρῳ τῆς εἰρημένης Ἰουστινιανουπόλεως, μιμήσει τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἐπισκόπων τῶν ὑπὸ τὸν λεχθέντα θεοφιλέστατον πρόεδρον Ἰωάννην, ὑφ' οὗ χρείας καλούσης, καὶ ὁ τῆς αὐτῆς Κυζικηνῶν πόλεως ἐπίσκοπος χειροτονηθήσεται.

Textus. De ordine patriarcharum, et quæ ab illis reliquisque episcopis pro ordinatione dentur: denique quod omnium Ecclesiarum caput sit Constantinopolis, lege lib. I cod., tit. 1, const. 7, et tit. 2, const. 6, 20, 24; et tit. 1 Novellarum, constit. 2, et tit. 2, const. 3. Const. vero 16, tit. 2, l. I. dicit, quod Constantinopolitanus [supra] alios habeat præeminentiam. Et const. 8, tit. 1 Novellarum, et 3, tit. 2, faciunt primæ Justinianæ archiepiscopum, ac [habent], quod major sit metropolitano, et quod a sua synodo creetur: denique, quas provincias [sub se] habeat.

Περὶ δὲ τῆς τάξεως τῶν πατριαρχῶν, καὶ τῶν παρ' αὐτῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν χειροτονίας διδομένων, καὶ ὅτι πασῶν Ἐκκλησιῶν κεφαλή ἐστιν ἡ Κωνσταντινουπόλεως, ἀνάγνωθι βιβλίον α' τοῦ κώδικος, τίτ. α', διάταξ. ζ' καὶ τίτ. β', διάτ. ς' κδ', καὶ τίτ. α' τῶν νεαρῶν, διάτ. β', καὶ τίτ. β'. διάτ, γ'· ἡ δὲ ις' διάτ. τοῦ β' τίτ. τοῦ α' βιβ. φησίν, ὅτι ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔχει τῶν ἄλλων προεδρίαν, καὶ ἡ η' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν νεαρῶν, καὶ ἡ γ' τοῦ β' τίτ., ποιοῦσι τὸν πρίμας Ἰουστινιανῆς ἀρχιεπίσκοπον· καὶ ὅτι μείζων ἐστὶ τοῦ μητροπολίτου, καὶ ὅτι ὑπὸ τῆς συνόδου αὐτοῦ χειροτονεῖται, καὶ ποίας ἐπαρχίας ἔχει.

30 CAP. VI.—*Quinam quosnam et ubi et quomodo episcopos aut clericos ordinent. Quid vero si electus recuset oblato libello episcopatum?*

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'. — *Τίνες τίνας καὶ ποῦ καὶ πῶς χειροτονοῦσιν ἐπισκόπους ἢ κληρικούς, καὶ ἐὰν ὁ χειροτονηθεὶς διὰ λιβέλλου, παραιτῆται τὴν ἐπισκοπήν.*

Apostolorum canones 1, 2, 35.

1. Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

2. Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus, et reliqui clerici.

35 [34]. Episcopus [41] ne audeat extra suos fines facere ordinationes in urbibus et pagis non ei subjectis. Sin autem hoc fecisse convictus fuerit præter eorum sententiam qui tenent pagos illos vel civitates, deponatur et ipse et ii quos ordinavit.

Ἀποστόλων κανὼν α', β', λε'.

α'. Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β'. Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

λε'. Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων, χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας· εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

Concilii Antiocheni canones 13, 19, 22.

13. Nullus episcopus audeat ab una provincia in aliam transire, et aliquos in Ecclesiis ordinare ad sacrorum celebrationem, nec si alios una secum inducat, nisi venerit litteris accersitus metropolitani, et episcoporum qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, ad aliquorum ordinationem et ecclesiasticarum rerum ad se non pertinentium constitutionem inordinate insolenterque processerit, sint quidem irrita quæ ab ipso geruntur, ipse autem suæ insolentiæ et præter rationem factæ aggressionis det pœnas, a sancta scilicet synodo exinde depositus.

19. Episcopus ne ordinetur absque synodo et præsentia metropolitani provinciæ. Eo autem **31** præsente, omnino melius est omnes una cum eo adesse, qui sunt in provincia ejusdem muneris officiique

Συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ιγ', ιθ', κβ'.

ιγ'. Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο. Εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα τυγχάνει, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ, καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως, τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

ιθ'. Ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα συνόδου καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας· τούτου δὲ παρόντος ἐξάπαντος, βέλτιον μὲν συνεῖναι αὐτῷ πάντας τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ συλλειτουργούς,

[41] Antioch. can. 9.

οἷς καὶ προσήκει δι' ἐπιστολῆς, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει συγκαλεῖν· καὶ εἰ μὲν ἀπαντοῖεν οἱ πάντες, βέλτιον. Εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, τούς γε πλείους ἐξάπαντος παρεῖναι δεῖ· ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γενέσθαι· καὶ οὕτω μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρουσίας ἢ ψήφου, γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. Εἰ δὲ ἄλλως παρὰ τὰ ὡρισμένα γίγνοιτο, μηδὲν ἰσχύειν τὴν χειροτονίαν· εἰ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον κανόνα γίγνοιτο ἡ κατάστασις, ἀντιλέγοιεν δέ τινες δι' οἰκείαν φιλονεικίαν, κρατεῖν τῶν πλειόνων τὴν ψῆφον.

κβ'. Ἐπίσκοπον μὴ ἐπιβαίνειν ἀλλοτρίᾳ πόλει τῇ μὴ ὑποκειμένῃ αὐτῷ, μηδὲ χώρᾳ τῇ αὐτῷ μὴ διαφερούσῃ, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινὸς, μηδὲ καθιστᾷν πρεσβυτέρους ἢ διακόνους εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους, εἰ μὴ ἄρα μετὰ γνώμης τοῦ οἰκείου τῆς χώρας ἐπισκόπου. Εἰ δὲ τολμήσειέ τις τοιοῦτον, ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν.

Συνόδου Λαοδικείας κανὼν ε', ιβ'.

ε'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι.

ιβ'. Περὶ τοῦ τοὺς ἐπισκόπους κρίσει τοῦ μητροπολίτου καὶ τῶν πέριξ ἐπισκόπων, καθίστασθαι εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀρχὴν, ὄντας ἐκ πολλοῦ δεδοκιμασμένους· ἔν τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, καὶ τῇ τοῦ εὐθέως λόγου πολιτείᾳ.

Συνόδου Ἐφέσου κανὼν η', καὶ ἐπιστολὴ πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ σύνοδον.

η'. Τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν ἢ προφέρειν τοῖς θέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, ἢ ἐξ ἑλληνισμοῦ ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι, κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον εἰ φωραθεῖέν τινες, εἴτε ἐπίσκοποι, εἴτε κληρικοὶ, εἴτε λαϊκοὶ, ἢ φρονοῦντες ἢ διδάσκοντες τὰ ἐν τῇ προκομισθείσῃ ἐκθέσει παρὰ Χαρισίου τοῦ πρεσβυτέρου, περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ Υἱοῦ, ἤγουν τὰ μιαρὰ καὶ διεστραμμένα Νεστορίου δόγματα, ἃ καὶ ὑποτέτακται, ὑποκείσθωσαν τῇ ἀποφάσει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου· ὥστε δηλονότι, τὸν μὲν ἐπίσκοπον ἀπαλλοτριοῦσθαι τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ εἶναι καθῃρημένον· τὸν δὲ κληρικὸν, ὁμοίως ἐκπίπτειν τοῦ κλήρου. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, καὶ οὗτος ἀναθεματιζέσθω, καθὸ προείρηται.

Ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ εὐαγῆ σύνοδον, περὶ Εὐσταθίου τοῦ γενομένου αὐτῶν μητροπολίτου.

Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει τῆς θεοπνεύστου λεγούσης Γραφῆς, χρὴ δὴ μάλιστα τοὺς ἱερᾶσθαι λαχόντας μετὰ πάσης ἀκριβείας τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς

socii (συλλειτουργούς), et oportet per epistolam metropolitanum eos convocare, et si omnes quidem accesserint, bene est; sin autem hoc fuerit difficile, plures omnino adesse oportet, vel litteras una cum illis suffragium ferre, et sic cum plurium præsentia vel electione fieri constitutionem. Sin autem aliter præter hæc quæ decreta sunt, fiat, non valeat ordinatio. Sin autem ex præfinito canone facta fuerit constitutio, aliqui autem propter suum contentionis studium contradicant, vincat plurium suffragium.

22. Episcopus in alienam civitatem, quæ ei subjecta non est non ascendat, nec in regionem quæ ad eum non pertinet, ad alicujus ordinationem, nec presbyterum vel diaconum constituat in locis alii episcopo subjectis, nisi cum voluntate proprii illius regionis episcopi. Si quis autem tale quid ausus fuerit, infirma sit ordinatio, et ipse a synodo puniatur.

Concilii Laodiceni canones 5, 12.

5. Non oportere ordinationes fieri in præsentia eorum qui audiunt.

12. Ut episcopi metropolitanorum et eorum, qui sunt circumcirca, episcoporum judicio, in ecclesiastico magistratu constituantur, diu examinati, et in ratione fidei, et in rectæ rationis dispensatione.

Concilii Ephesini canon 8, *et epistola ad synodum in Pamphylia.*

8. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre, vel offerre converti volentibus
32 ad agnitionem veritatis, sive ex gentilitate, [paganitate] sive ex judaismo, sive ex qualicunque hæresi; hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, et clericos a clericatu decrevit: si vero laici fuerint, anathemati subjici. Simili etiam modo si qui inventi fuerint, vel episcopi, vel clerici, vel laici, sive sentire, sive docere ea quæ continentur in oblata expositione a Charisio presbytero de unigeniti Filii Dei incarnatione, sive scelerata et perversa Nestorii dogmata, quæ et subnexa sunt, subjaceant sententiæ sanctæ hujus et universalis synodi: ut videlicet episcopus quidem removeatur ab episcopatu, et sit depositus; clericus vero similiter excidat a clericatu: si vero laicus quis sit, et ipse anathematizetur, sicut superius dictum est.

Ejusdem sanctæ Ephesinæ synodi epistola ad sacram synodum in Pamphylia, de Eustathio, qui ipsorum metropolita fuerat.

Cum divinitus inspirata Scriptura dicat: *Sine consilio nihil facias* [44]: eos in primis, qui sacro aliquo in munere versari volunt, magna diligentia,

[44] Eccli. XXXII, 28.

omnique studio in id incumbere oportet, ut in omnibus rebus administrandis agendisque summa adhibeatur consideratio. Nam iis qui sic vivere volunt, in optima spe res eorum sitas esse, et veluti secundo cursu, quæ optant, succedere contingit. Et sane hæc non parum rationi consentanea est oratio. Verum interim solet incidere aliquando asper ac intolerandus dolor, qui mentem humanam subito aliquo percellat impetu, itaque eam perturbatam perversamque reddat, ut et ab utilium honestorumque indagatione abducatur, et ad ea, quæ natura ad lædendum sunt comparata, specie bonitatis persequenda impellatur. Tale quiddam sanctissimo viro Eustathio contigisse cognovimus. **33** Rite enim ac secundum canones, ut omnium testimonio probatur, ordinatus est. Postea vero, cum in tumultum a nonnullis, ut dicit, pertractus esset, subitisque ac insperatis undique malis circumseptus (cum usum in rebus gerendis admodum exiguum haberet) sustinere tam multas, tamque graves, quæ ei incumbebant, curas non vellet, nec refutare eorum, qui ipsum adorirentur, maledicta cum posset; recusationis et abdicationis obtulit nescio quo pacto libellum : cum contra oportebat, eam, quam semel fidei suæ sacerdotalem curam commissam habuerat, fortitudine spiritali tenere, labores subire, ac animo volenti sudorem, cui merces proposita est, sustinere. Quæ diligentia quoniam in hoc aperte desiderata fuit, id (tamen ex exiguo rerum usu potius, quam ex ignaviæ desidiæque vitio) necessitate adacta vestra pietas est, memoratum Dei amantissimum fratrem nostrum, ac in episcopali dignitate collegam, Theodorum elegit, qui curam Ecclesiæ subiret. Indignum quippe fuisset, viduam manere Ecclesiam; indignum, pastore carere Salvatoris nostri ovilia. Quoniam ergo flens rogatum venit Eustathius, cum sanctissimo Theodoro episcopo, non de civitate recipienda, non de Ecclesia decertans, sed solum episcopalis nominis honorem ac vocationem expetens : hominis nos senectus sane commovit universos, nec ut privatas ejus lacrymas, sed tanquam communes reputantes, inquirere studuimus, legitimamne passus esset memoratus vir depositionem, an scilicet de absurdis factis dictisve convictus esset obtrectantibus nonnullis adversus ipsius existimationem. Itaque reperimus, hominem nihil ejusmodi perpetrasse, sed potius illi pro crimine recusationem officii vitio datam fuisse. Unde neque pio vestro studio succensuimus, quo in illius locum convenienter prædictus reverendissimus episcopus Theodorus suffectus est : sed quia adversus ejus animum a negotiis gerendis remotum non admodum decertare oportuit, **34** sed miserari potius senem, qui procul ab urbe in qua natus fuerat, et a patriis ædibus tandiu abfuisset; justum rectumque esse definivimus, ut absque omni contradictione et nomen retineat episcopi, et honorem, et communionem : ea tamen lege, ut neque ordinand ipse auctoritatem habeat, neque in ulla Ecclesia ex propria sacrificet auctoritate; nisi id sibi vel ad

A πρακτέοις ποιεῖσθαι διάσκεψιν· διαβιοῦν γὰρ οὕτως ἐθέλουσιν, ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος κεῖσθαί τε τὰ κατ' αὐτούς· καὶ οἷον ἐξ οὐρίας, ἐν τοῖς κατ' εὐχὴν ἀποφέρεσθαι συμβαίνει· καὶ πολὺ τό γε εἰκὸς, ὁ λόγος ἔχει· ἀλλ' οἶδεν ἔσθ' ὅτε δριμεῖα καὶ ἀφόρητος λύπη κατασκήψασα νοῦν, καταβολῶσαί τε δεινῶς αὐτὸν, καὶ τῆς τῶν δεόντων θήρας ἀποκομίσαι, ἀναπεῖσαί τε τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, ὥς τι τῶν ὀνησιφόρων ἰδεῖν· τοιοῦτόν τι τεθεάμεθα πεπονθότα τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον Εὐστάθιον, κεχειροτόνηται μὲν γὰρ ὡς μεμαρτύρηται κανονικῶς, τεθορυβημέναις δὲ, ὥς φησι, παρά τινων καὶ ἀδοκήτοις περιστάσεσιν ἐμβεβηκώς· εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπραγμοσύνης, ἀπειρηκὼς τὴν ἀντίστασιν τῶν ἐπενηνεγμένων αὐτῷ φροντίδων, καὶ διακρούεσθαι B τὰς παρὰ τῶν ἐπιφυομένων αὐτῷ δυσφημίας μὴ δυνάμενος, παραιτήσεως οὐκ ἴσμεν ὅπως προσεκόμισε βιβλίον. Ἔδει γὰρ, ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα, ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀνταποδύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶτα τὸν ἔμμισθον ἐθελοντὴν ὑπομεῖναι. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ὀλιγώρως ἔχοντα παρέδειξεν ἑαυτὸν, τοῦτο παθὼν ἐξ ἀπραγμοσύνης μᾶλλον ἢ ὄκνου καὶ ῥαθυμίας, κεχειροτόνηκεν ἀναγκαίως ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Θεόδωρον φροντιοῦντα τῆς Ἐκκλησίας. Οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον χηρεύειν αὐτὴν, καὶ ἐπιστάτου δίχα διατελεῖν τοῦ Σωτῆρος τὰ ποίμνια. Ἐπειδὴ δὲ προσῆλθε κλαίων, οὐ περὶ τῆς πόλεως, οὐδὲ τῆς Ἐκκλησίας φιλονει- C κῶν τῷ μνημονευθέντι θεοσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Θεοδώρῳ, ἐξαιτῶν δὲ τέως τὴν τοῦ ἐπισκόπου τιμὴν καὶ κλῆσιν, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ πρεσβύτῃ· καὶ κοινὸν εἶναι λογισάμενοι τὸ αὐτοῦ δάκρυον, ἐσπεύδομεν μαθεῖν εἰ καθαίρεσιν ἔννομον ὑπομεμένηκεν ὁ μνημονευθεὶς, ἤγουν εἰ ἐπί τισι τῶν ἀτόπων ἐλήλεγκται παρά τινων, καταφλυαρησάντων αὐτοῦ τῆς ὑπολήψεως. Καὶ δὴ ἐμάθομεν πεπρᾶχθαι μὲν τοιοῦτον οὐδὲν, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ μνημονευθέντι ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν παραίτησιν· ὅθεν οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ἐμεμψάμεθα, χειροτονησάσῃ δεόντως εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον τὸν μνημονευθέντα εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Θεόδωρον. Ἐπειδὴ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα φιλονει- D κεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρεσβύτην ἔξω καὶ πόλεως τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἐν μακροῖς οὕτω γεγονότα χρόνοις, ἐδικαιώσαμεν καὶ ὡρίσαμεν δίχα πάσης ἀντιλογίας ἔχειν αὐτὸν, τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν κοινωνίαν. Οὕτω μέν τοι, ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτὸν, μήτε μὴν Ἐκκλησίαν καταλαβόντα ἱερουργεῖν, ἐξ ἰδίας αὐθεντίας, ἀλλ' ἢ ἄρα συμπαραλαμβανόμενον εἴτουν ἐπιτρεπόμενον, ε[ἰ] τύχοι παρὰ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου, κατὰ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ· ἂν δέ τι βουλεύσησθε χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ ἢ νῦν ἢ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα, ἀρέσει καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

juvandi causa, vel concessionis ratione, affectu amoreque Christiano a fratre et coepiscopo, si ita contigerit, liberaliter deferatur. Quod si vos de eo melius quidpiam cogitabitis, aut nunc, aut in posterum, gratum id etiam acceptumque sanctæ synodo futurum est.

Συνόδου Σαρδικῆς κανὼν ς'. A

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίγνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου, χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως ὅτι ἀξιοῖ τὰ πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι, ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι ἵνα παραγένηται· εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράψοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλῇ τοῦ πλήθους χρὴ γενέσθαι. Χρὴ B δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου· μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθιστᾷν ἐπίσκοπον κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει, ᾗ τινι καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ. Οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόπους ἐκεῖσε καθίστασθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία· ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς προεῖπον, ἐπίσκοποι, ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι καθιστᾷν ἐπισκόπους ὀφείλουσιν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι· εἰ δὲ εὑρίσκοιτο οὕτως πληθύνουσά τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς ἀξίαν αὐτὴν ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο.

Concilii Sardicensis canon 6.

Osius episcopus dixit: Si contigerit in una provincia, in qua sunt plurimi episcopi, unum episcopum conventui non interesse, et ille per quamdam negligentiam nolit convenire, et episcoporum institutioni et electioni assentire, congregata autem populi multitudo instet, ut fiat institutio episcopi, qui ab eis postulatur, oportet illum prius, qui non adfuerit, episcopum admoneri per litteras primatis provinciæ, nempe episcopi metropolitani, quod rogat populus sibi pastorem dari : et existimo recte habere hunc quoque exspectari, ut adsit. Si autem litteris rogatus non adfuerit, ac ne rescripserit quidem, populi voluntati satisfiat. Oportet autem ex vicina quoque provincia accersiri episcopos ad metropolitani episcopi institutionem. Non licere autem simpliciter episcopum constituere **35** in aliquo pago vel parva urbe, cui vel unus presbyter sufficit : non necesse est enim illic episcopum constitui, ne episcopi nomen et auctoritas vilipendatur. Sed provinciæ (ut prius dixi) episcopi debent in iis urbibus episcopos constituere, ubi etiam prius episcopi fuerunt. Si autem inveniatur urbs aliqua, quæ adeo populosa evadat, ut ipsa episcopatu digna judicetur, accipiat. An hoc omnibus placet? Responderunt omnes : Placet.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν ιγ' ιη' μθ' νε' νη'. C

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι ἐπίσκοπον, εἰ μὴ ὑπὸ πολλῶν, χειροτονεῖσθαι· εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται, κἂν ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων, ὁ ἐπίσκοπος χειροτονηθείη.

ιγ'. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Τί πρὸς ταῦτα λέγει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη; Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· Ὀφείλει καὶ παρ' ἡμῶν τὰ ὁρισθέντα ἐκ τῶν πρὸ ἡμῶν φυλαχθῆναι, ὧν τινων ὡς ἔτυχεν ἀβούλως οἱ πρωτεύοντες τῆς οἱασδήποτε ἐπαρχίας, ἀμελεῖν κατατολμῶσι· πολλοὶ οὖν ἐπίσκοποι συναχθέντες, ἐπίσκοπον χειροτονήσουσιν· εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται, τρεῖς ἐπίσκοποι ἐν οἱῳδήποτε ἂν τόπῳ ὦσι, τῷ τοῦ πρωτεύοντος παραγγέλματι, χειροτονήσουσι τὸν ἐπίσκοπον· καὶ ἐάν τις ἔν τινι ἐναντιωθῇ τῇ ἰδίᾳ ὁμολογίᾳ ἢ τῇ ὑπογραφῇ, αὐτὸν ἀποστερήσει τῆς D τιμῆς.

Concilii Carthaginensis canones 13, 18, 49, 55, 58.

Ut non liceat episcopum nisi a plurimis ordinari : sed si necessitas fuerit, vel a tribus ordinetur episcopis.

13. Aurelius episcopus dixit [44] : Quid ad hæc dicit sanctitas vestra? Ab universis episcopis dictum est : A nobis veterum statuta debere servari, sicuti et inconsulto primate cujuslibet provinciæ, tam facile non præsumant multi congregati episcopi episcopum ordinare : nisi si [si vero, *ita* et Luc.] necessitas fuerit, tres episcopi, in quocumque loco sint, ejus præcepto ordinare debebunt episcopum : et si quis contra suam professionem vel subscriptionem venerit in aliquo, ipse se honore privabit. [*Mss.* ipse honore privabitur.]

Ἐάν τις κληρικὸς χειροτονῆται, ὀφείλει ὑπομιμνήσκεσθαι τοὺς ὅρους φυλάττειν, καὶ ἵνα τοῖς σώμασι τῶν ἀποθανόντων εὐχαριστίαν μὴ δίδωται, μηδὲ βάπτισμα· καὶ ἵνα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας πρὸς σύνοδον οἱ μητροπολῖται ἔρχωνται.

36 *Si quis clericus ordinatus, moneri debet constituta servare : et ut corporibus defunctorum eucharistia non detur, nec baptisma : et ut per singulos annos per omnes provincias ad concilium* (8*) *metropolitani conveniatur* [*conveniant*].

[44] Carthag. II, cap. 11.

NOTÆ.

(8*) Ms. *metropolitanum.*

18. Item placuit [44], ut ordinatis episcopis, vel clericis (9), prius ab ordinatoribus suis placita conciliorum auribus eorum inculcentur: ne se aliquid contra statuta concilii fecisse (10) pœniteat. Item placuit [45], ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur (11): scriptum est enim: *Accipite et edite:* cadavera autem nec accipere possunt, nec edere: et ne jam mortuos homines baptizari faciat presbyterorum ignavia: pro qua re confirmandum est in hac sancta synodo, ut secundum Nicæna statuta [46], propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe (12) veterascunt, singulis quibusque annis concilium convocetur, ad quod omnes provinciæ, quæ primas sedes habent, de conciliis suis binos, aut quantos delegerint, episcopos legatos mittant: ut congregato (13) conventu plena possit esse auctoritas.

A ιη'. Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε χειροτονουμένου ἐπισκόπου ἢ κληρικοῦ, πρότερον ἀπὸ τῶν χειροτονούντων αὐτοὺς τὰ δεδογμένα ταῖς συνόδοις εἰς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἐντίθεσθαι, ἵνα μὴ ποιοῦντες κατὰ τῶν ὅρων τῆς συνόδου τι, μεταμεληθῶσιν. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα τοῖς σώμασι τῶν τελευτώντων εὐχαριστία μὴ δοθῇ· γέγραπται γάρ· *Λάβετε, φάγετε.* Τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα, οὐδὲ λαβεῖν δύνανται οὐδὲ φαγεῖν· καὶ ἵνα μὴ τοὺς ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ ἡ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια· καὶ τοῦτο δὲ βεβαιωτέον ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κατὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ ὅρους, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας, αἵ τινες πολλάκις πρὸς ὄλεθρον τοῦ λαοῦ παλαιοῦνται, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν σύνοδον συγκαλεῖσθαι, πρὸς ἣν πάντες οἱ τῶν ἐπαρχιῶν τὰς πρώτας καθέδρας ἐπέ- B χοντες, ἐκ τῶν οἰκείων συνόδων, δύο ἢ καὶ ὅσους ἐπιλέξονται ἐπισκόπους, τηρητὰς ἀποστείλωσιν· ἵνα ἐν τῇ συναχθείσῃ συνελεύσει πλήρης εἶναι δυνηθῇ ἡ αὐθεντία.

Quot episcopi ordinare episcopum debeant.

Πόσοι ἐπίσκοποι ἐπίσκοπον ὀφείλουσι χειροτονεῖν.

49. Honoratus et Erbanus episcopi dixerunt [47]: Et illud nobis mandatum est, ut quia, proximi fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, nonnisi a XII censeatis celebrari episcoporum ordinationes (14).

Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua servabitur, ut non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad episcopum ordinandum, propterea quia in Tripoli forte, et in Arzuge interjacere videantur Barbaræ gentes. Nam in Tripoli, ut asseritur, episcopi sunt quinque tantummodo et possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari: difficile est enim ut **37** de quolibet numero omnes possint occurrere: numquid debet hoc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ utilitati? Nam et in hac Ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas convenire, crebro ac pene per diem Dominicam ordinandos habemus: num quidnam frequenter duodecim potero, vel decem, vel non multo minus advocare episcopos? Sed facile est mihi duos adjungere meæ parvitati vicinos. Quapropter cernit mecum charitas vestra hoc ipsum observari non posse.

μθ'. Ὀνωρᾶτος καὶ Ἐρβάνος ἐπίσκοποι εἶπον· Κἀκεῖνο ἡμῖν ἐνετάλη· ἐπειδὴ ἐκ τοῦ πλησίον ἀδελφοὶ ἡμῶν δύο ἐπίσκοποι τῆς Νουμηδίας χειροτονῆσαι ἐτόλμησαν ἱερέα, κρίνατε μὴ γενέσθαι χειροτονίας ἐπισκόπων, εἰ μὴ ἀπὸ δώδεκα.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὁ ἀρχαῖος τύπος φυλαχθήσεται, ἵνα μὴ ἧττονες τριῶν τῶν ὁρισθέντων εἰς χειροτονίαν ἐπισκόπου ἀρκέσωσι· διότι ἐν Τριπόλει τυχὸν καὶ ἐν Ἀρζούγῃ δῆλον ὡς παρέγκεινται C Βάρβαρα ἔθνη· ἐν Τριπόλει δὲ, πέντε καὶ μόνοι εἰσὶν, ὡς γινώσκετε, ἐπίσκοποι, καὶ δυνατὸν ἐξ αὐτοῦ πολλάκις τοῦ ἀριθμοῦ τοὺς δύο ἀνάγκῃ τινὶ κατέχεσθαι· δυσχερὲς γάρ ἐστιν ἐξ οἱουδήποτε ἀριθμοῦ πάντας δύνασθαι ἀπαντῆσαι· μὴ ὀφείλει τοῦτο αὐτὸ παρεμποδὼν εἶναι τῷ χρησίμῳ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ γὰρ καὶ εἰς ταύτην τὴν Ἐκκλησίαν, πρὸς ἣν κατηξίωσεν ἡ ὑμετέρα συνελθεῖν ἁγιωσύνη, συχνῶς καὶ σχεδὸν κατὰ Κυριακὴν χειροτονουμένους ἔχομεν. Μὴ ἄρα δύναμαι συνεχῶς δώδεκα ἢ δέκα, ἢ οὐχὶ πολὺ ἐλάττους συγκαλεῖν ἐπισκόπους; δύο δὲ γείτονας προσζεῦξαι εὐχερές ἐστι τῇ ἐμῇ βραχύτητι· διὸ ὁρᾷ σὺν ἐμοὶ ἡ ὑμετέρα ἀγάπη, τοῦτο αὐτὸ μὴ δύνασθαι παραφυλαχθῆναι.

Ut Carthaginensi episcopo, unde voluerit, clericum liceat ordinare (15).

D *Περὶ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ Καρχηδόνος, ὅθεν θέλει κληρικὸν χειροτονεῖν.*

55. Aurelius episcopus dixit [48]: Sermonem meum admittite, fratres. Contingit nonnunquam ut postulemur ab Ecclesiis, quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel episcopis: et tamen memor statutorum,

νε'. Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Τὸν λόγον μου προσδέξασθε, ἀδελφοί. Συνέβη πολλάκις αἰτηθῆναί με ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἐνδεομένων διακόνων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ ἐπισκόπων· καὶ ὅπως μεμνημένος τῶν

[44] Carthag. III, cap. 3. [45] Carthag. III, cap. 6. [46] Carthag. III, cap. 2. [47] Conc. Afric., cap. 16. [48] Conc. Afric., cap. 22.

NOTÆ.

(9) Vide et Possidium in Vita Augustini cap. 8.
(10) Ms. *pœniteantur.*
(11) Et Ferrandus cap. 227, ex Conc. Carthag. tit. 12.
(12) Ms. *veteriscunt.*
(13) Ms. *ut in congregatu pl na.*
(14) Conc. Carthag. III, cap. 39. Et Ferrandus, cap. 4. Ex concilio universali Carthag., tit. 49.
(15) Conc. Carthag. III, cap. 45, et Ferrandus, cap. 14 et 230. Ex conc. Carthag., tit. 54.

ὁρισθέντων τούτοις ἕπομαι, ὥστε συνελθεῖν με τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου κληρικοῦ, καὶ ταῦτα αὐτὰ ἐμφανίσαι ὅτι κληρικὸν αὐτοῦ αἰτοῦνται αἱ τῆς οἱασδήποτε Ἐκκλησίας. Ἰδοὺ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἀντιλέγουσι, διὰ δὲ τὸ μήτε μετὰ ταῦτα συμβῆναι, τουτέστιν ἐναντιωθῆναί μοι τοὺς ἐν τούτῳ τῷ πράγματι παρ' ἐμοῦ αἰτουμένους, ἐπειδὴ οἴδατε πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ χειροτονιῶν φροντίδα με βαστάζειν, ᾧ τινι δήποτε τῶν ἱερέων συνέλθω μετὰ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων τῆς ἡμετέρας συγκληρώσεως, ἐὰν ἀκαθοσίωτος εὑρεθείη, δίκαιόν ἐστι κρῖναι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, τί δεῖ ποιῆσαι. Ἐγὼ γὰρ, ὡς ἴστε, ἀδελφοὶ, κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ, πολλῶν Ἐκκλησιῶν φροντίδος ἀντέχομαι.— Νουμήδιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἀεὶ ὑπῆρξεν ἡ αὐθεντία τῷ θρόνῳ τούτῳ, ἵνα ὅθεν ἤθελε καὶ περὶ οἱουδήποτε προετράπη ὀνόματος, κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστης Ἐκκλησίας ἐχειροτόνει ἐπίσκοπον.— Ἐπιγόνιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἡ ἀγαθοθέλεια μεσάζει τὴν ἐξουσίαν· ἧττον γὰρ τολμᾷς ἥπερ δύνῃ, ἀδελφὲ, ἐν τῷ πᾶσιν ἑαυτὸν ἀποδεικνύειν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον. Ἔχεις γὰρ τοῦτο ἐν τῇ κρίσει σου, τὸ ἀποθεραπεῦσαι ἑνὸς ἑκάστου ἐπισκόπου τὸ πρόσωπον· ἐν πρώτῃ δὲ καὶ μόνῃ συνελεύσει, εἰ συνίδοις, τὸ ἐπ' ἐξουσίας ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ εἶναι ἐκδικητέον, ἐπειδὴ ἀνάγκην ἔχεις αὐτὸς πάσας τὰς Ἐκκλησίας ὑποστηρίζειν. Ὅθεν ἐξουσίαν σοι ἡμεῖς οὐ διδοῦμεν, ἀλλ' ἐπισφραγίζομεν ταύτην τῇ σῇ προαιρέσει, ὥστε ἐξεῖναι κρατεῖν ὃν ἂν θέλῃς, καὶ προχειρίζεσθαι προεστῶτας ταῖς Ἐκκλησίαις, καὶ ταῖς λοιπαῖς τοὺς ζητουμένους, καὶ ὅθεν συνίδοις. — Ποστουμητιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἶτα ἐάν τις ἕνα καὶ μόνον σχῇ πρεσβύτερον, μὴ ὀφείλει καὶ αὐτὸς ὁ εἷς ἐξ αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι;—Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ, δύναται ὁ εἷς ἐπίσκοπος πολλοὺς χειροτονεῖν πρεσβυτέρους· πρεσβύτερος δὲ πρὸς ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειος, δυσχερῶς εὑρίσκεται. Διὸ ἐάν τις εὑρεθῇ ἔχων ἕνα μόνον πρεσβύτερον, καὶ αὐτὸν ἐπιτήδειον τῇ ἐπισκοπῇ, καὶ αὐτὸν τὸν ἕνα ὀφείλει δοῦναι πρὸς χειροτονίαν.—Ποστουμητιανὸς ἐπίσκοπος εἶπεν· Οὐκοῦν ἐὰν ἄλλος ἔχῃ πλῆθος κληρικῶν, ὀφείλοι μοι τὸ ἕτερον πλῆθος συνελθεῖν·—Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Δηλαδὴ ὃν τρόπον σὺ τῇ ἑτέρᾳ Ἐκκλησίᾳ συνῆλθες, συνωθησθήσεται καὶ ὁ τοὺς πλείονας ἔχων κληρικοὺς, ἕνα ἐξ αὐτῶν εἰς χειροτονίαν σοι δαψιλεύσασθαι.

A id sequor, ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet Ecclesia regenda postuletur : sed forte in hodierno non reluctati sunt, et ne quando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quem scitis multarum Ecclesiarum et ordinandorum curam sustinere. Justum est ergo, ut quemlibet consacerdotum conveniam cum duobus e consortio nostro, vel tribus testibus. Sin vero indevotus exstiterit, quid censet charitas vestra faciendum? Ego enim cunctarum Ecclesiarum, dignatione Dei, ut scitis, fratres, sollicitudinem sustineo. — Numidius episcopus dixit : Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde **38** vellet, et de cujus nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque Ecclesiæ ordinaret B episcopum. — Epigonius episcopus dixit : Bonitas sequestrat possibilitatem : minus enim præsumis, frater, cum te bonum et clementem omnibus reddis : habes enim hoc in arbitrio, satis est (16) ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventione. Si autem (17) quodlibet huic sedi vindicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes Ecclesias suffulcire : unde tibi non potestatem damus, sed tua assignamus, ut liceat voluntati tuæ et semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel Ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, et unde velis.—Postumianus [Postumetianus] episcopus dixit : Deinde, qui, unum habuerit, nunquid debet illi unus presbyter auC ferri?—Aurelius episcopus dixit : Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi constitui possint; unus autem episcopus difficile invenitur constituendus. Quapropter si necessarium episcopatui quis habuerit presbyterum, et unum, ut dixisti, frater, habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit.—Postumianus episcopus dixit : Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire.—Aurelius episcopus dixit : Sane quando tu Ecclesiæ alteri subveneris, persuadebitur illi qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

Περὶ τῶν λαῶν τῶν μηδέποτε ἐπισκόπους ἐσχηκότων.

νη'. Ἤρεσε κἀκεῖνο ἵνα οἱ ὄχλοι, οἱ μηδέποτε ἰδίους ἐσχηκότες ἐπισκόπους, εἰ μὴ ἐκ πάσης τῆς συνόδου ἑκάστης ἐπαρχίας, καὶ τοῦ πρωτεύοντος, ψήφισμα γένηται, καὶ κατὰ συναίνεσιν ἐκείνου, οὗ τινος ὑπὸ τὴν διοίκησιν καθίστατο ἡ αὐτὴ Ἐκκλησία, μηδαμῶς δέξωνται.

39 *De plebibus quæ nunquam episcopos habuerunt* [48].

58. Placuit et illud, ut plebes quæ nunquam habuerunt proprios episcopos nisi ex concilio plenario uniuscujusque provinciæ, et primatis atque D consensu ejus, ad cujus diœcesim eadem Ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

Συνόδου οἰκουμενικῆς ς' κανὼν λγ', λζ'.

λγ'. Ἐπειδήπερ ἔγνωμεν ἐν τῇ Ἀρμενίων χώρᾳ μόνους ἐν κλήρῳ τοὺς ἐκ γένους ἱερατικοῦ κατατάττεσθαι, ἰουδαϊκοῖς ἔθεσιν ἑπομένων τῶν τοῦτο πράττειν ἐπιχειρούντων, τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ μὴ ἀποκειρομένους ἱεροψάλτας καὶ ἀναγνώστας τοῦ θείου νόμου

Concilii œcumenici VI *canones* 33, 37.

33. Quoniam cognovimus in Armeniorum regione eos solum in cleri ordinem referri qui sunt ex genere sacerdotali, iis qui hoc facere aggrediuntur, mores judaicos sequentibus; nonnullos autem eorum, etiam non tonsos, sacros cantores et divinæ

[48] Conc. Afric. cap. 65.

legis lectores constitui : decernimus, ut deinceps non liceat iis qui volunt aliquos ad clerum adducere, ad ejus cui manus imponitur, genus respicere : sed examinantes an digni sint juxta exposita in sacris canonibus decreta, in cleri catalogum referri, ut eos ecclesiastice promoveant, sive sint ex majoribus suis sacerdotibus, sive non. Sed etiam, ut nulli ex omnibus permittant, juxta ordinem eorum qui sunt in clericorum ordinem relati, populo in suggestu divinas Scripturas recitare, nisi is sacerdotali tonsura usus fuerit, et benedictionem a suo pastore canonice susceperit. Si quis autem præter hæc facere deprehensus fuerit, segregetur.

37. Quoniam diversis temporibus barbaricæ incursiones fuere, et ex eo plurimæ civitates infidelibus subjugatæ fuere, ut ideo non possit ejus civitatis præsul postquam ordinatus fuerit, suum thronum apprehendere, et in eo in sacerdotali constitutione collocari, et sic pro ea quæ invaluit consuetudine **40** ordinationes et omnia, quæ ad episcopum pertinent, agere et tractare : nos, honorem ac venerationem sacerdotio servantes, et gentilem injuriam nequaquam ad ecclesiasticorum jurium perniciem exerceri volentes, eos qui sic ordinati sunt, et propter prædictam causam in suis non sunt constituti, ut absque ullo ex ea re præjudicio conserventur, decrevimus; ut et diversorum clericorum ordinationes canonice faciant, et præsidentiæ auctoritate secundum proprium statum utantur, et sit firma ac legitima quæcunque ab eis procedit administratio. Non enim a tempore necessitatis exacta juris observatione circumscripta, dispensationis terminus circumscribetur.

A καθίστασθαι, συνείδομεν ὥστε ἀπὸ τοῦ νῦν μὴ ἐξεῖναι τοῖς εἰς κλῆρον βουλομένοις προάγειν τινὰς, εἰς τὸ γένος ἀποβλέποντας τοῦ προχειριζομένου, ἀλλὰ δοκιμάζοντας εἰ ἄξιοι εἶεν κατὰ τοὺς τεθέντας ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ὅρους ἐν κλήρῳ καταλεγῆναι, τούτους ἐκκλησιαστικῶς προχειρίζεσθαι, εἴτε καὶ ἐκ προγόνων γεγόνασιν ἱερέων, εἴτε καὶ μή· ἀλλὰ μηδέ τινα τῶν ἁπάντων συγχωρεῖν ἐπ' ἄμβωνος κατὰ τὴν τῶν ἐν κλήρῳ καταλεγομένων τάξιν τοὺς θείους τῷ λαῷ λόγους ὑποφωνεῖν, εἰ μή τι ἂν ἱερατικῇ κουρᾷ χρήσηται ὁ τοιοῦτος, καὶ τὴν εὐλογίαν ὑπὸ τοῦ οἰκείου ποιμένος κανονικῶς ὑποδέξηται· εἰ δέ τις φωραθείη παρὰ τὰ προστεταγμένα ποιῶν, ἀφοριζέσθω.

λζ'. Ἐπειδὴ κατὰ διαφόρους καιροὺς βαρβαρικαὶ γεγόνασιν ἔφοδοι, καὶ πλεῖσται πόλεις ἐντεῦθεν ὑπο- B χείριοι τοῖς ἀνόμοις κατέστησαν, ὡς ἐντεῦθεν μὴ δυνηθῆναι τὸν τῆς τοιαύτης πόλεως πρόεδρον μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροτονίαν, τὸν οἰκεῖον θρόνον καταλαβεῖν, καὶ ἐν αὐτῷ ἱερατικῇ καταστάσει ἐνιδρυνθῆναι, καὶ οὕτω κατὰ τὸ κρατῆσαν ἔθος τὰς χειροτονίας, καὶ πάντα ἃ τῷ ἐπισκόπῳ ἀνήκει πράττειν τε καὶ μεταχειρίζεσθαι, ἡμεῖς τὸ τίμιον καὶ σεβάσμιον τῇ ἱερωσύνῃ φυλάττοντες, καὶ μηδαμῶς πρὸς λύμην τῶν ἐκκλησιαστικῶν δικαίων, τὴν ἐθνικὴν ἐπήρειαν ἐνεργεῖσθαι βουλόμενοι, τοῖς οὕτω χειροτονηθεῖσι, καὶ διὰ τὴν προκειμένην αἰτίαν ἐν τοῖς ἑαυτῶν μὴ ἐγκατασταθεῖσι θρόνοις, τὸ ἀπόκριτον τηρεῖσθαι συνεωράκαμεν· ὥστε καὶ χειροτονίας κληρικῶν διαφόρων κανονικῶς ποιεῖν, καὶ τῇ τῆς προ- C εδρίας αὐθεντίᾳ κατὰ τὸν ἴδιον ὅρον κεχρῆσθαι, καὶ βεβαίαν καὶ νενομισμένην εἶναι πᾶσαν ὑπ' αὐτῶν προϊοῦσαν διοίκησιν. Οὐ γὰρ ὑπὸ τοῦ τῆς ἀνάγκης καιροῦ περιγραφείσης τῆς ἀκριβείας, ὁ τῆς οἰκονομίας ὅρος περιορισθήσεται.

Synodi Constantinopolitanæ quæ dicitur prima et secunda in templo Sanctorum Apostolorum congregata, canon 16.

16. Propter contentiones et tumultus, qui in Dei Ecclesia contingunt, hoc quoque est definire necessarium, ut episcopus nullo modo constituatur in Ecclesia, cui qui præest adhuc vivit, et est adhuc in proprio honore constitutus, nisi episcopatui sua sponte renuntiaverit. Oportet enim causam ejus, qui est episcopatu expellendus, canonice examinatam ad finem prius deduci : deinde post ejus depositionem, alterum in ejus episcopatum provehi. Si quis autem episcopus in proprio honore constitutus, nec vult renuntiare, nec proprium populum pascere, sed a suo episcopatu recedens, plusquam sex mensibus in alio loco degat, nec regio jussu detentus, nec sui patriarchæ ministerio deserviens, neque a gravi morbo, et qui ut omnino moveri non possit efficiat, retentus, is nulla ex supra **41** dictis causa prohibitus, et a suo episcopatu absens, et ultra semestre tempus in alio loco degens, ab episcopi dignitate et honore omnino alienabitur. Eum enim qui suæ fidei commissum gregem negligit et in alio loco supra semestre tempus degit, statuit sancta

Συνόδου α' καὶ β' συγκροτηθείσης ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων κανὼν ις'.

ις. Διὰ τὰς φιλονεικίας τε καὶ ταραχὰς, τὰς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ συμβαινούσας, καὶ τοῦτο ὁρίσαι ἀναγκαῖόν ἐστι· τοῦ μηδενὶ τρόπῳ ἐπίσκοπον καταστῆναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἧς ἔτι ὁ προεστὼς ζῇ, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ συνίσταται τιμῇ, μὴ αὐτὸς ἑκὼν τὴν ἐπισκοπὴν παραιτήσεται· χρὴ γὰρ πρότερον τὴν αἰτίαν D τοῦ μέλλοντος τῆς ἐπισκοπῆς ἐκδιώκεσθαι, κανονικῶς ἐξεταζομένην εἰς πέρας ἄγεσθαι· εἶθ' οὕτως μετὰ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προβιβάζεσθαι. Εἰ δέ τις τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ ἰδίᾳ συνιστάμενος τιμῇ, μήτε παραιτεῖσθαι βούλοιτο, μήτε τὸν οἰκεῖον ἐθέλοι ποιμαίνειν λαὸν, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἀποστὰς ἐπισκοπῆς, ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον ἐν ἑτέρῳ διατρίβοι τόπῳ, μήτε ταῖς τοῦ οἰκείου πατριάρχου λειτουργίαις ὑπηρετούμενος, μήτε μὴν ὑπὸ νόσου χαλεπῶς τε καὶ ἀκινησίαν ἐμποιούσης παντελῆ συνεχόμενος, ὁ τοιοῦτος οὖν ὁ κατὰ μηδεμίαν τῶν εἰρημένων προφάσεων κωλυόμενος, τῆς οἰκείας ἀφιστάμενος ἐπισκοπῆς, καὶ ὑπὲρ τὸν ἑξαμηνιαῖον χρόνον ἐν ἑτέρῳ διατρίβων τόπῳ, τῆς τοῦ ἐπισκόπου τιμῆς τε καὶ ἀξίας ἀλλό-

τριωθήτεται παντελῶς· τὸν γὰρ τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ καταμελοῦντα ποίμνης, καὶ ἐν ἑτέρῳ ὑπὲρ τὸ ἑξάμηνον χρονοτριβοῦντα τόπῳ, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης δι' ἧς ποιμαίνειν ἐτάχθη, παντελῶς ἀλλότριον καθεστάναι, καὶ εἰς τὸν αὐτοῦ τῆς ἐπισκοπῆς τόπον, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ προχειρίζεσθαι.

A synodus, ut a sacerdotio, per quod pascere ordinatus est, alienus omnino constituatur, et in ejus episcopatus locum, alius pro ipso promoveatur.

Βασιλείου ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς χωρεπισκόπους. Ὥστε μὴ γίνεσθαι χωρὶς αὐτοῦ, ὑπηρέτας παρὰ τοὺς κανόνας.

Πάνυ με λυπεῖ ὅτι ἐπιλελοίπασι λοιπὸν οἱ τῶν Πατέρων κανόνες, καὶ πᾶσα ἀκρίβεια τῶν Ἐκκλησιῶν ἀπελήλαται, καὶ φοβοῦμαι μὴ κατὰ μικρὸν τῆς ἀδιαφορίας ταύτης ὁδῷ προϊούσης, εἰς παντελῆ σύγχυσιν ἔλθῃ τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. Τοὺς ὑπηρετοῦντας τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἡ πάλαι ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις ἐμπολιτευομένη συνήθεια μετὰ πάσης ἀκριβείας δοκιμάζουσα παρεδέχετο, καὶ ἐπολυπραγμονεῖτο πᾶσα αὐτῶν ἡ ἀναστροφὴ εἰ μὴ λοίδοροί εἰσιν, εἰ μὴ μέθυσοι, εἰ μὴ πρόχειροι πρὸς τὰς μάχας, εἰ παιδαγωγοῦσιν ἑαυτῶν τὴν νεότητα, ὥστε κατορθοῦν δύνασθαι τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον· καὶ τοῦτο ἐξήταζον μὲν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, οἱ συνοικοῦντες αὐτοῖς, ἐπανέφερον δὲ τοῖς χωρεπισκόποις, οἳ τὰς παρὰ τῶν ἀληθινῶς μαρτυρούντων δεξάμενοι ψήφους, καὶ ὑπομνήσαντες τὸν ἐπίσκοπον, οὕτως ἐνηρίθμουν τὸν ὑπηρέτην τῷ τάγματι τῷ ἱερατικῷ· νῦν δὲ πρῶτον μὲν ἡμᾶς παρωσάμενοι, καὶ μηδὲ ἐπαναφέρειν ἡμῖν καταδεχόμενοι, εἰς ἑαυτοὺς τὴν ὅλην περιεστήσατε αὐθεντίαν· ἔπειτα καταῤῥαθυμοῦντες τοῦ πράγματος, πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἐπετρέψατε οὓς ἂν ἐθέλωσιν ἀπὸ ἀνεξετάστου βίου κατὰ προσπάθειαν, ἢ τὴν ἀπὸ συγγενείας, ἢ τὴν ἐξ ἄλλης τινὸς φιλίας, ἐπεισάγειν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς ἀναξίους· διὸ πολλοὶ μὲν ὑπηρέται καταριθμοῦνται καθ' ἑκάστην κώμην, ἄξιος δὲ λειτουργίας θυσιαστηρίου οὐδεὶς, ὡς ὑμεῖς αὐτοὶ μαρτυρεῖτε, ἀποροῦντες ἀνδρῶν ἐν ταῖς ψηφηφορίαις. Ἐπεὶ οὖν ὁρῶ τὸ πρᾶγμα λοιπὸν εἰς ἀνήκεστον προϊὸν, μάλιστα νῦν τῶν πλείστων φόβῳ τῆς στρατολογίας εἰσποιούντων ἑαυτοὺς τῇ ὑπηρεσίᾳ, ἀναγκαίως ἦλθον εἰς τὸ ἀνανεώσασθαι τοὺς τῶν Πατέρων κανόνας, καὶ ἐπιστέλλω ὑμῖν ἀποστεῖλαί μοι τὴν ἀναγραφὴν ἑκάστης κώμης τῶν ὑπηρετούντων, καὶ ὑπὸ τίνος εἰσῆκται ἕκαστος καὶ ἐν ποίῳ βίῳ ἐστίν. Ἔχετε δὲ καὶ αὐτοὶ παρ' ἑαυτοῖς τὴν ἀναγραφὴν, ὥστε συγκρίνεσθαι τοῖς παρ' ἡμῖν ἀποκειμένοις γράμμασι τὰ ὑμέτερα, καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι ἑαυτὸν ὅτε βούλεται παρεγγράφειν· οὕτω μέν τοι μετὰ τὴν πρώτην ἐπινέμησιν, εἴ τινες ὑπὸ πρεσβυτέρων εἰσήχθησαν, ἐπὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀποῤῥιφῶσιν· ἄνωθεν δὲ γένηται αὐτῶν παρ' ὑμῶν ἐξέτασις· κἂν μὲν ἄξιοι ὦσι, τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ παραδεχθήτωσαν· ἐπεὶ καθαρίσατε τὴν Ἐκκλησίαν, τοὺς ἀναξίους αὐτῆς ἀπελαύνοντες· καὶ τοῦ λοιποῦ, ἐξετάζετε μὲν τοὺς ἀξίους καὶ παραδέχεσθε. Μὴ ἐπαριθμεῖτε δὲ πρὶν εἰς ἡμᾶς ἐπανενεγκεῖν· ἢ γινώσκετε, ὅτι λαϊκὸς ἔσται ὁ ἄνευ ἡμετέρας γνώμης εἰς ὑπηρεσίαν παραδεχθείς.

Basilii epistola ad chorepiscopos. Quod fieri non oportet sine, ipso, ministros contra canones.

Permolestum mihi est, quod jam canones Patrum defecerint, ac disciplina omnis ex Ecclesiis abacta sit; et timeo ne paulatim, hac indifferentia progrediente, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabantur. Observata olim in Dei Ecclesiis consuetudo, Ecclesiæ ministros omni diligentia pro-
B batos admittebat: ac in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur: annon essent maledici, annon ebriosi, annon prompti ad pugnas, an juventutem suam frenarent, ita ut sanctimoniam, sine qua Deum nemo videbit [**], exercere possent. Atque hoc examinabant quidem presbyteri et diaconi, qui una cum ipsis habitabant: referebant autem ad chorepiscopos, qui cum suffragia testium veracium accepissent, ac episcopum admonuissent, sic sacratorum numero ministrum ascribebant. Nunc autem primum quidem nos excluentes, ac ne referre quidem ad nos dignati, omnem in vosmetipsos 42
auctoritatem transtulistis: deinde rem negligentes, presbyteris et diaconis permisistis, ut quos vellent,
C vita non examinata, secundum animi affectionem, aut ex consanguinitate ortam, aut ex alia aliqua amicitia, in Ecclesiam indignos introducerent. Quapropter multi quidem ministri in unoquoque pago numerantur: sed dignus ministerio altarium ne unus quidem, ut vos ipsi testificamini, hominum penuria laborantes in electionibus. Quoniam igitur video rem in malum jam insanabile progredi, nunc præsertim, cum plurimi militiæ metu, seipsos in ministerium conjiciant, necessario accessi ad Patrum canones renovandos; ac vobis scribo, ut mittatis mihi catalogum ministrorum cujusque pagi, et a quo quisque introductus sit, et quæ ejus sit vivendi ratio. Habete autem et ipsi apud vos catalogum, ut cum scriptis apud nos repositis ve-
D stra conferantur, nec cuiquam liceat seipsum, cum voluerit, inscribere. Ita sane, si qui post primam indictionem a presbyteris introducti fuerint, inter laicos rejiciantur. Eorum autem examen de integro repetite, et si digni fuerint, suffragio vestro suscipiantur. Expurgate Ecclesiam, indignos ex ea ejicientes. Atque in posterum examinate quidem, qui digni sint, et eos admittite: sed prius non ascribite, quam ad nos retuleritis; aut scitote laicum futurum esse, qui sine nostro judicio in ministerium fuerit admissus.

[**] Hebr. XII, 14.

Cyrilli ex epistola ad Domnum canones 1, 3.

1. Unaquæque res nostra, quando ordine canonico recta procedit, nullum quidem in nobis tumultum ingenerat, et a nonnullorum maledicentia liberat, vel potius **43** eorum qui sapiunt laudem nobis conciliat. Quis enim non obviis, ut aiunt, ulnis excipiat de aliquibus prolatam sententiam, quæ nec huc nec illuc inclinetur? Vel quomodo non sit ab omni reprehensione alienum, vel potius magnopere laudandum, si recte et juste judicetur? Et hæc quidem nunc scribo ad pietatem tuam quæ in litteris ad me et religiosissimum fratrem nostrum et coepiscopum Proclum missis, episcopum quidem nominet, imprimis pium ac religiosum Petrum: cum ipse lamentetur, seque ab Ecclesia sibi attributa præter rationem ejectum esse dicat. Erat autem consentaneum ut vel sacerdotii nomen cum re haberet, vel, si non erat dignus ut altari præesset, nec ipsa quidem episcopus vocatione dignus haberetur. Sed id fortasse quod dico, durum esse et charitatis expers videbitur. Res autem revera non ita se habet. Nos enim senis utique misereri putamus, si solum ei nomen reliquerimus; sed multo melius erat aliud quoque considerare. Dicit enim se suam quidem posse causam probare, at defensionis tempus sibi non esse datum, nec auditionem canonicam sibi fuisse concessam. Sin autem tale quid factum esset, ipsa actorum productio eum convicisset reum impositorum ipsi criminum, nec esset quod se injuria affectum quereretur; vel certe absolutum eum declarans, rursus concederet ut præesset Ecclesiæ quæ illi subjecta fuit. Cum autem nihil factum sit ejusmodi, de re quidem alta voce queritur, et intolerabilem injuriam se dicit accepisse, et inique ejectum esse, adjiciens rem omnem familiarem suam ademptam sibi fuisse. Tua itaque sanctitas, considerans et quod **44** divinis canonibus sancitum est, et quod Ecclesiæ convenit, iisque qui sunt in sacro ministerio initiati, et nostrarum præterea litterarum rationem ducens, sistat senis lacrymas; et si velit quidem cum iis judicio contendere qui crimina in eum intendunt, apud sanctitatem tuam pro more litiget, una scilicet assistentibus qui tibi subsunt episcopis nisi forte aliquos recusat ut suspectos. Nullum enim religiosissimorum episcoporum in fratrem inimico esse animo credimus. Ne autem hic prætextus futurum de eo judicium dissolvat, ut non jure factum esse videatur, non grave est a consessu abesse eorum qui suspecti sunt aliquos.

3. Renuntiationis autem libellos non sua voluntate sed veluti vi ac metu, et aliquorum minis se tradidisse dicit. Jam vero alia quoque res est, quæ ecclesiasticæ consuetudini non placet, offerre sacerdotes aliquos renuntiationis libellos. Nam si sunt digni qui sacra mysteria obeant, in iis maneant; sin autem indigni, nec per renuntiationem quidem

A *Κυρίλλου ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς κανὼν α' γ'*

α' Ἕκαστα τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, ὅταν εὐθὺ φέρωνται κανονικῆς εὐταξίας, οὐδένα μὲν ἡμῖν ἐντίκτει θόρυβον, ἀπαλλάττει δὲ καὶ τῆς παρά τινων δυσφημίας, μᾶλλον δὲ καὶ τὰς παρὰ τῶν εὖ φρονούντων εὐφημίας ἡμῖν προξενεῖ. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο ψῆφον ἀπροσκλινῆ, ἥπερ ἂν γένοιτο περί τινων; ἢ πῶς τὸ κρίνειν ὀρθῶς καὶ ἐννόμως οὐκ ἀνεπίληπτον ἔσται, μᾶλλον δὲ παντὸς ἐπαίνου μεστόν. Καὶ ταῦτα γράφω νυνί· τῆς σῆς θεοσεβείας ἐν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι τοῖς σταλεῖσι πρὸς ἐμέ τε καὶ τὸν ὁσιώτατόν τε καὶ θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Πρόκλον, ἐπίσκοπον μὲν ὀνομαζούσης, τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον Πέτρον· αὐτοῦ δὲ κλαίοντος, καὶ B τῆς ἐκνεμηθείσης Ἐκκλησίας αὐτῷ παραλόγως κεκινῆσθαι λέγοντος. Ἦν δ' ἀκόλουθον, ἢ τὸ τῆς ἱερωσύνης ὄνομα μετὰ τοῦ πράγματος ἔχειν αὐτὸν, ἢ γοῦν εἴπερ ἦν ἄξιος τοῦ μὴ προεστάναι θείου θυσιαστηρίου, μηδ' αὐτῇ τιμᾶσθαι τῇ κλήσει τῆς ἐπισκοπῆς· ἀλλ' ἴσως δόξειεν ἂν τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, σκληρὸς εἶναί τις καὶ ἀφιλάλληλος ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω κατὰ τὸ ἀληθές. Ἐλεῆσαι γὰρ τάχα που νομίζομεν τὸν πρεσβύτην, μόνην αὐτῷ τὴν κλῆσιν ἀφέντες· μακρῷ δὲ ἦν ἄμεινον ἐννοῆσαι καὶ τὸ ἕτερον· φάσκει γὰρ, δύνασθαι μὲν συστῆναι τῇ οἰκείᾳ ὑπολήψει, οὐ λαβεῖν δὲ καιρὸν ἀπολογίας· οὔτε μὴν ἀκρόασιν αὐτῷ προτεθεῖναι κανονικήν. Εἰ δὲ ἐγεγόνει τι τοιοῦτον, αὐτὴ τῶν ὑπομνημάτων ἡ συστασις διήλεγξεν ἂν αὐτὸν, ἢ ἁλόντα τοῖς αἰτιάμασιν ἔνοχον C ἀποπεφασμένον, καὶ οὐδὲν ἔχοντα λοιπὸν εἰπεῖν ὡς ἠδικημένον· ἢ γοῦν ἐλεύθερον ἀποφήνασα, ὡς πάλιν ἐδίδου τὸ προεστάναι τῆς Ἐκκλησίας, ἣ καὶ ὑπὸ χεῖρα γέγονε τὴν αὐτοῦ· οὐδενὸς δὲ πεπραγμένου τοιούτου, καταβοᾷ τοῦ πράγματος, ἀδικίαν ἀφόρητον ὑποστῆναί φησι, καὶ ἀθέσμως ἐκβεβλῆσθαι, προσεπάγων ὅτι καὶ ἡρπάσθη πάντα τὰ αὐτῷ προσήκοντα χρήματα. Ἡ σὴ τοιγαροῦν ὁσιότης ἐννοοῦσα καὶ τὸ τοῖς θείοις κανόσι δοκοῦν, καὶ τὸ πρέπον Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς τεταγμένοις εἰς ἱερὰν λειτουργίαν, ἔτι τε πρὸς τούτοις καὶ τὰ παρ' ἡμῶν δυσωπηθεῖσα γράμματα, στησάτω τοῦ πρεσβύτου τὸ δάκρυον. Καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο δικάσασθαι πρὸς τοὺς ἐπάγοντας αὐτῷ τὰς αἰτίας, δικαζέσθω κατὰ τὸ εἰωD θὸς ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας, συμπαρόντων δηλονότι τῶν ὑπὸ τὴν αὐτῆς χεῖρα θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων· ἐκτὸς, εἰ μὴ παραιτοῖτό τινας ὡς ὑπόπτους· οὐδένα μὲν γὰρ τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων ἐχθρὰ φρονεῖν ἀδελφῷ πιστεύομεν. Ἵνα δὲ μὴ πρόφασις αὕτη γένηται τὴν ἐσομένην ἐπ' αὐτῷ κρίσιν παραλύουσα, πρὸς τὸ μὴ ἐν δίκῃ πεποιῆσθαι δοκεῖν, οὐδέν ἐστι τὸ λυποῦν ἀπεῖναι τοῦ συνεδρίου τῶν ἐν ὑποψίᾳ τινάς.

γ' Τοὺς δὲ τῆς παραιτήσεως λιβέλλους, οὐ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνάγκης καὶ φόβου καὶ τῆς τινων ἀπειλῆς, ἐπιδοῦναί φησι· καὶ ἑτέρως δὲ, πρᾶγμά ἐστιν οὔτε τοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἀρέσκον θεσμοῖς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεως προσάγειν τινὰς τῶν ἱερουργῶν. Εἰ γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἔστωσαν ἐν τούτῳ· εἰ δὲ ἀνάξιοι μὴ ἀπὸ παραιτή-

σεως ἐξίτωσαν, κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασιν· ὧν ἄν τις πολλὴν ποιήσαιτο τὴν καταβοήν, ὡς ἔξω τρεχόντων πάσης ἀκολουθίας. Πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν Κυρίῳ προσαγορεύει.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς ἐν Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει ἐπισκόπους ἐπιστολῆς, κανὼν α' γ'

α'. Νεωστὶ γεγαμηκότες τινὲς, καὶ οἷον ἐξ αὐτῶν καταβάντες τῶν νυμφώνων, συναρπάζουσί τινας τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ οὐδενὸς τάχα που τὰ κατ' αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντος, χειροτονοῦνται κληρικοὶ ἤγουν πρεσβύτεροι.

γ'. Ἐπειδὴ τοίνυν πρὸς οἰκοδομήν, ὡς ἔφην, τῶν λαῶν πάντα χρὴ πράττεσθαι παρ' ἡμῶν, ἐπιτηρείτω ταῦτα ἡ θεοσέβεια ὑμῶν, καὶ εἰ μέλλοι τις χειροτονεῖσθαι κληρικὸς, περιεργαζέσθω τὸν βίον αὐτοῦ, καὶ πότερόν ποτε γαμετὴν ἔχει ἢ οὔ, καὶ πῶς ἢ πότε ἠγάγετο, καὶ εἰ ἀπέσχετο, καὶ εἰ μή τις ἐστὶ τῶν ἐκβεβλημένων, ἢ παρ' ἑτέρου θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου, ἢ ἐκ μοναστηρίων· καὶ τότε χειροτονείτω, ἀδιάβλητον εὑρεθέντα. Τηρήσωμεν γὰρ οὕτω καθαρὸν καὶ τὸ ἑαυτῶν συνειδὸς, καὶ ἀδιάβλητον τὴν ἱερὰν καὶ σεπτὴν λειτουργίαν.

Θεοφίλου ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ κανὼν ς'.

ς'. Περὶ τῶν ὀφειλόντων χειροτονεῖσθαι, οὗτος ἔστω τύπος· ὥς τε πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν· καὶ συναινοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου, χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν χειροτονία δὲ λαθραίως μὴ γινέσθω· τῆς γὰρ Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχούσης, πρέπει πάντων τῶν ἁγίων τὰς χειροτονίας ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας γίνεσθαι. Ἐν δὲ τῇ ἐνορίᾳ, εἰ μὲν κοινωνήσαντές εἰσί τινες ταῖς τῶν κοινωνησάντων γνώμαις, μὴ ἄλλοι χειροτονείσθωσαν, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὀρθοδόξων κληρικῶν δογματιζόντων, παρόντος πάλιν τοῦ ἐπισκόπου, καὶ προσφωνοῦντος παρόντος τοῦ λαοῦ μόνον, ἵνα μὴ περιδρομή τις γίνηται.

Βιβλίον α'. τίτ. γ'. διάτ. ιβ', λ' μβ', μζ'. νβ'. καὶ τίτ. α' τῶν νεαρῶν, διάτ. α', β', ιζ'. νεαρὰ ς', ρλζ'.

Περὶ τοῦ μὴ χρῆναι τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τῶν ἱερέων ἐπιλογήν.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'. — *Συνόδου Λαοδικείας κανὼν ιγ'.*

ιγ'. *Περὶ τοῦ μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον.*

Συνόδου Νικαίας τὸ δεύτερον κανὼν γ'.

γ'. Πᾶσαν ψῆφον γινομένην παρὰ ἀρχόντων, ἐπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου, ἄκυρον μένειν κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω· καὶ ἀφοριζέσθωσαν καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπήν, ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι, Ἐπίσκοπον προσήκει, κ. τ. λ.

[30] Can. 31 apostol. [31] Can. 4.

ιβ' Καὶ τοῦτο δὲ εἰς γνῶσιν ἡμετέραν ἦλθεν, ὡς ἐν τῇ Ἀφρικῇ καὶ Λιβύῃ καὶ ἑτέροις τόποις, οἱ τῶν ἐκεῖσε θεοφιλέστατοι πρόεδροι, συνοικεῖν ταῖς ἰδίαις γαμεταῖς καὶ μετὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς προελθοῦσαν χειροτονίαν οὐ παραιτοῦνται, πρόσκομμα τοῖς ἄλλοις τιθέντες ἐνταῦθα καὶ σκάνδαλον. Πολλῆς οὖν ἡμῖν σπουδῆς οὔσης, τοῦ πάντα πρὸς ὠφέλειαν τῶν ὑπὸ χεῖρα ποιμνίων διαπράττεσθαι, ἔδοξεν ὥστε μηδαμῶς τι τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ νῦν γίγνεσθαι. Τοῦτο δέ φαμεν, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει ἢ ἀνατροπῇ τῶν ἀποστολικῶς νενομοθετημένων, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπῆς τῶν λαῶν προμηθούμενοι, καὶ τοῦ μὴ δοῦναι μῶμον τινὰ κατὰ τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· *Πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ*

A indictionis (18), anni [*al.* 6197] sexies millesimi centesimi noni, peccato servierunt, et non ab eo resipiscere voluerunt, depositioni canonicæ subjicere; eos autem, qui talis quidem bigamiæ probro ac dedecori implicati fuere, ante nostrum autem decretum id quod utile est agnoverunt, et malum a se absciderunt, et hanc adulterinam et alienam congressionem procul abegerunt; vel eos etiam, quorum uxores in secundis nuptiis jam mortuæ sunt; vel ipsi etiam ad conversionem respexerunt, et continentiam didicerunt, et priorum suorum iniquitatum obliti sunt, sive sint presbyteri, sive diaconi, eos ab omni quidem sacerdotali ministerio **64** sive exercitio jam cessare, præfinito aliquo tempore punitos, honorum autem in cathedra et statione participare, prima sede contentos; et cum
B fletu a domino postulantes, ut eis condonetur peccatum ignorantiæ. Neque enim convenit, ut is alteri benedicat, qui debet propria curare vulnera. Eos vero, qui uni quidem uxori copulati sunt, si vidua erat, quæ accepta est: similiter et eos, qui post ordinationem uni matrimonio se applicarunt, hoc est, presbyteros, diaconos, et hypodiaconos, brevi aliquo tempore a sacro ministerio prohibitos, et punitos, rursus propriis gradibus restitui, ad alium gradum nequaquam promovendos, eis nefario videlicet dissoluto conjugio. Hæc autem in his qui deprehensi sunt usque ad decimum quintum, ut dictum est, mensis Januarii quartæ indictionis, in prius declaratis delictis, solum valere statuimus; abhinc definientes et renovantes canonem [73], qui dicit eum
C qui duobus matrimoniis post baptismum implicatus fuerit, vel concubinam habuerit, non posse esse episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel omnino ex sacerdotali catalogo. Similiter et qui viduam accepit, vel dimissam, vel meretricem, vel servam, vel scenicam, non posse esse episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel omnino ex sacerdotali catalogo.

12. Porro hoc [74] quoque ad nostram cognitionem pervenit, quod in Africa et Libya et aliis locis quidam ex iis, qui illic sunt, religiosissimi præsules cum propriis uxoribus, etiam postquam **65** ad eos processit ordinatio, una habitare non recusant, ex eo populis offendiculum et scandalum afferentes.
D Cum itaque studium nostrum in eo magnopere laboret, ut omnia ad gregis in manus nostras traditi nobisque commissi utilitatem fiant, nobis visum est, ut nihil ejusmodi deinceps ullo modo fiat. Hoc autem dicimus, non ad ea abolenda et evertenda quæ apostolice antea constituta sunt [75], sed populorum salutis et ad meliora progressionis curam gerentes, et ne status ecclesiasticus illo probro afficiatur. Dicit enim divinus Apostolus: *Omnia ad Dei gloriam facite: sine offendiculo estote, et Judæis,*

[73] Can. apost. 17 18. [74] Confer can. apost. 9. [75] Can. apost. 5.

NOTÆ.

anno ϛρθ' 6109 æræ Constantinop., sed ϛριθ' 6199, id est Christi 691, celebrata fuit. Mai.

et Græcis, et Dei Ecclesiæ, quemadmodum et ego omnibus in omnibus placeo, non quærens meam utilitatem, sed multorum, ut serventur. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi [76]. Si quis autem tale quid agere deprehensus fuerit, deponatur.

12. Canon omnino digamos a ministerio exclusit.

Textus. Lege tit. 1 Novellarum, const. 1, 2, 17, in quibus dicitur, eum qui episcopus, presbyter, diaconus, aut hypodiaconus creandus est, debere esse virginem, aut ex virginitate unam [duntaxat] uxorem virginem duxisse.

CAP. XXIV. — *De iis qui pecunia ordinationem vel officium impetrant.*

Apostolorum canon 29.

29 [28]. Si quis episcopus per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur **66** et ipse, et qui eum ordinavit, et a communione omnino exscindatur, ut Simon Magus a me Petro [77].

Concilii Chalcedonensis canon 2.

2. Si quis episcopus, propter pecunias ordinationem fecerit, et non venalem gratiam in venditionem deduxerit, et propter pecunias ordinaverit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promoveri œconomum, vel defensorem, vel paramonarium vel omnino aliquem ex canone, turpis quæstus gratia: qui hoc tentasse convictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: et qui est ordinatus, ex ordinatione vel promotione quæ instar mercatorum venundatur, nihil juvetur: sed sit a dignitate vel curatione alienus quam pecuniis adeptus est. Si quis autem sequester et intercessor adeo turpibus et nefariis lucris apparuit, hic quoque si sit quidem clericus proprio gradu excidat: si sit autem laicus, vel monachus, anathematizetur.

Concilii œcumenici VI *canones* 22, 23.

22. Eos qui pecuniis ordinantur, sive episcopos, sive qualescunque clericos, et non per examinationem ac vitæ electionem, deponi jubemus, sed et etiam qui ordinaverunt [78].

23. Ut nullus episcopus, sive presbyter sive diaconus, immaculatam præbens communionem, ab eo qui communicat, ejus participationis gratia obolos, vel quamvis aliam speciem exigat. Non est enim venalis gratia, nec pro pecuniis Spiritus sanctificationem impartimur: sed ea iis qui digni sunt, absque ulla est calliditate communicanda. Si quis autem eorum, qui sunt in cleri catalogo, **67** ab eo cui immaculatam impertit communionem, ullam speciem exigere visus fuerit, deponatur, ut simoniaci errores et maleficii æmulator [79].

Concilii Nicæni secundi canones 4, 5, 19. *Quod episcopi ab omni simonia cavere debeant.*

4. Præco veritatis Paulus divinus apostolus quem-

A *καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν* (1) *ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. Εἰ δέ τις φωραθείη τὸ τοιοῦτον πράττων, καθαιρείσθω.*

Βασιλείου κανὼν ιβ'.

ιβ'. Τοὺς διγάμους παντελῶς ὁ κανὼν τῆς ὑπηρεσίας ἀπέκλεισεν.

Τίτ. α' τῶν νεαρῶν, διάτ. α' β' ιζ', ἐν αἷς εἴρηται ὅτι ὁ χειροτονούμενος ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος, ὀφείλει εἶναι παρθένος ἢ ἐκ παρθένου μονογαμήσας παρθένον.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'. — *Περὶ τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένων ἢ λαμβανόντων ὀφφίκιον.*

B *Ἀποστόλων κανὼν κθ'.*

κθ' Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων, τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω παντάπασι τῆς κοινωνίας, ὡς Σίμων ὁ Μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν β'.

β' Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσοι ἐπὶ χρήμασιν ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων, ἢ προβάλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος δι' αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν. Ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς, κινδυνευέτω

C περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμὸν, καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελείσθω χειροτονίας, ἢ προβολῆς· ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας, ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω.

Συνόδου οἰκουμενικῆς ἕκτης κανὼν κβ', κγ'.

κβ' Τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένους, εἴτε ἐπισκόπους, ἢ οἱουσδήποτε κληρικοὺς, καὶ οὐ κατὰ δοκιμασίαν καὶ τοῦ βίου αἵρεσιν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς χειροτονήσαντας.

κγ' Περὶ τοῦ μηδένα τῶν εἴτε ἐπισκόπων, ἢ πρεσ-

D βυτέρων, ἢ διακόνων, τῆς ἀχράντου μεταδιδόντα κοινωνίας, παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰσπράττειν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολοὺς ἢ εἶδος τὸ οἱονοῦν. Οὐδὲ γὰρ πεπραμένη ἡ χάρις, οὐδὲ χρήμασι τὸν ἁγιασμὸν τοῦ Πνεύματος μεταδιδόαμεν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τοῦ δώρου ἀπανουργεύτως μεταδοτέον. Εἰ δὲ φανείη τις τῶν ἐν κλήρῳ καταλεγομένων, ἀπαιτῶν τὸν ᾧ μεταδίδωσι τῆς ἀχράντου κοινωνίας τὸ οἱονοῦν εἶδος, καθαιρείσθω, ὡς τῆς Σίμωνος ζηλωτὴς πλάνης καὶ κακουργίας.

Συνόδου Νικαίας τὸ δεύτερον κανὼν δ', ε', ιθ'. Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι τοὺς ἐπισκόπους πάσης δωροληψίας.

δ' Ὁ κῆρυξ τῆς ἀληθείας Παῦλος ὁ θεῖος ἀπό-

[76] I Cor. x, 31, 33. [77] Act. VIII, 18 seqq. [78] Chalced. can. 2. [79] Conc. Laodicensis can. 51.

στολος, οἱονεὶ κανόνα τιθεὶς τοῖς Ἐφεσίων πρεσβυτέροις, μᾶλλον δὲ καὶ παντὶ ἱερατικῷ πληρώματι, οὕτως ἐπαῤῥησιάσθη εἰπών· *Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα· πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτως κοπιῶντας, ἀντιλαμβάνεσθαι δεῖ τῶν ἀσθενούντων, μακάριον ἡγούμενοι τὸ διδόναι. Διὸ καὶ ἡμεῖς μαθητευθέντες παρ' αὐτοῦ, ὁρίζομεν μηδόλως αἰσχροκερδῶς ἐπινοεῖσθαι ἐπίσκοπον, προφασιζόμενον προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ἀπαιτεῖν χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἢ ἕτερον εἶδος, τοὺς ὑπ' αὐτὸν τελοῦντας ἐπισκόπους, ἢ κληρικοὺς, ἢ μοναχούς.* Φησὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· καὶ οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.* Εἴ τις οὖν δι' ἀπαίτησιν χρυσοῦ ἢ ἑτέρου τινὸς εἴδους, εἴτε διά τινα ἰδιοπάθειαν, εὑρεθείη ἀπείργων τῆς λειτουργίας, καὶ ἀφορίζων τινὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν, ἢ σεπτὸν ναὸν κλείων, ὡς μὴ γίνεσθαι ἐν αὐτῷ τὰς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, εἰς ἀναίσθητα τὴν ἑαυτοῦ μανίαν ἐπιπέμπων, ἀναίσθητος ὄντως ἐστὶ, καὶ τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποκείσεται, καὶ ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ὡς παραβάτου τῆς ἐντολῆς Θεοῦ καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων. Παραγγέλλει γὰρ καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης, *Ποιμαίνετε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως κατὰ Θεόν· μὴ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλ' ὡς τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου· καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον.*

dam veluti canonem Ephesiorum presbyteris imponens, vel universæ potius sacerdotali multitudini sic libere dixit: *Argentum vel aurum vel vestem nullius concupivi, omnia vobis ostendi, quod oportet sic laborantes infirmos suscipere, dare beatum existimans* [80]. Quocirca ab eo edocti statuimus, ne turpis lucri gratia episcopo in mentem veniat, quærenti excusationes in peccatis, aurum vel argentum, vel ullam aliam speciem ab iis qui sibi subsunt episcopis, vel clericis, vel monachis exigere. Dicit enim Apostolus: *Injusti regnum Dei non possidebunt* [81]: nec debent liberi parentibus thesaurum parare, sed parentes liberis. Si quis ergo per auri exactionem vel alicujus alterius speciei, vel propter aliquam propriam affectionem a ministerio arcere inventus fuerit, vel segregare suorum clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, ne in eo divina fiant ministeria, ad id quod non est sensu præditum suam insaniam immittens, est revera sine sensu, et talionis erit legi obnoxius, et labor ipsius in caput ejus redibit, ut qui sit mandati Dei et apostolicarum traditionum transgressor. Præcepit enim et Petrus suprema apostolorum summitas: *Pascite gregem Domini, episcopatum gerentes, non per vim, sed sponte ac voluntarie, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed prompte et alacriter: nec ut* **68** *dominatum in clerum obtinentes, sed gregis exemplaria exsistentes; et cum summus pastor apparuerit, quæ nec corrumpi nec marcescere potest, gloriæ coronam referetis* [82].

Ὅτι οἱ ὀνειδίζοντες τοὺς κληρικοὺς, διὰ τὸ τετάχθαι ἐν Ἐκκλησίᾳ χωρὶς δόσεως, ἐπιτιμίῳ ὑπόκεινται.

ε' Ἁμαρτία πρὸς θάνατόν ἐστιν, ὅταν τινὲς ἁμαρτάνοντες, ἀδιόρθωτοι μείνωσι. Τὸ δὲ τούτου χεῖρον, ἐὰν καὶ τραχηλιῶντες κατεξανίστανται τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἀληθείας, προτιμώμενοι τὸν μαμωνᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ ὑπακοῆς, καὶ τῶν κανονικῶν αὐτοῦ διατάξεων μὴ ἀντεχόμενοι. Ἐν τούτοις οὐκ ἔστι Κύριος ὁ Θεὸς, εἰ μήπω ταπεινωθέντες, τοῦ ἰδίου σφάλματος ἀνανήψουσι. Χρὴ γὰρ μᾶλλον αὐτοὺς προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ μετὰ συντετριμμένης καρδίας, τὴν ἄφεσιν τούτου τοῦ ἁμαρτήματος καὶ τὴν συγχώρησιν αἰτεῖσθαι, οὐχὶ ἀναβρύνεσθαι τῇ ἀθέσμῳ δόσει. Ἐγγὺς γὰρ Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν. Τοὺς οὖν ἐγκαυχωμένους διὰ δόσεως χρυσίου τετάχθαι ἐν Ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ συνηθείᾳ ἐπελπίζοντας τῇ ἀλλοτριούσῃ ἀπὸ Θεοῦ καὶ πάσης ἱερωσύνης, καὶ ἐκ τούτου ἀναιδεῖ προσώπῳ καὶ ἀπερικαλύπτῳ στόματι, ὀνειδιστικοῖς λόγοις τοὺς δι' ἀρετῆς βίου ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκλεγέντας, καὶ καταταγέντας ἐκτὸς δόσεως χρυσίου ἀτιμάζοντας, πρῶτα μὲν τοῦτο ποιοῦντας, τὸν ἔσχατον βαθμὸν λαμβάνειν τοῦ οἰκείου τάγματος· εἰ δὲ ἐπιμένοιεν, δι' ἐπιτιμίου διορθοῦσθαι. Εἰ δέ τις ἐπὶ χειροτονίᾳ φανῇ τοῦτό ποτε πεποιηκὼς, γι-

Ut ii qui clericos injuria afficiunt quod sine auri datione fuerunt in Ecclesia constituti pœnæ subjaceant.

5. Est peccatum ad mortem, quando peccantes aliqui manent incorrigibiles. Hoc autem est deterius, quando et erecta cervice adversus pietatem et veritatem insurgunt, mammona Dei obedientiæ præferentes, et ejus canonicas constitutiones non ferentes. In iis ergo non est Dominus Deus, nisi forte humilitati a suo delicto resipuerint. Oportet enim eo magis Deo supplicare, et cum corde contrito hujus peccati remissionem et condonationem petere, et non de illicita donatione se jactare: *Deus enim prope est iis qui sunt contrito corde* [83]. Eos ergo, qui per auri dationem se fuisse in Ecclesia constitutos gloriantur, et in ea improba consuetudine spem habent, quæ a Deo et ab omni sacerdotio alienat; et ideo impudente vultu, et oro aperto, probrosis et contumeliosis verbis eos, qui propter actam ex virtute vitam a sancto Spiritu selecti ordinatique sunt præter auri dationem, vilipendunt ac negligunt; primum quidem eos qui hoc faciunt ultimum proprii ordinis gradum sumere: sin autem perseveraverint, inflicta quoque pœna corrigi decernimus. Si quis autem in ordinatione hoc quandoque fecisse visus fuerit, fiat ut vult

[80] Act. xx, 33 seqq. [81] I Cor. vi, 9. [82] I Petr. v, 2-4. [83] Psal. xxxiii, 19.

canon apostolicus, qui dicit : Si quis [84] episcopus A per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur et ipse et qui ordinavit, et exscindatur omnino a communione, ut **69** Simon Magus a me Petro. Et secundus canon sanctorum Patrum, qui Chalcedone convenerunt, qui dicit : Si quis [78] episcopus pecuniis ordinationem fecerit, et non venalem gratiam in emptionem deduxerit, et pecuniis ordinaverit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero enumerantur, vel pecuniis promoverit œconomum, vel defensorem, vel paramonarium, vel omnino aliquem ex canone turpis lucri gratia : qui hoc aggressus esse convictus fuerit, proprii gradus id faciat periculo : et qui ordinatur, ex ea ordinatione vel promotione, B quæ pretio dato instar mercaturæ facta est, nihil juvetur : sed sit alienus a dignitate, vel munere, seu curatione, quam pecuniis assecutus est. Si quis autem rebus adeo turpibus et lucris illicitis intercessor seu sequester apparuerit, hic quoque, si sit quidem clericus, a proprio gradu excidat; sin autem laicus, vel monachus, segregetur.

Ut sine muneribus fiant monachorum ac monialium nominationes.

19. Tanta exsecrabilis avaritiæ labes Ecclesiarum præfectos invasit, ut nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pii ac religiosi dicuntur, Domini C mandati obliti fallantur, et eos qui ad sacerdotalem ordinem et vitam monasticam accedunt, pecuniis admittant : et quorum reprobum est principium, universum quoque rejiciendum efficitur, ut ait magnus Basilius : nec enim Deo licet et mammonæ servire [85]. Si quis ergo inventus fuerit hoc facere, qui hoc facit, si sit quidem episcopus, vel monasterii præfectus, vel ex sacerdotali ordine, vel cesset, vel deponatur ut vult canon Chalcedonensis synodi. Sin autem monasterii præfectus, **70** a monasterio extrudatur, et alii monasterio tradatur ad subjectionem. Similiter et monasterii præfectus, qui presbyterii ordinationem habet. De iis autem quæ dantur liberis a parentibus instar dotis : vel rebus suis propriis oblatis, profitentibus iis qui ea D offerunt, esse Deo consecrata, statuimus ut sive exeant, ea in monasterio maneant, ut fuit ipsorum professio; nisi is qui præest in culpa fuerit.

Basilii ex Epistola ad chorepiscopos. Quod non oporteat pretio manus imponere.

Rei turpitudo, de qua scribo, hoc ipso quod in suspicionem omnino venit ac sermonem, dolore animum meum implevit : hactenus sane visa est mihi incredibilis. Quod ergo de illa scribo, qui sibi ipse conscius est, accipiat ut medelam; qui autem

[84] Can. 30. [85] Can. 2.

A νέσθω κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τὸν λέγοντα· *Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθωσαν παντάπασι καὶ κοινωνίας ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.* Ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῶν ἐν Χαλκηδόνι ὁσίων Πατέρων ἡμῶν τὸν λέγοντα· *Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσοιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσοι ἐπὶ χρήμασιν ἐπίσκοπον ἢ χωρεπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἤ τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων, ἢ προβάλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον ἢ ἔκδικον ἢ παραμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος, δι' αἰσχροκέρδειαν οἰ-* B *κείαν. Ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς, κινδυνευέτω εἰς τὸν ἴδιον βαθμὸν, καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς, ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, ἐκ τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφοριζέσθω.*

Περὶ τοῦ ἐκτὸς δόσεων τὰς καταταγὰς τῶν ἱερατικῶν μοναχῶν τε καὶ μοναστριῶν γίνεσθαι.

ιθ'. Τοσοῦτον κατενεμήθη τῆς φιλαργυρίας τὸ μῦσος εἰς τοὺς ἡγήτορας τῶν Ἐκκλησιῶν, ὥστε καί τινας τῶν λεγομένων εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυ- C ναικῶν, ἐπιλαθομένους τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου ἐξαπατηθῆναι, καὶ διὰ χρυσίου τὰς εἰσδοχὰς τῶν προσερχομένων τῷ τε ἱερατικῷ τάγματι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ποιεῖσθαι· καὶ γίνεται ὧν ἡ ἀρχὴ ἀδόκιμος καὶ τὸ πᾶν ἀπόβλητον, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος. Οὐδὲ γὰρ Θεῷ διὰ μαμωνᾶ δουλεύειν ἔξεστιν. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ τοῦτο ποιῶν, εἰ μὲν ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος ἤ τις τοῦ ἱερατικοῦ τυγχάνει, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω· κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου. Εἰ δὲ ἡγούμενος, ἐκδιωχθήτω ἐκ τοῦ μοναστηρίου, καὶ παραδοθήτω ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ πρὸς ὑποταγήν. Ὡσαύτως καὶ ἡγούμενος μὴ ἔχων χειροτονίαν πρεσβυτέρου, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ γονέων διδομένων δίκην προικῴων τοῖς τέκνοις, ἢ ἰδιοκτήτων αὐτῶν πραγμάτων προσαγομέ- D νων, ὁμολογούντων τῶν προσαγόντων ταῦτα εἶναι ἀφιερωμένα τῷ Θεῷ, ὁρίζομεν κἄν τε μεῖναι, κἄν τε ἐξέλθοι, μένειν αὐτὰ ἐν τῷ μοναστηρίῳ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτοῦ· εἰ μὴ ᾖ ἡ αἰτία τοῦ προεστῶτος, τοῦ ἐξελθεῖν αὐτὸν δηλονότι.

Βασιλείου ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολῆς ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασιν.

Τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον περὶ οὗ γράφω, διὰ τὶ μὲν ὅλως ὑπωπτεύθη καὶ ἐλαλήθη, ὀδύνης ἐπλήρωσέ μου τὴν ψυχὴν, τέως δὲ ἐφάνη μοι ἄπιστον. Τὸ οὖν περὶ αὐτοῦ γράμμα, ὁ μὲν συνεγνωκὼς ἑαυτῷ δεξάσθω ὡς ἴαμα, ὁ δὲ μὴ συνεγνωκὼς ὡς προφυ-

λαστήριον, ὁ δὲ ἀδιάφορος ὅπερ ἀπεύχομαι ἐφ' ὑμῖν εὑρεθῆναι ὡς διὰ μαρτυρίαν. Τί δέ ἐστιν ὃ λέγω; φασί τινές τινας ὑμῶν παρὰ τῶν χειροτονουμένων λαμβάνειν χρήματα, ἐπισκιάζειν δὲ ὀνόματι εὐσεβείας. Τοῦτο δὲ χεῖρόν ἐστιν. Ἐὰν γάρ τις τὸ κακὸν ἐν προσχήματι τοῦ ἀγαθοῦ ποιῇ, διπλασίονος τιμωρίας ἐστὶν ἄξιος· διότι αὐτό τε τὸ οὐκ ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ κέχρηται εἰς τὸ τελέσαι τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἂν εἴποι τις, τῷ καλῷ συνεργῷ. Ταῦτα εἰ οὕτως ἔχει, τοῦ λοιποῦ μὴ γινέσθω, ἀλλὰ διορθωθήτω· ἐπεὶ ἀνάγκη λέγειν πρὸς τὸν δεχόμενον τὸ ἀργύριον, ὅπερ ἐῤῥέθη παρὰ τῶν ἀποστόλων πρὸς τὸν θέλοντα δοῦναι, ἵνα Πνεύματος ἁγίου μετουσίαν ὠνήσηται· *Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν.* Κουφότερος γὰρ ὁ δι' ἀπειρίαν ὠνήσασθαι θέλων, ἢ ὁ πιπράσκων τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεάν· πρᾶσις γὰρ ἐγένετο· καὶ ὃ σὺ δωρεὰν ἔλαβες ἐὰν πωλῇς, ὡσανεὶ πεπραμένος τῷ Σατανᾷ, ἀφαιρεθήσῃ τοῦ χαρίσματος· καπηλείαν γὰρ ἐπεισάγεις τοῖς πνευματικοῖς καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔνθα πεπιστεύμεθα σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ταῦτα οὕτως γίνεσθαι οὐ χρή. Ὃ δέ ἐστι τὸ τέχνασμα λέγω· νομίζουσι μὴ ἁμαρτάνειν· τῷ μὴ ἅμα προσλαμβάνειν, ἀλλὰ μετὰ τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν· λαβεῖν δέ ἐστιν ὁτεδήποτε τὸ λαβεῖν. Παρακαλῶ οὖν ταύτην τὴν πρόσοδον, μᾶλλον δὲ τὴν προσαγωγὴν τὴν ἐπὶ γέενναν ἀποθέσθαι· καὶ μὴ τὰς χεῖρας μολύναντες τοιούτοις λήμμασιν, ἑαυτοὺς ἀναξίους ποιήσητε τοῦ ἐπιτελεῖν ἅγια μυστήρια. Σύγγνωτε δέ μοι· πρῶτον μὲν ὡς ἀπιστήσας, εἶτα δὲ ὡς πεισθεὶς ἀπειλῶ, εἴ τις μετὰ ταύτην μου τὴν ἐπιστολὴν πράξειέ τι τοιοῦτον, τῶν μὲν ἐνταῦθα θυσιαστηρίων ἀναχωρήσει, ζητήσει δὲ ἔνθα τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν ἀγοράζων, μεταπωλεῖν δύναται. Ἡμεῖς γὰρ καὶ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν. Ἓν δὲ προσθεὶς παύσομαι· διὰ φιλαργυρίαν γίνεται ταῦτα· ἡ δὲ φιλαργυρία καὶ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστι, καὶ ὀνομάζεται εἰδωλολατρία. Μὴ οὖν τοῦ Χριστοῦ προτιμήσητε τὰ εἴδωλα, διὰ μικρὸν ἀργύριον· μηδὲ πάλιν τὸν Ἰούδαν μιμήσησθε, λήμματι προδιδόντες δεύτερον, τὸν ἅπαξ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντα· ἐπεὶ καὶ τὰ χωρία καὶ αἱ χεῖρες τῶν τοὺς καρποὺς τούτους δεχομένων, Ἀκελδαμὰ κληθήσονται.

Γενναδίου καὶ τῆς σὺν αὐτῷ συνόδου, ἐκ τῆς ἐγκυκλίου πρὸς τοὺς ὁσιωτάτους μητροπολίτας ἐπιστολῆς, ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασιν.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ τῷδε Γεννάδιος, καὶ ἡ ἐνδημοῦσα τῇ φιλοχρίστῳ καὶ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ ἁγία σύνοδος.

Ὁ Δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς, ἐγχειρίσας τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, διδασκάλους τούτους τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνθρώποις ἐξαποστείλας, παρεκελεύσατο διαῤῥήδην ἣν εἰλήφασι παρ' αὐτοῦ δωρεὰν, ταύτης καὶ αὐτοὺς τοῖς ἀνθρώποις μεταδιδόναι δωρεὰν, μὴ κτωμένους ὑπὲρ αὐτῆς ἢ χαλκὸν ἢ ἄργυρον, ἢ χρυσὸν, ἤ τινα περιουσίαν ἄλλην ὅλως ὑλικὴν ἢ γεώδη. Μὴ

[66-66] Act. VIII, 20.

non conscius, ut præmunitionem; indifferens vero, quod quidem deprecor ne in vobis reperiatur, ut per obtestationem. Quid autem est, quod dico? Dicuntur nonnulli ex vobis ab iis qui ordinantur, pecunias accipere, idque pietatis nomine inumbrare. Hoc autem pejus est. Etenim si quis malum sub specie boni perficit, pœna duplici dignus est: quandoquidem et quod non bonum est, facit, et utitur ad peccatum committendum bono, ut ita dicam, adjutore. Hæc si ita se habent, deinceps non fiant, sed emendentur: siquidem necesse est dicere argentum accipienti, quod ab apostolis dictum est ei, qui dare volebat, ut Spiritus sancti participationem emeret: *Pecunia tua tecum sit in perditionem* [66-66]. Nam levius delinquit qui præ inscitia emere vult, quam qui Dei donum vendit. Venditio enim facta est; et quod tu gratis accepisti, id si vendideris, tanquam **71** Satanæ venditus gratia privabere. Nam cauponariam introducis in res spirituales, et in ipsam Ecclesiam, ubi corpus et sanguis Christi concredita nobis sunt. Hæc ita fieri non oportet. Quale autem sit artificium, dicam. Putant se ideo non peccare, quod non ante accipiant, sed post ordinationem accipiant. Accipere autem est quandocunque accipere. Rogo itaque, reditum illum, imo potius viam in gehennam ducentem relinquite, nec manus ejusmodi muneribus contaminantes, indignos vos efficiatis, qui mysteria sancta celebretis. Ignoscite autem mihi. Primum quidem tanquam non credens, deinde tanquam fidem adhibens, interminor. Si quis post hanc meam epistolam tale aliquid admiserit, ab his quidem quæ hic sunt altaribus secedet: quæret autem ubi Dei donum emens denuo divendere queat. Nos enim ac Dei Ecclesiæ consuetudinem talem non habemus. Cæterum uno addito desinam. Propter avaritiam ista fiunt. Avaritia autem et radix malorum omnium est, et vocatur idololatria. Nolite igitur Christo præferre simulacra ob modicum argentum; nec rursus Judam imitari, quæstus causa iterum tradentes eum, qui semel pro nobis crucifixus est. Alioquin et agri et manus eorum, qui hos fructus percipiunt, Aceldama vocabuntur.

Gennadii patriarchæ et synodi cum ipso epistola encyclica ad omnes sanctissimos metropolitas, quod non oporteat pretio manus imponere.

Religiosissimo et sanctissimo in sacris comministro N. Gennadius, et quæ in Christi amante regia civitate Constantinopoli nova Roma, coacta est sancta synodus

Cum Dominus et Deus Salvator noster Jesus Christus **72** suis discipulis Evangelii prædicationem credidisset, eosque per universum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset, aperte jussit, ut quod gratis accepissent, eis quoque gratis darent, non aurum, vel argentum, aut alias omnino materiales et terrenas facultates pro eis acquirentes. Cœlestibus enim et spiritualibus donis nulla est

cum terrenis et temporalibus mutuationis ratio. Hoc autem præceptum non solum illis, sed etiam nobis per illos dedit, quos in illorum gradum et locum substituere dignatus est : et oportet, sicut illi tunc, nos quoque nunc accurate et diligenter servare, nec in iis ratiocinari sophistica calliditate, nec aleam periculosam jacere : *Gratis*, inquit, *accepistis*, *gratis date*, *non possidentes æs*, *neque aurum*, *neque argentum in zonis vestris* [81]. Simplex est et aperta hujus mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil quod non sit facile et explicatum, nihil quod sophistica expositione egeat. A me, inquit, accepistis dignitatem sacerdotii. Si mihi pro ipso parum quid vel magnum solvistis, et hoc a me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite : si autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato apertius? Quid autem iis qui parent, utilius? Væ illis revera qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecunia dare in animum inducunt. In fel enim amaritudinis et vinculum iniquitatis ii, juxta sancti Petri sententiam [82], a sua malitia comprehensi sunt. Unde et sanctorum et beatorum Patrum sanctæ magnæ synodi œcumenicæ Chalcedone congregatæ huic legi Dominicæ **73** convenit canon, qui sic a nobis aperte iisdem verbis editus est.

γὰρ εἶναι τῶν ἐπουρανίων καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων ἀμοιβὴν τὰ γεηρὰ καὶ ἐπίκηρα. Ταύτην τὴν ἐντολὴν οὐ μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν δι' ἐκείνων ἐντέταλται, οὓς εἰς τὸν ἐκείνων βαθμόν τε καὶ τόπον ὑπεισαγαγεῖν κατηξίωσε. Καὶ δεῖ καθάπερ ἐκεῖνοι τότε, καὶ ἡμᾶς νῦν ἀκριβῶς φυλάττειν τε καὶ παρατηρεῖν, καὶ μὴ σοφίζεσθαι τὰ ἀσόφιστα, μηδὲ κύβον ἀναῤῥιπτεῖν ἐπικίνδυνον. *Δωρεὰν ἐλάβετε*, φησὶ, *δωρεὰν δότε· μὴ κτήσησθε χαλκὸν μήτε ἄργυρον, μήτε χρυσὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν·* ἁπλοῦς καὶ σαφὴς ὁ τῆς ἐντολῆς ταύτης λόγος ἐστὶν, οὐδὲν ποικίλον ἔχων οὐδὲ δυσέφικτον, οὐδὲ σοφιστικῆς δεόμενον ἐξηγήσεως. Παρ' ἐμοῦ, φησὶν, ἐδέξασθε τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα. Εἰ μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ μικρὸν ἢ μέγα τι κατεβάλεσθε, καὶ τοῦτο ὑμῖν πέπραται παρ' ἐμοῦ, πωλεῖτε καὶ ὑμεῖς ἑτέροις αὐτό. Εἰ δὲ δωρεὰν εἰλήφατε, δότε καὶ ὑμεῖς δωρεάν. Τί τῆς ἐντολῆς ταύτης σαφέστερον; τί δὲ τοῖς πειθαρχοῦσι λυσιτελέστερον; Οὐαὶ τῷ ὄντι τοῖς κτήσασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν, ἢ διδόναι ταύτην διὰ χρημάτων ὑπειληφόσιν! εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας οἱ τοιοῦτοι κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἁγίου Πέτρου ὑπάρχουσι, συλληφθέντες ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν φιλαργυρίας. Ὅθεν καὶ τῶν ὁσίων καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Χαλκηδόνι συναχθείσης, τῷ Δεσποτικῷ τούτῳ νόμῳ συνᾴδων ὁ περὶ τούτου κανὼν, ἡμῖν σαφῶς οὑτωσὶ λέξεσιν αὐταῖς ἐκπεφώνηται.

Si quis episcopus pecuniis, etc., *ut supra*, *pag.* 515.

Pulcherrima et valde pia sunt hujus canonis sanctorum Patrum præcepta, qui omnem invasionem satanicam diabolicumque conatum, qui in donum spirituale intenditur, repellit et rescindit. Nullo enim modo vult ordinationis promotionem pecuniis aut fieri, aut suscipi, nec ab eo qui illam exercet, nec ab eo qui ordinationis promotionem accipit : sed nec ante tempus ordinationis, nec post, dari pecunias concedit : omnium enim in hac quoque re esse sordes, munerumque corruptionem pronuntiat. Quoniam tamen iis ita aperte prohibitis, quidam sunt in Galatarum Ecclesia deprehensi propter turpe lucrum et avaritiam hæc salutaria et humana præcepta negligere et transgredi : ea quoque ipsa nobis renovare visum est cum hac sancta synodo, quæ in hac regnante nova Roma nunc agit : ut sine omni penitus inventione, et omni prætextu, callidoque commento, impiam hanc et odiosam, quæ nescio quomodo in sanctissimas Ecclesias subiit, consuetudinem omnino exscindamus; ut cum pura et absque ulla cauponatione eorum qui ordinantur, renuntiatio ab antistitibus facta fuerit, gratia Spiritus sancti superne veniat. Quibus nescio an per pecuniam promotionem facientibus, et manu non pure operante, ad eum qui promovetur accedit, secundum **74** vocem Evangelii, et non potius retrahitur gratia sancti Spiritus. Scias ergo, o vir religiosissime et omni ex parte sanctissime, quod quicunque hujus convictus fuerit episcopus, vel chorepiscopus, vel viator, vel presbyter, vel dia-

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι, κ. τ. λ.

Κάλλιστα καὶ λίαν εὐσεβῆ τοῦ κανόνος τῶν ἁγίων Πατέρων ὑπάρχει τὰ παραγγέλματα, πᾶσαν ἔφοδον σατανικὴν καὶ πᾶν ἐγχείρημα διαβολικὸν κατὰ τῆς πνευματικῆς φερόμενον δωρεᾶς, ἀπωθούμενά τε καὶ ἀνακόπτοντα. Οὐ βούλεται γὰρ οὐδαμῶς διὰ χρημάτων γίνεσθαι, τὴν προβολὴν τῆς χειροτονίας ἢ ὑποδέχεσθαι, οὔτε παρὰ τοῦ ταύτην ἐνεργοῦντος, οὔτε παρὰ τοῦ τῆς χειροτονίας τὴν προβολὴν ὑποδεχομένου· ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς χειροτονίας, οὐδὲ μετὰ τὸν καιρὸν τῆς χειροτονίας, οὔτε κατὰ τὸν καιρὸν αὐτὸν τῆς χειροτονίας ὑπὲρ τῆς χειροτονίας χρήματα δίδοσθαι συγχωρεῖ· καθόλου γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι τούτῳ δωροδοκίαν ἀπέφησεν ὅμως· ἐπειδὴ νῦν καίτοι προδήλως τούτων οὕτως κεκωλυμένων, ἐφωράθησάν τινες κατὰ τὴν Γαλατῶν ὀλιγωροῦντες καὶ παραβαίνοντες δι' αἰσχροκέρδειαν καὶ φιλαργυρίαν τὰ σωτήρια ταῦτα καὶ φιλάνθρωπα παραγγέλματα, εὖ ἔχειν ἔδοξε καὶ ἡμῖν, αὐτὰ ταῦτα πάλιν ἀνανεώσασθαι μετὰ τῆς ἐνδημούσης ἁγίας συνόδου ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ νέᾳ Ῥώμῃ Κωνσταντινουπόλει, ὥστε δίχα πάσης προφάσεως, καὶ παντὸς σοφισμοῦ, τὴν ἀσεβῆ καὶ βδελυρὰν ταύτην οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπεισελθοῦσαν ταῖς ἁγιωτάταις Ἐκκλησίαις παντελῶς ἐκτεμεῖν· ἵνα ἀληθῶς ἀκαπηλεύτου καὶ καθαρᾶς παρὰ τῶν ἀρχιερέων τῆς ἐπὶ τῶν χειροτονουμένων ἀναῤῥήσεως γινομένης, ἄνωθεν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις ἐπιφοιτᾷ. Ὃ νῦν γε οὐκ οἶδα, εἰ διὰ χρημάτων τὴν προβολὴν ποιουμένων, καὶ οὐ τῆς χειρὸς καθαρῶς ἐνεργούσης, ἐπιφοιτᾷ τῷ προχειριζομένῳ κατὰ τὴν

[81] Matth. XIX, 8, 9. [82] Act. VIII. 20.

φωνὴν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὐχὶ συστέλλεται μᾶλλον ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις. Ἴσθι τοίνυν τὰ πάντα, θεοσεβέστατε· πάντα τὸν ὁντινοῦν ἁλισκόμενον ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἐπίσκοπον, ἢ περιοδευτὴν, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ἄλλον τινὰ δήποτε τοῦ κανόνος ἢ λαϊκὸν, κοινῷ δόγματι τῶν ἀρχιερέων καταχεκρίσθαι καὶ κοινῇ ψήφῳ· καθὼς περὶ τούτου καὶ ὁ τῶν ἁγίων Πατέρων κανὼν φθάσας διαλαλεῖ. Δεῖ γὰρ εἶναι χάριν τὴν χάριν, καὶ μηδαμοῦ παρ' αὐτῇ μεσιτεύειν ἀργύριον. Ἔστω τοίνυν καὶ ἔστιν ἀποκήρυκτος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀξίας τε καὶ λειτουργίας ἀλλότριος, καὶ τῇ κατάρᾳ τοῦ ἀναθέματος ὑποκείμενος, ὅ τε κτᾶσθαι ταύτην διὰ χρημάτων οἰόμενος, καὶ ὁ ταύτην παρέχειν ἐπὶ χρήμασιν ὑπισχνούμενος, εἴτε κληρικὸς εἴτε λαϊκὸς εἴη, κἂν ἐλέγχοιτο, κἂν μὴ ἐλέγχοιτο τοῦτο ποιεῖν. Οὐ γὰρ οἷόν τε συμβιβασθῆναί ποτε τὰ ἀσύμβατα, οὐδὲ Θεῷ συμφωνῆσαι τὸν μαμωνᾶν, ἢ τοὺς τούτῳ δουλεύοντας δουλεῦσαι Θεῷ. Δεσποτικὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἀπόφασις ἀναμφίλεκτος· *Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ*. Τούτοις ἐπιθαρροῦντες ἡμεῖς κατὰ δύναμιν, καὶ τούτοις ὑπείκοντες μετὰ τοῦ ταῦτα φήσαντος κατὰ τῶν ταῦτα παρανομούντων, τὴν ἀπόφασιν πεποιήμεθα. Φροντισάτω δὲ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης ταῦτα διὰ πάσης παραφυλακῆς ποιουμένη, δῆλα καταστῆσαι δι' ἀντιγράφων, καὶ τοῖς ὑπὸ σὲ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ περιοδευταῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἵνα ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ μιᾷ ψυχῇ πάντες ὁμοῦ Χριστιανοὶ συμφραξάμενοι κατὰ τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς, ἰσχύσωμεν σὺν Θεῷ τὴν ὑπ' ἐκείνου φυτευθεῖσαν ἐν ἡμῖν τῆς φιλαργυρίας ῥίζαν, ἅμα πᾶσιν αὐτῆς τῶν κακῶν τοῖς βλαστήμασιν ἐκτεμεῖν. Πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα προσαγορεύομεν. Ἐῤῥωμένος ἐν Κυρίῳ ὑπερεύχου ἡμῶν, θεοφιλέστατε ἀδελφέ.

A conus, vel quivis alius ex canone vel ex laicis, communi antistitum decreto, communique sententia condemnatus est, sicut de hoc quoque sanctorum Patrum præcedens canon loquitur. Oportet enim gratiam semper esse gratiam, et argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo et ab omni sacerdotali dignitate et ministerio alienus, et anathematis loco subjectus, qui et se per pecunias acquirere existimat, et qui eam pecuniis habere pollicetur, sive sit clericus, sive laicus, sive hoc facere convincatur, sive non: quia fieri non potest, ut conveniant quæ convenire nequeunt, nec ut mammona Deo consentiat; vel ut qui ei serviunt, Deo serviant. Domini est sententia, cui contradici non potest: *Non potestis Deo servire et mammonæ* [83].
B Nos in his pro viribus confidentes, et eis credentes, cum eo qui hæc dixit, adversus eos qui in iis peccant, sententiam protulimus. Tua sanctitas curam gerat, omni adhibita diligentia, ut hæc per transcripta exemplaria innotescant et sanctissimis episcopis qui tibi subsunt, et περιοδευταῖς, et aliis omnibus: ut in uno spiritu et una anima omnes simul constipati Christiani adversus communem inimicum, Dei auxilio, possimus avaritiæ radicem, quæ ab illo in nobis insita est, cum omnibus eorum malorum germinibus exscindere. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem salutamus. Fortis exsistens in Christo, ora pro nobis, sanctissime frater.

Γεννάδιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης ὑπέγραψα.

Ἀναστάσιος ἐπίσκοπος μητροπολίτης Ἀγκύρας ὑπ.

Εὐνόμιος μητροπολίτης Νικομηδείας ὑπ.

Πέτρος μητροπολίτης Νικαίας ὑπ.

Περγάμιος μητροπολίτης Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας ὑπ.

Παῦλος μητροπολίτης Μαρκιανουπόλεως ὑπ.

Νουνέχιος μητροπολίτης Λαοδικείας ὑπ.

Πέτρος μητροπολίτης Γαγγρῶν ὑπ.

Καρτέριος μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως ὑπ.

Ἀγαπητὸς μητροπολίτης Ῥόδου ὑπ.

Ἐλευθέριος μητροπολίτης Χαλκηδόνος ὑπ.

Στέφανος μητροπολίτης Ἱεραπόλεως τῆς Εὐφρατησίας ὑπ.

Γρηγόριος μητροπολίτης Ἀδριανουπόλεως ὑπ.

Λουκιανὸς μητροπολίτης Βύζης ὑπ.

76 Gennadius episcopus Constantinopoleos novæ
C Romæ subscripsi.

Joannes episcopus metropoleos Heracleæ subscripsi.

Anastasius episcopus metropoleos Ancyræ subscripsi.

Eunomius episcopus metropoleos Nicomediæ subscripsi.

Petrus episcopus metropoleos Nicææ subscripsi.

Pergamius episcopus metropoleos Antiochiæ Pisidiæ subscripsi.

Paulus episcopus metropoleos Marcianopolis subscripsi.

Nunechius episcopus metropoleos Laodiceæ subscripsi.

D Petrus episcopus metropoleos Gangrorum subscripsi.

Carterius episcopus metropoleos Claudiopolitanorum subscripsi.

Agapetus episcopus metropoleos Rhodi subscripsi.

Eleutherius episcopus metropoleos Chalcedonis subscripsi.

Stephanus episcopus metropoleos Hierapolis Euphratesiæ subscripsi.

Gregorius episcopus metropoleos Adrianopolis subscripsi.

Lucianus episcopus metropoleos Byzæ subscripsi.

[83] Matth. vi, 24.

A Eunoius episcopus metropoleos Mytilenes subscripsi.
Thalassius episcopus metropoleos Parii subscripsi.
Maximus episcopus metropoleos Laodiceæ Syriæ subscripsi.
Gerontius episcopus metropoleos Seleuciæ subscripsi.
Eustathius episcopus Parnassi subscripsi.
Netiras episcopus Gazæ subscripsi.
Theodosius episcopus Canothæ subscripsi.
Anatolius episcopus Atheniensis subscripsi.
Stephanus episcopus Prusenus subscripsi.
Cyriacus episcopus Apolloniadis subscripsi.
Acacius episcopus Antandri subscripsi.
B Plutarchus episcopus Platæensis subscripsi.
Cyriacus episcopus Carphiensis [in Leunclavio est *Attalus*] subscripsi.
Aphobius episcopus Coroniæ subscripsi.
77 Macedon episcopus Magidi subscripsi.
Rufinus episcopus Ægææ subscripsi.
Palladius episcopus Andri subscripsi.
Photinus episcopus Otri subscripsi.
Eutropius episcopus Aureliopoleos subscripsi.
Joannes episcopus Celisinæ subscripsi.
Photinus episcopus Thermarum subscripsi.
Hypatius episcopus Germanorum subscripsi.
Sabbatius episcopus subscripsi.
Eudoxius episcopus Bospori subscripsi.
Basilius episcopus Naucleorum subscripsi.
C Pœmen episcopus Clysmatis subscripsi.
Apollo episcopus Pithaniæ subscripsi.
Esaias episcopus Naucratitarum subscripsi.
Isaac episcopus Thyneos subscripsi.
Helpidius episcopus Tamiantheos subscripsi.
Marion episcopus Cynorum subscripsi.
Theotecnus episcopus Asenæ subscripsi.
[Leuncl. *Lunianus*.] Atticus episcopus Malenorum subscripsi.
Theotimus episcopus Acmonæ subscripsi.
Chariton episcopus Appiæ subscripsi.
Serenus episcopus metropoleos Maximianopoleos subscripsi.
Maximus episcopus Zagylensis subscripsi.
D Athanasius episcopus Zoitorum subscripsi.
Plusammon episcopus Niciotarum subscripsi.
Papas episcopus Eleitarum subscripsi.
78 Theonas episcopus Butitorum subscripsi.
Apollo episcopus Antiphrorum subscripsi.
Agathus episcopus Periœcidensis subscripsi.
Petrus episcopus Ephæsti subscripsi.
Apollonius episcopus Athribeos subscripsi.
Petrus episcopus Thystheos subscripsi.
Harpocras episcopus Taneos subscripsi.
Paulus episcopus Sebennyti subscripsi.
Aristoteles episcopus Echinei subscripsi.

Εὐνόϊος μητροπολίτης Μιτυλήνης ὑπ.
Θαλάσσιος μητροπολίτης Παρίου ὑπ.
Μάξιμος μητροπολίτης Λαοδικείας Συρίας ὑπ.
Γερόντιος μητροπολίτης Σελευκείας ὑπ.
Εὐστάθιος ἐπίσκοπος Παρνασοῦ ὑπ.
Νετίρας ἐπίσκοπος Γάζης ὑπ.
Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Κανώθας ὑπ.
Ἀνατόλιος ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν ὑπ.
Στέφανος ἐπίσκοπος Προυσαέων ὑπ.
Κυριακὸς ἐπίσκοπος Ἀπολλωνιατῶν ὑπ.
Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Ἀντανδρῶν ὑπ.
Πλούταρχος ἐπίσκοπος Πλαταιῶν ὑπ.
Κυριακὸς ἐπίσκοπος Καρφίων ὑπ.
Ἀφόβιος ἐπίσκοπος Κορωνείας ὑπ.
Μακεδὼν ἐπίσκοπος Μαγύδων ὑπ.
Ῥουφῖνος ἐπίσκοπος Αἰγαίων ὑπ.
Παλλάδιος ἐπίσκοπος Ἄνδρου ὑπ.
Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Ὄτρου ὑπ.
Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος Αὐρηλιουπόλεως ὑπ.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος Κελιτζίνης ὑπ.
Φωτεινὸς ἐπίσκοπος τῶν Θέρμων ὑπ.
Ὑπάτιος ἐπίσκοπος Γερμηνῶν ὑπ.
Σαμβάτιος ἐπίσκοπος (20-38) ὑπ.
Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Βοσπόρου ὑπ.
Βασίλειος ἐπίσκοπος Ναυκλαίων ὑπ.
Ποιμὴν ἐπίσκοπος Κλύσματος ὑπ.
Ἀπόλλων ἐπίσκοπος Πιθανίας ὑπ.
Ἡσαΐας ἐπίσκοπος Ναυκρατιτῶν ὑπ.
Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος Θυνέως ὑπ.
Ἐλπίδιος ἐπίσκοπος Ταμιάνθεως ὑπ.
Μαρίων ἐπίσκοπος Κυνέων ὑπ.
Θεότεκνος ἐπίσκοπος Ἀσηνῆς ὑπ.
Ἄτταλος ἐπίσκοπος Μαληνῶν ὑπ.
Θεότιμος ἐπίσκοπος Ἀκμονίας ὑπ.
Χαρίτων ἐπίσκοπος Ἀππίας ὑπ.
Σερῖνος ἐπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Μαξιμιανουπόλεως ὑπ.
Μάξιμος ἐπίσκοπος Ζαγύλεως ὑπ.
Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος τῆς Ζουτῶν ὑπ.
Πλουσάμμων ἐπίσκοπος τῆς Νικιωτῶν ὑπ.
Πάπας ἐπίσκοπος τῆς Ἐλεϊτῶν ὑπ.
Θεωνᾶς ἐπίσκοπος Βουτιτῶν ὑπ.
Ἀπόλλων ἐπίσκοπος Ἀντιφρῶν ὑπ.
Ἀγαθὸς ἐπίσκοπος Περιοικίδος ὑπ.
Πέτρος ἐπίσκοπος Ἡφαίστου ὑπ.
Ἀπολλώνιος ἐπίσκοπος Ἀθρίβεως ὑπ.
Πέτρος ἐπίσκοπος Θυσθέως ὑπ.
Ἁρποκρᾶς ἐπίσκοπος Τάνεως ὑπ.
Παῦλος ἐπίσκοπος Σεβεννύτου ὑπ.
Ἀριστοτέλης ἐπίσκοπος Ἐχινεατῶν ὑπ.

NOTÆ.

(20-38) Sic etiam in Conc. ed. Ven. Zattæ t. VII, p. 918, huic Sambatio seu Sabbatio non ascribitur propriæ diœceseos nomen.

Φωτεινὸς ἐπίσκοπος Βαβυλῶνος ὑπ.
Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος νέας Μαρκιανῆς ὑπ.

Ἰωάννης ἐπίσκοπος Νικοπόλεως Ἀρμενίας ὑπ.
Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Κώου ὑπ.

Σαββάτιος ἐπίσκοπος Ἀγχιάλεως ὑπ.
Στρατοκλῆς ἐπίσκοπος Προκοννήσου ὑπ.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος Τρανουπόλεως ὑπ.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Λιβύης ὑπ.
Θεόδουλος ἐπίσκοπος Τραϊανουπόλεως ὑπ.

Μαρῖνος ἐπίσκοπος Ἐπιφανείας ὑπ.
Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας ὑπ.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος Γερμανικείας ὑπ.
Ἴνδιμος ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως ὑπ.
Τιμόθεος ἐπίσκοπος Δολιχῆς ὑπ.

Ποντιανὸς ἐπίσκοπος Ἀγαλασσοῦ ὑπ.

Δοκιμάσιος ἐπίσκοπος Μαρωνείας ὑπ.
Νοβῖνος ἐπίσκοπος Δεβελτοῦ ὑπ.

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρῷ Ἀδριανῷ πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ταράσιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, εὐαγγελικῶς, ἀποστολικῶς, καὶ πατριακῶς διδασκόμεθα, ἀφιλάργυρον τὸν τρόπον ἔχειν ἐν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστείᾳ, καὶ μὴ χρυσίζεσθαι ἢ ἀργυρίζεσθαι ἤ τι σφετερίζεσθαι ἐπὶ χειροτονίᾳ παντὸς ἱερατικοῦ ἀνδρὸς, ὡς ὑποδείξομεν ἐν ταῖς καθυποτεταγμέναις χρήσεσιν, ἀπό τε γραφικῶν θεηγοριῶν, καὶ πατρικῶν διδασκαλιῶν. Οἱ γὰρ ἐπιτιθέντες χεῖρας, ὑπηρέται τοῦ Πνεύματός εἰσιν, οὐχὶ πρᾶται τοῦ Πνεύματος. Δωρεὰν γὰρ λαμβάνοντες τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, δωρεὰν δίδοσθαι τοῖς παρ' αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν ἀπεφήναντο, ἐκ τῆς Κυριακῆς φωνῆς ταύτην τὴν ἐλευθεριότητα εἰληφότες. Εἰ δέ τις ἐλεγχθείη χρυσίῳ ταύτην ὠνησάμενος, ἀποκήρυκτον διαγορεύουσι τὸν τοιοῦτον τῆς ἱερατικῆς τάξεως· καὶ εἰ καὶ ὀνόματι τὴν ἱερωσύνην κεκλήρωται, ἀλλ' οὖν διαψεύδεται ὁ λόγος ἐπὶ τῷ πράγματι. *Οὐδεὶς γὰρ Θεῷ δουλεύειν δύναται καὶ μαμωνᾷ*, ὡς εὐαγγελικῶς ἐμάθομεν. Καὶ ἐπειδὴ ἠκούσαμεν προφητικῶς τοῦ Θεοῦ βοῶντος· *Ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ·* αὖθίς τε ἐπαπειλοῦντος καὶ λέγοντος, *Ὁ σκοπὸς ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ μὴ σημάνῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ ὁ λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ἐξ αὐτῶν ψυχὴν, τὸ αἷμα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω·* φόβῳ τοῦ τῆς σιωπῆς κατακρίματος, ἀναγγέλλομεν τοῖς προέδροις πᾶσι τῶν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησιῶν, ἵνα μετὰ παῤῥησίας κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον εἴπωμεν· Καθαροί ἐσμεν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν

A Photius episcopus Babylonis subscripsi.

Augustinus episcopus novæ Marcianæ subscripsi.

Joannes episcopus Nicopoleos Armeniæ subscripsi. [Forte *Scarphiensis* et Græce Σκαρφίων. Hard.]

Julianus episcopus Coensis subscripsi.

Sabbatius episcopus Anchiali subscripsi.

Stratocles episcopus Proconnesi subscripsi.

Joannes episcopus [Leun. *Trajanapoleos*] Tranipoleos subscripsi.

Maximus episcopus Libyæ subscripsi.

Theodosius episcopus [Leun. *Theodolus Tranopoleos*] Trajanopoleos subscripsi.

Marinus episcopus Epiphaniæ subscripsi.

Basilius episcopus Alexandriæ subscripsi.

B Joannes episcopus Germaniciæ subscripsi.

Indimus episcopus Irenopoleos subscripsi.

Timotheus episcopus [Leun. *Dolischiæ*] Doliche subscripsi.

[Photinus *Agalassi.*] Fonteianus episcopus Sagalassi subscripsi.

Docimasius episcopus Maroniæ subscripsi.

78 Jovinus episcopus Debelti subscripsi.

Per omnia sanctissimo et beatissimo fratri et comministro Adriano papæ senioris Romæ Tarasius indignus episcopus Constantinopoleos, novæ Romæ in Domino salutem.

Multifarie multisque modis, evangelice simul et C apostolice atque paterne docemur, sine avaritia habere mores in sacerdotii sanctificatione, et non aurum, non argentum, aut aliquid aliud usurpare super manus impositione omnis sacrati viri, quemadmodum ostendemus in ordinatis inferius testimoniis, tam ex Scripturæ divinæ assertionibus, quam ex paternis magisteriis assumptis. Qui enim manus imponunt, ministri sunt Spiritus, non venditores Spiritus; gratis quippe accipientes gratiam Spiritus, gratis his qui a se percipiunt, dare præcipiuntur, ex Dominica voce hanc libertatem [*Gr.* liberalitatem] adepti. Si quis autem convictus fuerit pecunia hanc obtinuisse, abjectum fore ab ordine sancto promulgant hujusmodi : et licet nomine sacerdotium sortiatur, sed fallitur sermo in causa D [in re]. *Nemo enim servire potest Deo et mammonæ*, sicut ex Evangelio didicimus [84]. Quia vero prophetice audivimus Deo clamante : *Sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem* [85]; rursusque comminante atque dicente: *Speculator si viderit gladium venientem, et non insonuerit tuba, et populus se non custodierit; et veniens gladius acceperit ex eis animam, sanguinem de manu speculatoris requiram* [86]; timorem ex silentio damnationis denuntiamus præsulibus omnibus Ecclesiarum quæ apud nos sunt, ut cum fiducia secundum divinum Apostolum [87] dicamus : Mundi sumus **79** a sanguine prævaricantium canonicas dispositiones, et multo

[84] Matth. vi, 24. [85] Isa. xl, 2. [86] Ezech. xxxiii, 6. [87] Act. xx, 26, 27.

magis eorum qui per pecunias manus imposuerunt vel imponunt [*Gr.* vel manus impositionem acceperunt]; Petro divino apostolo, cujus cathedram sortita est fraterna sanctitas vestra, hos tanquam Simonem Magum deponente. Hujus rei gratia non subterfugimus, quo minus annuntiemus veritatem, custodientes et tenentes quæ a sanctis et laudatissimis apostolis et memorabilibus Patribus nostris canonice sunt prolata: et hos qui quid horum contempserint, abominamur. Igitur fraterna et summo sacerdotio decorata sanctitas vestra, jure ac secundum Dei voluntatem pontificalem ordinans pietatem [*Gr.* sacrum hierarchicum gubernans ordinem], opinatissimam habet gloriam. Dixit enim per prophetam primus et magnus summus sacerdos Christus Deus noster: *Vivo ego, sed glorificantes me glorificabo* [88]. Nosti enim, vir desideriorum Spiritus, quia tolerabilior est Macedonii et eorum qui circa ipsum sunt, Spiritus impugnatorum impia hæresis. Illis enim creaturam et servum Dei ac Patris Spiritum delire fatentibus, isti sui ipsius eum, ut autumant, servum efficiunt. Omnis enim dominus quod habuerit, si voluerit, venumdat, sive servum, sive aliud quid eorum quæ possidet. Similiter et qui emit, dominus volens esse ejus quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit. Ita et qui hanc, iniquam, actionem operantur, detrahunt Spiritui sancto, æqualiter peccantes his qui blasphemant, dicentes in Beelzebub ejicere dæmonia Christum [89]. Atque ut verius dicamus, Judæ comparantur traditori, qui Dei occisoribus Judæis pretio argenti Christum venumdedit. Cum ergo sanctus Spiritus consubstantialis sit Christo Deo nostro, ejusdem omnino et ipsi portionis erunt, **80** ut ostensum est. Si vero non venditur (perspicuum enim est, quod nullo modo), non est procul dubio in eis gratia Spiritus sancti id est, sacerdotii sanctitas. Nam quod non acceperunt, non habent. Memores ergo sint sancti Petri, ad eum qui hoc studebat ita dicentibus: *Non est tibi pars, neque sors in sermone hoc* [90]. Si enim venumdatur sacerdotii dignitas, ergo superflua est apud ipsos vitæ probabilis actio, et in castitate aliisque virtutibus conversatio. Superfluus est secundum ipsos etiam Paulus divinus apostolus dicens, *oportere episcopum irreprehensibilem esse, prudentem, ornatum, doctorem, continentem, sobrium, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere* [91]. Proferentur [evanescunt] igitur hæc omnia de venditore ac emptore beneficii [sacerdotii]. Porro subjecta sanctorum testimonia alienum omnino a sacerdotio pronuntiant eum qui dederit aliquando vel acceperit in aliquo tempore, sive scilicet ante manus impositionem, sive in manus impositione, sive post manus impositionem. Accipere est enim accipere quandocunque. Sed et omnes promotiones ecclesiasticas auferunt in datione pecuniarum.

A παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, καὶ πάνυ γε μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονησάντων ἢ χειροτονηθέντων, Πέτρου τοῦ θείου ἀποστόλου, οὗ καὶ τὴν καθέδραν ἐκληρώσατο ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν ἁγιότης, ὡς Σίμωνα τὸν Μάγον τούτου καθελόντος. Τούτου ἕνεκεν οὐχ ὑποστελλόμεθα τοῦ ἀναγγέλλειν τὴν ἀλήθειαν, φυλάττοντες καὶ κρατοῦντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἀοιδίμων Πατέρων ἡμῶν κανονικῶς ἐκδοθέντα. Καὶ εἴ τι τούτων παρεβάθη ὑπό τινων, βδελυττόμεθα. Ἡ οὖν ἀδελφικὴ ὑμῶν ἀρχιεροπρεπὴς ἁγιωσύνη, ἐνθέσμως καὶ κατὰ Θεοῦ βούλησιν, πρυτανεύουσα τὴν ἱεραρχικὴν ἁγιστείαν, διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν. Εἴρηκε γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς Χριστὸς ὁ Θεὸς, καὶ νῦν φησι, *Ζῶ ἐγὼ, ἀλλ' ἢ τοὺς* B *δοξάζοντάς με δοξάσω*. Οἶδας γὰρ, ἄνερ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ Πνεύματος, ὅτι φορητοτέρα μᾶλλόν ἐστι Μακεδονίου καὶ τῶν ἀμφὶ αὐτὸν πνευματομάχων ἡ δυσσεβὴς αἵρεσις· ἐκείνων γὰρ κτίσμα, καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὸ ἅγιον Πνεῦμα ληρῳδούντων, οὗτοι ἑαυτῶν ὡς δοκοῦσι δοῦλον αὐτὸ ποιοῦσι· πᾶς γὰρ δεσπότης, ὅ τι ἂν ἔχοι εἰ βούλοιτο πιπράσκει, εἴτε οἰκέτην εἴτε ἕτερον ὃ κέκτηται· ὡσαύτως καὶ ὁ ἀγοράζων, δεσπότης βουλόμενος εἶναι τοῦ ἠγορασμένου, διὰ τιμῆς ἀργυρίου τοῦτο κτᾶται. Οὕτως οἱ ταύτην τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν ἐργαζόμενοι καταβιβάζουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσα ἁμαρτάνοντες τοῖς βλασφημοῦσιν ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια τὸν Χριστόν· ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, παρεοίκασιν C Ἰούδᾳ τῷ προδότῃ, ὃς τοῖς θεοκτόνοις Ἰουδαίοις τιμῆς ἀργυρίου τὸν Χριστὸν ἀπεμπολήσατο. Ὡς οὖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὁμοούσιόν ἐστι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῆς αὐτῆς παντί που δῆλον ἔσονται μερίδος, ὡς ἀποδέδεικται. Εἰ δὲ οὐ πιπράσκεται (πρόδηλον γὰρ οὐδαμῶς), ἀναμφιλέκτως οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἤτοι ἡ τῆς ἁγιστείας ἱερωσύνη, καὶ ὃ οὐκ ἔλαβον οὐδὲ ἔχουσι· μνησθῶσι τοῦ ἁγίου Πέτρου πρὸς τὸν τοῦτο ἐπιτηδεύσαντα οὕτω λέγοντος· *Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ*. Εἰ γὰρ ἀπεμπολεῖται ἡ τῆς ἱερωσύνης ἀξία, ἄρα περιττὴ παρ' αὐτοῖς ἡ κατὰ τὸν βίον σεμνὴ πολιτεία, καὶ ἡ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἀρετῇ ἀναστροφή· περιττὸς κατ' αὐτοὺς καὶ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διδάσκων· *Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον* D *εἶναι, σώφρονα, κόσμιον, διδακτικὸν, ἐγκρατῆ, νηφαλέον, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν*. Οἴχεται τοίνυν ταῦτα πάντα ἐκ τοῦ πράτου καὶ ἀγοραστοῦ τῆς ἱερωσύνης. Αἱ οὖν ὑποκείμεναι ἁγιόλεκτοι χρήσεις, ἀλλότριον πάντη τῆς ἱερωσύνης ἀποφαίνονται τόν ποτε δόντα ἢ λαβόντα ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ. Ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς προβολὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀφαιροῦσιν ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων δόσει.

[88] Reg. II, 30. [89] Luc. II, 13. [90] Act VIII, 21. [91] I Tim. III, 2; Tit. I.

Κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, κθ'. A

κθ'. Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων, κ. τ. λ.

Ἐκ τῶν Πράξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Ἰδὼν δὲ ὁ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα λέγων, Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην· ἵνα ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον. Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου, εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. B

Ἐκ τῆς τρίτης τῶν Βασιλειῶν.

cundum canones dijudicato. Episcopi ejusdem synodi inter se [actionem] habentes, apud metropolitanum suum et alios ejusdem synodi episcopos litiganto : et nisi utraque pars [judicatis] **244** insistat, ipsorum patriarcha [causam] cognoscito : ac nulli contradicendi illis quæ ab illo statuuntur, potestas esto. Si clericus adversus episcopum suum actionem movere velit, idem esto. Cum autem contra metropolitanum interpellatio instituitur, patriarcha ipsius similiter cognoscito. Episcopus litigans neque fidejussiones dato, neque confessionem facito. Œconomi, ptochotrophi, nosocomi. et similes suo episcopo subsunto : et quod ipsos debere patuerit, exiguntor : neque ante exactionem ad aliud judicium recedendi potestatem habento. At si post exactionem injuria se affectos esse existimaverint, si quidem episcopus judicavit, metropolitanus [rem] examinato; si vero metropolitanus, patriarcha cognoscito. Quod si quis prædictorum ante rationum confectionem et exactionem mortuus fuerit, hæredes ejus obnoxii sunto.

A 'Επίσκοποι τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, παρὰ τῷ μητροπολίτῃ αὐτῶν, καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς συνόδου δικάζονται· καὶ εἰ μὴ μέρος ἑκάτερον ἐμμένοι, ὁ πατριάρχης αὐτῶν σκοπεῖ, οὐδενὸς τοῖς παρ' αὐτοῦ τυπουμένοις δυναμένου ἀντιλέγειν· τὸ αὐτό ἐστι κἂν κληρικὸς κατὰ τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ προσέλθοι· προσελεύσεως δὲ κατὰ μητροπολίτου γινομένης, ὁ πατριάρχης αὐτοῦ ὁμοίως σκοπεῖ· ἐπίσκοπος δικαζόμενος, οὔτε ἐγγύας δίδωσιν οὔτε ὁμολογίαν ποιεῖ· οἱ οἰκονόμοι καὶ πτωχοτρόφοι καὶ νοσοκόμοι καὶ οἱ τοιοῦτοι τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ὑπόκεινται· καὶ τὸ φαινόμενον ἐποφείλειν αὐτοὺς, ἀπαιτοῦνται, μὴ δυνάμενοι πρὸ τῆς ἀπαιτήσεως, εἰς ἄλλο δικαστήριον ἀναχωρεῖν, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἐὰν νομίσωσι βεβλάφθαι· εἰ μὲν ἐπίσκοπός B ἐστιν ὁ κρίνας, ὁ μητροπολίτης ἐξετάζει· εἰ δὲ μητροπολίτης ἔκρινεν, ὁ πατριάρχης σκοπεῖ· εἰ δὲ πρὸ τῆς τῶν λογισμῶν ποιήσεως καὶ τῆς ἀπαιτήσεως τελευτήσει τις τῶν εἰρημένων, οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ ὑπόκεινται.

Textus. Similiter lib. I, const. 41, quæ ait : Quod unoquoque anno œconomus rationem administrationis suæ reddat episcopo. Constit. vero 24, tit. 2, ejusdem libri dicit, quod œconomos urbis Constantinopolitanæ singulis, aut summum alternis mensibus apud arcarios rationes conficere oporteat, alioquive periclitentur.

'Ομοίως βιβλ. α' τίτ. α' διάτ. μα', ἥτις φησὶν, ὅτι, Κατ' ἐνιαυτὸν ὁ οἰκονόμος τὸν λόγον τῆς αὐτοῦ διοικήσεως παρατίθεται τῷ ἐπισκόπῳ· ἡ δὲ κβ' διάτ. τοῦ β' τίτ. τοῦ αὐτοῦ βιβλ. λέγει, ὅτι Δεῖ τοὺς οἰκονόμους Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ μῆνα ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο, λογοποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους, ἐπεὶ κινδυνεύουσιν ἐξ ἐπαρχίας.

Qui episcopus aut clericus ex provincia Constantinopoli ab adversariis invenitur, apud prætoriorum præfectos solummodo, aut eum qui ab imperatoria majestate [ad hoc] designatur, [se] tuebitur : extra quam si in provincia lis cœpta fuerit, tunc enim illic impletur. Religiosi ecclesiarum apocrisiarii pro episcopis aut clericis propter publicum privatumve debitum non conveniuntur aut exiguntur : nisi si ex mandatis episcoporum aut œconomorum aliquos [ipsi] conveniant. Tunc enim ab iisdem [et iis] solis actiones suscipiunt. [Sed] etsi dum [in judicio] respondent, se obnoxios reddiderint, [etiam] **245** inde exsistentes actiones excipiunt. Episcopi et clerici per causam legationis [aut ordinationis peregre agentes, non conveniuntur donec reversi fuerint : [ut tamen] qui ipsos obnoxios habent, ex absentia ipsorum circa longi temporis præscriptionem non lædantur.

'Εν Κωνσταντινουπόλει εὑρισκόμενος ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς τοῖς ἐνάγουσι, παρὰ μόνῳ τῷ ἐπάρχῳ τῶν C πραιτωρίων, ἢ τῷ παρὰ τῆς βασιλείας ἀφοριζομένῳ, ἀπολογεῖται· εἰ μὴ ἐπὶ χώρας ἤρχθη ἡ ὑπόθεσις, τότε γὰρ ἐκεῖ πληροῦται· οἱ τῶν 'Εκκλησιῶν εὐλαβεῖς ἀποκρισιάριοι, οὐκ ἐνάγονται ἢ ἀπαιτοῦνται ὑπὲρ τῶν ἐπισκόπων ἢ τῶν 'Εκκλησιῶν, χάριν δημοσίου ἢ ἰδιωτικοῦ χρέους, εἰ μὴ ἐξ ἐντολῶν τῶν ἐπισκόπων ἢ τῶν οἰκονόμων ἐνάγουσί τι· τότε γὰρ μόνων αὐτῶν τὰς ἐναγωγὰς ὑποδέχονται· εἰ δὲ καὶ ἐνόχους ἑαυτοὺς καταστήσουσιν ἐν τῷ ποιεῖν τὰς ἀποκρίσεις δέχονται τὰς περὶ τούτων ἐναγωγάς· οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ διὰ πρεσβείαν ἢ χειροτονίαν ἀποδημοῦντες, οὐκ ἐνάγονται μέχρις ἂν ὑποστρέψωσι, μὴ βλαπτομένων τῶν ἐχόντων αὐτοὺς ὑπευθύνους, ἐκ τῆς αὐτῶν ἀπολείψεως περὶ χρονίαν παραγραφήν.

Citationes atque exsecutiones clericis, monachis, ascetriis et ascetis, in pecuniariis [causis sive] publicis [sive] privatis reverenter inferuntor. Nulla monastria vel ascetria e monasterio abstrahitor : sed per procuratorem causam dicito. Monachus proprias aut monasterii [causas] sive per se, sive per procuratorem agit. Si vero contra hæc fiat, judex cingulo denudatur, et quinque libras [auri rebus principis] privatis dat : exsecutor autem tormentis subditur, et in exsilium mittitur : [idque] cura episcopi, qui etiam magistratu ultionem [irrogare] differente, [id ad principem] refert. Pro citatione pecuniaria vel criminali hujusmodi personæ

D Αἱ ὑπομνήσεις καὶ οἱ ἐκβιβασμοὶ μετὰ τιμῆς προσαγέσθωσαν τοῖς κληρικοῖς καὶ μοναχοῖς καὶ ἀσκητρίαις καὶ ἀσκητηρίοις, ἐπὶ τοῖς χρηματικοῖς ἰδιωτικοῖς καὶ δημοσίοις· καὶ μονάστρια μὲν ἢ ἀσκήτρια τοῦ μοναστηρίου μὴ ἀφελκέσθω, ἀλλὰ δι' ἐντολέως κρινέσθω· ὁ δὲ μοναχὸς τὰς ἰδίας ἢ τὰς τοῦ μοναστηρίου, εἴτε δι' ἑαυτοῦ εἴτε δι' ἐντολέως θέλει· εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, ὁ δικαστὴς ἀποζώννυται, καὶ ε' λίτρας τοῖς πριβάτοις δίδωσι· καὶ ὁ ἐκβιβαστὴς βασανίζεται καὶ ἐξορίζεται προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ὅστις καὶ ἀναφέρει, τοῦ ἄρχοντος ὑπερτιθεμένου τὴν ἐκδίκησιν· ὑπὲρ δὲ ὑπομνήσεως, τὰ τοιαῦτα πρόσωπα χρηματικῆς ἢ ἐκκλησιαστικῆς

αἰτίας, ἔν τε Κωνσταντινουπόλει καὶ ὁπουδήποτε, οὐ πλέον δ' κερατίων διδόασιν· εἰ δὲ κατὰ βασιλικὴν κέλευσιν, ἢ παρὰ ἄρχοντος ἢ πατριάρχου, σταλῇ τὶς εἰς ὑπόμνησιν αὐτῶν, οὐ πλέον λήψεται ἑνὸς νομίσματος· εἰ δὲ πολλὰ τοιαῦτα πρόσωπα ἐπὶ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ ὑπομνησθῶσιν, ἑνὸς μόνου προσώπου διδόασιν· ἐπίσκοπος ὑπὲρ τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐναγόμενος δίδωσι σπόρτουλα, ὑπὲρ δὲ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ μὴ ὀχλείσθω, ἀλλ' ὁ οἰκονόμος ἢ ὁ ἐπὶ τούτῳ προβαλλόμενος· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα σπόρτουλα λαβὼν, τὸ διπλοῦν ἀναδίδωσι, καὶ ὑπὸ στρατείαν μὲν ὢν ἀποζώννυται, κληρικὸς δὲ καθαιρεῖται· ἐπίσκοπος οὔτε ἐπὶ χρηματικῇ οὔτε ἐγκληματικῇ δίκῃ, χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς, διάγεται ἢ παρίσταται· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα προστάξας ἐγγράφως ἢ ἀγράφως, ἀποζώννυται, καὶ κ' λίτρας ζημιοῦται τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὁ ἐκβιβαστὴς ἀποζώννυται, καὶ βασανιζόμενος ἐξορίζεται· καὶ ἡ ιζ' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν φησιν, ὅτι, Ἐπισκόπου κατηγορουμένου, ὁ μητροπολίτης κρίνει· εἰ δὲ μητροπολίτης κατηγορεῖται, ὁ πατριάρχης αὐτοῦ σκοπεῖ· εἰ δὲ κληρικὸς ἢ μοναχὸς, ὁ ἐπίσκοπος αὐτοῦ· καὶ ὁ πταίσας, κανονικῶς σωφρονίζεται τῷ κρίματι τοῦ ἐξετάζοντος· ἡ δὲ περὶ τοποτηρητῶν ρλ' νεαρὰ λέγει, ὅτι μονάστρια, διὰ οὐδεμίαν ἀγωγὴν, ἐκ τοῦ ἰδίου μοναστηρίου ἕλκεται.

ΚΕΦΑΛ. Β'.— *Πόσοι καὶ τίνες καταμαρτυροῦσιν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν;*

Ἀποστόλων κανὼν οε'.

οε'. Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ ἐπισκόπου, αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα· *ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.*

Συνόδου Καρθαγένης κανὼν κ' νθ' ρλα'.

Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν κατηγορουμένων.

κ'. Ἐὰν δὲ πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι κατηγορηθῶσι, κ. τ. λ.

Περὶ τοῦ κληρικοὺς, χάριν διαγνώσεως τῆς οἰκείας αὐτῶν κρίσεως, μὴ ἀναγκάζεσθαι δημοσίως μαρτυρεῖν.

νθ'. Δεῖ αἰτῆσαι ἔτι μὴν ἵνα ὁρίσαι καταξιώσωσιν, ὥστε ἐάν τινες ἐν Ἐκκλησίᾳ οἱανδήποτε αἰτίαν ἀποστολικῷ δικαίῳ τῷ ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπικειμένῳ γυμνάσαι θελήσωσι, καὶ ἴσως ἡ τομὴ τῶν κληρικῶν τῷ ἑνὶ μέρει ἀπαρέσοι, μὴ ἐξεῖναι πρὸς δικαστήριον εἰς μαρτυρίαν προκαλεῖσθαι τὸν κληρικὸν ἐκεῖνον, τὸν πρότερον τὸ αὐτὸ πρᾶγμα σκοπήσαντα ἢ καὶ σκοπουμένῳ παρατυχόντα· καὶ ἵνα μηδὲ προσώπῳ τις προσήκων ἐκκλησιαστικῷ, ἐναχθείη περὶ τοῦ ὀφείλειν μαρτυρεῖν.

Τίνας δεῖ προσδέχεσθαι εἰς μαρτυρίαν.

ρλα'. Μάρτυρας δὲ πρὸς μαρτυρίαν μὴ προσδέχεσθαι

A Constantinopoli, atque alibicunque, non ultra quatuor siliquas dant. Quod si quis imperiali jussione aut a magistratu, aut a patriarcha ad citandos illos missus fuerit, non ultra unum solidum capiet. Quin si multæ istiusmodi personæ in una eademque causa citentur, unius tantum personæ [sportulas] dant. Episcopus rerum suarum nomine in jus vocatus, dat sportulas : sed pro rebus Ecclesiæ suæ ne inquietatur [quidem], sed œconomus, quive ad id designatus est. Qui vero contra hæc sportulas ceperit, duplum reddit : et si in militia [quapiam] sit, cingulo privatur : si clericus, deponitur. Episcopus neque propter pecuniariam neque propter criminalem causam, citra imperatoriam jussionem, ducitur aut sistitur. Qui vero contra B hoc aut per scripturam aut citra scripturam jusserit, **246** et cingulo spoliatur, et viginti libris Ecclesiæ episcopi [applicandis] multatur : exsecutor autem cingulo denudatur, et tormentis subditus exsulare jubetur. Et const. 17, tit. 1 Novellarum : Cum episcopus [inquit] accusatur, metropolitanus judicat. Si vero metropolitanus accusetur, ipsius patriarcha cognoscit. Sed si clericus aut monachus, ejus episcopus. Qui autem deliquit, judicio ejus qui [causam] examinat, secundum canones castigatur. Porro novella 134, de vicariis dicit, quod monastria per nullam actionem e suo monasterio trahatur.

CAP. II. — *Quot vel quinam dicere testimonium*
C *queant adversus episcopos aut clericos.*

Apostolorum canon 75.

75 [74]. In testimonium adversus episcopum hæreticus ne admittatur ; sed nec unus solus fidelis : *In ore enim duorum vel trium testium stabit omne verbum.*

Concilii Carthaginensis canones 20, 59, 131.

De presbyteris et clericis accusatis.

20. Si presbyteri et diaconi, etc, *ut pag.* 706.

Ut clerici de judicii sui cognitione non cogantur in publico dicere testimonium (91).

59. Petendum ** etiam, ut statuere dignentur,
D ut si qui forte in ecclesia quamlibet causam jure apostolico ecclesiis imposito agere voluerint, et fortasse decisum [*ms.* decisio] clericorum uni parti displicuerit; non liceat clericum in judicium ad testimonium devocari **247** eum, qui cognitor vel præsens fuerit : et [*ms.* ut] nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

Qui ad testimonium admittendi.

131. Testes autem ad testimonium non admit-

** Conc. Carthag. v, cap. 13. Afric. c. 6.

(91) Al. *De clericis ad testimonium non pulsandis.*

tendos [21], qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem intra annos 14 ætatis suæ non admittantur.

Textus. Quales esse oporteat qui in judicio testimonium dicunt, docet tit. 5, lib. XXII, et tit. 20, lib. IV, Cod. et novella 90 de testibus. Const. autem 9 ejusdem 20 tit. ait, quod unus solus non audiatur, etiamsi honore præfulgeat. Hæreticus autem omnino contra orthodoxum non dicit testimonium, nisi propter curialem statum orthodoxus in jus vocétur : ut [tradit] lib. I, Cod. tit. 5, const. 25, et novella, de decurionibus et cohortalibus hæreticis, 45, quæ relata est inter paratitla tit. 3 Novellarum.

A τοὺς μηδὲ πρὸς κατηγορίαν εἰσδεχθῆναι παραγγελθέντας, ἢ ἔτι μὴν οὓς αὐτὸς ὁ κατήγορος οἴκος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου προκομίσει· μαρτυρία δὲ ἐντὸς χεἰρας ἐνιαυτῶν ιδ' μὴ προσδεχθείη.

Ὁποίους δεῖ εἶναι τοὺς ἐν δίκῃ μαρτυροῦντας, διδάσκει ὁ ε' τίτ. τοῦ κβ' βιβλ. καὶ ὁ κ' τίτ. τοῦ δ' τίτ. τοῦ κώδ. καὶ ἡ περὶ μαρτύρων νεαρά· ἡ δὲ θ' διάτ. τοῦ αὐτοῦ κ' τίτ. φησὶν, ὅτι εἷς μόνος οὐκ ἀκούεται, κἂν μέγας εἴη ἀξιωματικός· αἱρετικὸς δὲ καθόλου οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου, εἰ μὴ περὶ βουλευτικῆς καταστάσεως ὁ ὀρθόδοξος ἐνάγηται, ὡς βιβλ. α' τοῦ κώδ. τίτ. ε' διάτ. κα' καὶ ἐν τῇ περὶ βουλευτῶν καὶ ταξεωτῶν αἱρετικῶν με' νεαρᾷ, ἥτις ἀνήνεκται ἐν τοῖς παρατίτλοις τοῦ γ' τίτ. τῶν Νεαρῶν.

CAP. III. — *Quid vero si quis de criminibus multis clericum accusans, primum ex his demonstrare nequeat?*

B ΚΕΦΑΛ. Γ'. — *Ἐὰν τις ἐπὶ πολλοῖς ἐγκλήμασι κληρικοῦ κατηγορήσας, μὴ ἀποδείξῃ τὸ προτεθὲν πρῶτον κεφάλαιον.*

Concilii Cathaginensis canon 130.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν ρλ'.

Ut qui unum crimen non probaverit ad alterum admitti non debeat.

Ἵνα ὁ περὶ ἑνὸς ἐγκλήματος ἀποδεῖξαι μὴ δυνάμενος, πρὸς ἕτερον μὴ εἰσδεχθῇ.

Item placuit ut quotiescunque, etc., *ut pag.* 707.

Ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα ὁσαχισδήποτε, κ. τ. λ.

248 CAP. IV. — *De iis qui propriis non obediunt episcopis. Et de episcopis, qui hominem a proprio episcopo pulsum vel excommunicatum recipiunt.*

ΚΕΦΑΛ. Δ'. — *Περὶ τῶν μὴ πειθαρχούντων τοῖς οἰκείοις ἐπισκόποις· καὶ περὶ ἐπισκόπου δεχομένου τὸν ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἐκβληθέντα ἢ ἀπὸ κοινωνίας γενόμενον.*

Concilii Antiocheni canon 6.

Συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ς'.

Si quis a proprio episcopo fuit excommunicatus, ne prius ab aliis suscipiatur, quam fuerit a proprio episcopo susceptus, vel facta synodo accedens se defenderit, et persuasa synodo aliam sententiam retulerit. Idem autem decretum adversus laicos, et presbyteros, et diaconos, et eos qui sunt in cleri catalogo observetur.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γέ- C γονε, μὴ πρότερον αὐτὸν παρ' ἑτέρων δεχθῆναι, εἰ μὴ ὑπ' αὐτοῦ παραδεχθείη τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ συνόδου γενομένης ἀπαντήσας ἀπολογήσεται· πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν· ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος ἐπὶ λαϊκῶν καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταλεγομένων κρατείτω.

Concilii Carthaginensis canones 9, 29, 79, 132.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν θ' κθ' ξβ' οθ' ρκβ'.

De his qui merito facinorum suorum ab ecclesiæ congregatione pelluntur.

Περὶ τῶν κατ' ἀξίαν τῶν οἰκείων ἀτοπημάτων ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ συλλόγου ἐκβαλλομένων.

9. Augustinus episcopus [22], legatus provinciæ Numidiæ, dixit : Hoc statuere dignamini, ut si qui forte merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsi [*ms.* expulsi] sunt, et sive ab aliquo episcopo vel presbytero fuerint in communionem suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius (92) refugientes (93) sui episcopi regulare judicium. Ab universis episcopis dictum est : Omnibus placet.

θ'. Αὐγουστῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τῆς Νουμηδικῆς χώρας εἶπεν· Τοῦτο ὁρίσαι καταξιώσατε, ὥστε τοὺς ἀξίως τῶν οἰκείων ἐγκλημάτων ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας διωχθέντας, ἐάν τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτε- D ρος δέξηται εἰς κοινωνίαν, καὶ αὐτὸς ἔτι μὴν τῷ ἴσῳ ἐγκλήματι ὑπεύθυνος γένηται, ἅμα τοῖς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου τὴν κανονικὴν ψῆφον ἀποφυγοῦσιν.

Si quis excommunicatus ante audientiam communicare præsumpserit, ipse in se damnationem protulit.

Εἴ τις ἀπὸ κοινωνίας ὢν, πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι, κοινωνῆσαι τολμήσοι, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην προήγαγεν.

29. Item (94) placuit universo concilio, ut qui

κθ'. Ὁμοίως ἤρεσε σὺν πάσῃ τῇ συνόδῳ, ἵνα ὁ διὰ

[21] Conc. Carth. VII, cap. 4; Afric. c. 98. [22] Carth. II, cap. 7.

(92) Ms. « ipsi pari . . . . teneantur obnoxii. »

(93) Burchardus et Ivo, *refugientibus*, Gratianus, *refugiens.*

(94) II, quæst. 3, cap. 9, ubi citatur sub nomine concilii Africani : sed non reperitur nisi in codice canonum, et refertur in V synodo sessione 7, in epist. Vigilii papæ. — Est e concilio Hipponiregiensi tit. 3 (pro quarto) apud Ferrandum cap. 54. In codice P. Pithæi, et in Collectione canonum ms. collegii Paris. sic legitur : « Pierio, et Ardabore coss. Octavo Cal. Octobris in Basilica Leontina : Placuit universo concilio, » etc., ubi Hipponensis basilica designatur : sed et consules anni 427, ut quidem Fasti notant.

ῥᾳθυμίαν αὐτοῦ ἀπὸ κοινωνίας γενόμενος, εἴτε A ἐπίσκοπος, εἴτε οἱοσδήποτε κληρικὸς, ἐὰν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀκοινωνησίας αὐτοῦ, πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι, εἰς κοινωνίαν τολμήσοι, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον τῆς καταδίκης ἐξενηνοχέναι κριθῇ.

Περὶ τῶν καταδικαζομένων κληρικῶν.

ξβ'. Κἀκεῖνο δεῖ αἰτῆσαι ἵνα ὁρίσαι καταξιώσωσιν, ὥστε κληρικὸν οἱασδήποτε τιμῆς τυγχάνοντα, ἐπὶ οἱῳδήποτε ἐγκλήματι τῇ τῶν ἐπισκόπων κρίσει καταδικασθέντα, μὴ ἐξεῖναι τὸν αὐτὸν, εἴτε παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἧς ὑπῆρχεν, εἴτε παρὰ οἱουδήποτε ἀνθρώπου, διεκδικεῖσθαι· ποινῆς ἐπὶ τούτῳ παρατεθείσης, ζημίας χρημάτων τε καὶ τιμῆς· ὅπως μηδὲ κεῖραν μηδὲ φύσιν ἀπολογητέαν εἶναι κελεύωσιν.

οθ'. *Περὶ τῶν μὴ φροντιζόντων κληρικῶν ἐντὸς* B *ἐνιαυτοῦ πρᾶξαι τὸ ἴδιον πρᾶγμα.*

Πάλιν ὡρίσθη ἵνα ὁσάκις κληρικῶν ἐλεγχθέντων, καὶ καταθεμένων τινὰ ἐγκλήματα, εἴτε διὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ὄνειδος, εἴτε διὰ τὴν αἰδεσιμότητα, ὧν χάριν τούτοις φειδὼ γίνεται, εἴτε διὰ τὴν ἀλαζόνα τῶν αἱρετικῶν καὶ ἐθνικῶν ἐπιγαυρίασιν, ἐὰν ὡς εἰκὸς ἐπαγωνίσασθαι τῷ ἰδίῳ πράγματι, καὶ τῆς ἰδίας ἀβλαβείας φροντίσαι θελήσωσιν, ἐντὸς ἀκοινωνησίας ἐνιαυτοῦ τοῦτο ποιήσωσιν· ἐὰν δὲ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ τὸ πρᾶγμα αὐτῶν καθάραι καταφρονήσωσι, μηδεμία τούτων τοῦ λοιποῦ φωνὴ παντελῶς προσδεχθείη.

Ὅτι οὐκ ὀφείλει τῶν ἐπιλεγομένων δικαστῶν ἡ γνώμη ἐξουθενεῖσθαι.

ρκβ'. Κατὰ δὲ τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ κοινὴν συναίνεσιν ἐπιλεγέντων, μὴ ἐξεῖναι ἐκκαλεῖσθαι, ὅστις δὲ C δήποτε ἀποδειχθείη διὰ μονοτονίαν μὴ θέλειν τοῖς δικασταῖς πειθαρχῆσαι· τοῦτο γινώσκων ὁ τῆς πρώτης καθέδρας ἐπίσκοπος, δώσει γράμματα, ὥστε μηδένα τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἕως οὗ πειθαρχῇ.

ΚΕΦΑΛ. Ε'. — *Περὶ δικῶν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.*

Ἀποστόλων κανὼν οδ'.

οδ. Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα, κ. τ. λ.

Συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ιδ' ιε'.

ιδ'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κρίνοι, ἔπειτα συμβαίη περὶ αὐτοῦ διαφωνεῖν τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους, τῶν μὲν ἀθῷον αὐτὸν κρινόμενον D ἀποφαινόντων, τῶν δὲ ἔνοχον, ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς πάσης ἀμφισβητήσεως ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον, ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύσοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς ἐκ τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.

ιε'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κατηγορηθεὶς, κριθείη ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπι-

excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus, sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis **249** suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis judicetur protulisse sententiam.

De clericis damnatis.

62. Et illud [23] petendum, ut statuere dignentur, ut si quis cujuslibet honoris clericus judicio episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab Ecclesiis quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

De clericis qui intra annum causam suam agere non procurarint.

79. Rursus constitutum est,[24] (95), ut quoties clericis convictis et confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, et innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant: si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

Quod electorum judicum sententia sperni non debeat.

122. A judicibus autem [25], quos communis consensus elegerit, non liceat provocare. Et quisquis provocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

250 CAP. V. — *De episcoporum et clericorum judiciis.*

Apostolorum canon 74.

74 [73.] Episcopum a viris fide, etc., *ut pag.* 698.

Concilii Antiocheni canones 14, 15.

14. Si quis episcopus ob aliqua crimina judicetur, deinde contingat episcopos, qui sunt in provincia, de eo dissentire, illis quidem eum, de quo fertur sententia, innocentem pronuntiantibus, his vero reum: pro tota componenda controversia visum est sanctæ synodo, ut metropolitanus episcopus ex propinqua provincia alios evocet judicaturos, et controversiam decisuros, et cum provincialibus quod probatum fuerit, confirmet.

15. Si quis episcopus aliquorum criminum accusatus, fuerit ab omnibus provinciæ episcopis con-

[23] Conc. Carthag. cap. 2; Afric. c. 29. [24] Conc. Carthag. v, c. 12; Afric. c. 46. [25] Conc. Milevit. ii, cap. 24; Afric. c. 89.

(95) Consule Hincmarum in epist. 54, tom. II, pag. 821. Capitulare Benedicti lib. v, cap. 37, et lib. vii, cap. 43: « Manifestum est confiteri cum de crimine, qui indulto et delegato judicio purgandi se occasione non utitur. » Item Gratianus, 10, III, quæst. 9, Decernimus, etc.

demnatus, et omnes unam consentientem adversus eum sententiam tulerint, is ne amplius ab aliis judicetur, sed provinciæ episcoporum firma maneat sententia.

Concilii Chalcedonensis canon 9, 17.

9. Si quis clericus habet cum clerico litem, etc., *ut pag.* 702.

17. Quæ sunt in unaquaque provincia rurales parochias, etc., *ut pag.* 650.

Concilii Sardicensis canones 3, 5, 14.

3. Osius episcopus dixit : Hoc quoque necessario est adjiciendum, etc., *ut pag.* 471.

5. Osius episcopus dixit : Placuit, ut si quis episcopus delatus fuerit, etc., *ut pag.* 471.

251 Responderunt episcopi : Quæ dicta sunt placuerunt.

14. Osius episcopus dixit : Quod autem me undequaque movet, reticere non debeo. Si inveniatur quis episcopus ad iram propensus (quod quidem ab ejusmodi homine abesse debet) et adversus presbyterum vel diaconum cito commotus, eum Ecclesia ejicere voluerit; providendum est ne is repente condemnetur, et communione privetur.

Omnes episcopi dixerunt : Qui ejicitur, potestatem habet confugiendi ad episcopum metropolis ejusdem provinciæ : si autem metropolitanus abest, ad finitimum concurrendi, et rogandi ut suum negotium accurate examinetur. Neque enim non sunt aures præbendæ iis qui rogant. Ille quoque episcopus, qui jure vel injuria eum expulit, æquo animo ferre debet ut rei fiat examinatio, et vel ejus confirmetur sententia, vel corrigatur. Priusquam autem diligenter et ex fide singula examinata fuerint, qui communionem non habet, non debet ante rei cognitionem sibi communionem arrogare. Si autem clerici aliqui convenerint, et ejus superbiam et arrogantiam viderint; quia non convenit contumeliam vel injustam expostulationem pati, acerbioribus et gravioribus verbis eum debent corrigere, ut ei qui jubet quæ decent, inserviant et obediant. Sicut enim debet episcopus ministris sinceram dilectionem et affectum præbere; eodem modo et subjecti debent episcopis non fraudulenter ministerium et obsequium exhibere.

252 *Concilii Carthaginensis canones* 15, 28, 120, 121.

De diversis ordinibus Ecclesiæ servientibus, etc., *ut pag.* 703.

15. Item placuit ut quisquis episcoporum, etc., *ut pag.* 703.

Presbyteri, diaconi, vel clerici, qui in causa sua ad transmarina putaverint appellandum, in communionem minime suscipiantur.

28. Item placuit [26] (96), ut presbyteri, diaconi,

σκόπων, πάντες τε σύμφωνοι μίαν κατ' αὐτοῦ ἐξενέγκοιεν ψῆφον, τοῦτον μηκέτι παρ' ἑτέροις δικάζεσθαι, ἀλλὰ μένειν βεβαίαν τὴν σύμφωνον τῶν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἀπόφασιν.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν θ' ιζ'.

θ'. Εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχει, κ. τ. λ.

ιζ'. Τὰς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ἀγροικικὰς παροικίας, κ. τ. λ.

Συνόδου Σαρδικῆς κανὼν γ' ε' ιδ'.

γ'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἀναγκαῖον καὶ τοῦτο προστεθῆναι, κ. τ. λ.

ε'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἤρεσεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος καταγγελθείη, κ. τ. λ.

Ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι· Τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

ιδ'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· Τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν, ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω· εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ τραχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἐκβληθεὶς, ἐκβαλεῖν Ἐκκλησίας αὐτὸν θελήσοι, προνοητέον ἐστὶ, μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον καταχρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι.

Πάντες εἰρήκασιν· Ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως, ἤτοι τὸν μητροπολίτην, καταφυγεῖν· εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν ἵνα μετὰ ἀκριβείας, αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα· οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν· ἐκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ· πρὶν δὲ ἐπιμελῶς ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν, πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος, ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν· ἐὰν δὲ συνεληλυθότες τῶν κληρικῶν τινες κατίδωσι τὴν ὑπεροψίαν καὶ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ, ἐπειδὴ οὐ προσῆκόν ἐστιν ὕβριν ἢ μέμψιν ἄδικον ὑπομένειν, πικροτέροις καὶ βαρυτέροις ῥήμασιν ἐπιστρέφειν τοῦτον ὀφείλουσιν· ἵνα τῷ τὰ πρέποντα κελεύοντι ὑπηρετῶνται καὶ ὑπακούωσιν· ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπίσκοπος τοῖς ὑπηρέταις εἰλικρινῆ ὀφείλει τὴν ἀγάπην καὶ τὴν διάθεσιν παρέχειν, τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ ὑποτεταγμένοι, ἀδόλως τοῖς ἐπισκόποις τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἐκτελεῖν ὀφείλουσιν.

Συνόδου Καρθαγένης κανὼν ιε' κη' ρκ' ρκα'.

Περὶ διαφόρων τάξεων τῇ Ἐκκλησίᾳ δουλευουσῶν, κ. τ. λ.

ιε'. Ὁμοίως ἤρεσεν· ἵνα ὁστισδήποτε τῶν ἐπισκόπων, κ. τ. λ.

Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι καὶ κληρικοὶ, οἱ ἐν τῷ ἰδίῳ πράγματι ἔκκλητον παρέχοντες, ἐπὶ τὰ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς κοινωνίαν μηδαμῶς δεχθῶσιν.

κη'. Ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ

[26] Conc. Milevit. II, sub Innoc. c. 22.

(96) Innuit Hincmarus in opusc. *De divortio Loth. et Thetb.* pag. 686, hunc canonem primo fuisse in concilio Hipponensi sancitum.

κόπο., καὶ οἱ λοιποὶ κατώτεροι κληρικοὶ, ἐν αἷς ἔχουσιν αἰτίαις, ἐὰν τὰ δικαστήρια μέμφωνται τῶν ἰδίων ἐπισκόπων, οἱ γείτονες ἐπίσκοποι ἀκροάσωνται αὐτῶν, καὶ μετὰ συναινέσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τὰ μεταξὺ αὐτῶν διαθῶσιν οἱ προσκαλούμενοι παρ' αὐτῶν ἐπίσκοποι· εἰ δὲ καὶ περὶ αὐτῶν ἔκκλητον παρέχειν νομίσουσι, μὴ ἐκκαλέσωνται εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρωτεύοντας τῶν ἰδίων ἐπαρχῶν, ὡς καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων πολλάκις ὥρισται· οἱ δὲ πρὸς περαματικὰ δικαστήρια διεκκαλούμενοι, παρ' οὐδενὸς ἐν τῇ Ἀφρικῇ δεχθῶσιν εἰς κοινωνίαν.

Περὶ τῶν τοῖς λαοῖς οὓς νομίζουσιν αὐτοῖς ἀνήκειν ἐπιβαλλόντων παρὰ γνώμην τῶν αὐτοὺς κατεχόντων.

ρκ'. Ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα οἱοιδήποτε ἐπίσκοποι τὰ πλήθη ἃ νομίζουσι τῷ θρόνῳ αὐτῶν ἀνήκειν, μὴ οὕτως ἀναζητῶσιν ὥστε ἄλλων ἐπισκόπων κρινόντων τοῦτο πράττειν, ἀλλ' ὑπὸ ἑτέρου κατεχομένοις ἐπέλθωσι τοῖς λαοῖς, εἴτε θελήσουσιν, εἴτε μὴ θελήσουσι, τοῦ ἰδίου πράγματος τὴν ζημίαν ὑπομείνωσι· καὶ οἱ τινεσδήποτε τοῦτο ἐποίησαν, εἰ μὴ ἡ μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων συνέλευσις ἐπερατώθη, ἀλλ' ἀκμὴν περὶ τοῦ αὐτοῦ φιλονεικοῦσιν, ἐκεῖνος ἀποστῇ ἐκεῖθεν περὶ οὗ δειχθείη, ὅτι παρεάσας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς δικαστὰς ἔφοδον ἐποίησε· καὶ μὴ ἑαυτόν τις κολακεύσῃ, εἰ ἐκ τοῦ πρωτεύοντος γράμματα περὶ τοῦ κατέχειν ἔλαβεν, ἀλλὰ, εἴτε γράμματα ἔχει εἴτε οὐκ ἔχει, συνέλθοι τῷ κατέχοντι, καὶ παρ' αὐτοῦ γράμματα λάβοι, ὥστε φανῆναι τοῦτον εἰρηνικῶς τὴν αὐτῷ ἀνήκουσαν κατασχεῖν Ἐκκλησίαν· ἐὰν δὲ κἀκεῖνός τινα ζήτησιν ἀντεπαγάγῃ, καὶ αὕτη περατωθῇ μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων, εἴτε οὓς ὁ πρωτεύων αὐτῆς δῷ, εἴτε οὓς γειτνιῶντας κατὰ συναίνεσιν ἐπιλέξονται.

Περὶ τῶν ἀμελούντων τῶν αὐτοῖς ἀνηκόντων λαῶν.

ρκα'. Ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα οἵτινεσδήποτε ἀμελοῦσι, κ. τ. λ.

Τὰ ὀφείλοντα ἐν τούτῳ τῷ κεφ. παραγραφῆναι, συνῆψα ταῖς παραγραφαῖς τοῦ προλαβόντος κεφ. ζητῶν οὖν περὶ χρηματικῶν ἢ ἐγκληματικῶν δικῶν, ἐκεῖνα ἀνάγνωθι.

ΚΕΦΑΛ. ϛ'. — *Περὶ ἀναψηλαφήσεως ψήφων ἐπισκόπων.*

Συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ϛ'.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γέγονε, κ. τ. λ.

Συνόδου Σαρδικῆς κανὼν γ' δ' ε' ιδ'.

γ' Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἀναγκαῖον καὶ τοῦτο, κ. τ. λ.

δ'. Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν, κ. τ. λ.

ε'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἤρεσεν ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος καταγγελθείη, κ. τ. λ.

A vel cæteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos cum consensu sui episcopi audiant et inter eos definiant asciti ab eis episcopi: quod si et ab eis provocandum putaverint, non provocent ad transmarina judicia, sed ad primates suarum provinciarum, aut ad universale concilium, sicut et de episcopis (97) sæpe constitutum est. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam ad communionem suscipiatur.

De his qui in plebes, quas ad se pertinere putant, inconventis his a quibus tenentur, irruerint.

B 120. Item placuit [27] (98), ut quicunque episcopi plebes, quas ad suam cathedram existiment pertinere, non ita repetunt, ut causas suas episcopis judicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus, **253** sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur, et quicunque jam hoc fecerunt, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc contendunt; ille inde discedat, quem constiterit prætermissis judiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisquam blandiatur, si a primate, ut retineat, litteras impetrarit; sed sive habeat litteras, sive non habeat, conveniat eum qui tenet, et ejus litteras accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse Ecclesiam ad se C pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos judices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

De his qui plebes ad se pertinentes negligunt.

121. Item placuit ut quicunque negligunt, etc., *ut supra pag.* 679.

254 Quæ in hoc capite annotari debeant conjunxi annotationibus præcedentis. Illic igitur de pecuniariis aut criminabilibus causis quærens, lege.

CAP. VI. — *De examine sententiarum episcopa-* D *lium.*

Concilii Antiocheni canon 6.

Si quis a proprio episcopo excommunicatus, etc., *ut pag.* 719.

Concilii Sardicensis canones 3, 4, 5, 14.

3. Osius episcopus dixit: Hoc quoque necessario, etc., *ut pag.* 471.

4. Gaudentius episcopus dixit, etc., *ut pag.* 471.

5. Osius episcopus dixit: Placuit, ut si quis episcopus delatus fuerit, etc., *ut pag.* 471.

[27] Conc. Milevitanum II, c. 22; Afric. c. 87.

(97) Non sunt hæc verba, *sicut et de episcopis*, etc., in can. 125, qui ad verbum huic simillimus est; nec apud Cresconium tit. 285, sed ab Aurelio Carthag. adjecta videri possunt, cum hunc canonem a synodo confirmandum recitaret.

(98) Ferrandus cap. 25, ex conc. Carthag. tit. 12: unde canones 118 et 119, in unum conflasse intelligitur: quod et inferius patebit.

Responderunt episcopi : Quæ dicta sunt placuerunt. A

14. Osius episcopus dixit : Quod autem me undequaque movet, etc., *ut pag.* 723.

Concilii Carthaginensis canones 14, 15, 28, 79, 99, 121, 125.

Ut de Tripoli unus episcopus in legationem, etc., *ut pag.* 703.

14. Item placuit de Tripoli, etc., *ut pag.* 234.

255 *De diversis ordinibus Ecclesiæ servientibus*, etc., *ut pag.* 703.

15. Item placuit, ut quisquis episcoporum, etc., *ut pag.* 703.

Presbyteri et diaconi vel clerici, etc., *ut pag.* 252.

28. Item placuit ut presbyteri, etc., *ut pag.* 723. B

De clericis qui intra annum causam suam agere non procurarunt.

79. Rursus constitutum, etc., *ut pag.* 722.

Ut ab electis judicibus provocare non liceat.

96. Si autem fuerit provocatum [18], eligat, qui provocaverit, judices, et cum eo et ille, contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.

Quod electorum judicum sententia sperni non debeat.

121 [122]. A judicibus autem, etc., *ut pag.* 722.

256 *De presbyteris et clericis, ut non appellent nisi ad Africana concilia.* C

125. Item placuit, ut presbyteri, diaconi, etc., *ut pag.* 723.

Textus. Const. 8, tit. 4, lib. I, ait, quod sententiæ episcoporum similes sint sententiis præfectorum, a quibus provocare non licet. Et constit. 29 ejusdem tit. : Sive solus metropolitanus, sive cum synodo sua episcopi aut clerici [causam] judicet, et sententiæ non acquiescatur, [ejus] ditionis patriarcha cognoscit ; ipsiusque judicatis, perinde atque ab initio judicasset, insistitur. A patriarcharum namque sententiis non provocatur. Idem etiam const. 2, tit. 1 Novellarum [tradit] quæ dicit : Quod si quis eorum qui apud episcopos litigant, intra decem dies [judicatis] contradicat, lo- D corum magistratus negotium examinato : et [si recte judicatum esse videat] sententiam confirmato et exsequitor : neque qui iterum in hoc victus fuerit, [amplius] provocandi potestatem habeto. Si vero magistratus contrario modo atque episcopus judicet, magistratus sententia provocationi obnoxia esto : atque secundum legem refertor et examinator. Cæterum si ex jussione aut mandato episcopus judicet, provocatio sententiam ejus ad eum qui controversiam delegavit, referto.

CAP. VII.—*Quid si episcopus cum coepiscopo controversiam habens, non judicio contendat, sed manu agat?*

Concilii Carthaginensis canon 120.

[18] Conc. Afric. c. 63.

Ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι · Τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

ιδʹ. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε · Τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν, κ. τ. λ.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν ιδʹ ιεʹ κηʹ οθʹ ϛϛʹ ρκαʹ ρκεʹ.

Ὥστε ἀπὸ Τριπόλεως ἕνα ἐπίσκοπον εἰς τοποτηρησίαν, κ. τ. λ.

ιδʹ. Ὁμοίως ἤρεσεν ἀπὸ Τριπόλεως, κ. τ. λ.

Περὶ διαφόρων τάξεων τῇ Ἐκκλησίᾳ δουλευουσῶν, κ. τ. λ.

ιεʹ. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁστισδήποτε, κ. τ. λ.

Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι καὶ κληρικοί, κ. τ. λ.

κηʹ. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱ πρεσβύτεροι, κ. τ. λ.

Περὶ τῶν μὴ φροντιζόντων κληρικῶν, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ πρᾶξαι τὸ ἴδιον πρᾶγμα.

οθʹ. Πάλιν ὡρίσθη, κ. τ. λ.

Ἵνα αἱρετοὺς δικαστὰς μὴ ἐξὸν εἴη ἐκκαλεῖσθαι.

ϛϛʹ. Ἐὰν δὲ γένηται ἔκκλητος, καὶ ἐπιλέξηται ὁ ἐκκαλεσάμενος δικαστὰς, καὶ μετ' αὐτοῦ κἀκεῖνος καθ' οὗ ἐξεκαλέσατο, τοῦ λοιποῦ κατὰ τούτων μηδενὶ ἐξέστω ἐκκαλέσασθαι.

Ὅτι οὐκ ὀφείλει τῶν ἐπιλεγομένων δικαστῶν ἡ γνώμη ἐξουθενεῖσθαι.

ρκαʹ. Κατὰ δὲ τῶν δικαστῶν, κ. τ. λ.

Περὶ πρεσβυτέρων καὶ κληρικῶν, ἵνα μὴ ἐκκαλῶνται, εἰ μὴ πρὸς τὰς τῆς Ἀφρικῆς συνόδους.

ρκεʹ. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα πρεσβύτεροι, κ. τ. λ.

Ἡ ηʹ διάταξις τοῦ δʹ τίτ. τοῦ αʹ βιβλ. φησὶν, ὅτι Αἱ τῶν ἐπισκόπων ψῆφοι, ταῖς τῶν ἐπάρχων ἐοίκασιν, ἀφ' ὧν ἐκκαλεῖσθαι οὐκ ἔξεστι · καὶ ἡ κθʹ διάτ. τοῦ αὐτοῦ τίτ., ὅτι Εἴτε μόνος μητροπολίτης, εἴτε μετὰ τῆς συνόδου αὐτοῦ, δικάσει ἐπισκόπῳ ἢ κληρικῷ · καὶ εἰ μὴ στερχθῇ τὰ τετυπωμένα, ὁ τῆς διοικήσεως πατριάρχης σκοπεῖ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ κρινομένοις ἐμμένουσιν, ὡς ἂν εἰ αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδίκασεν · οὐ γὰρ ἐκκαλοῦνται αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι · τὸ αὐτὸ καὶ ἡ βʹ διάτ. τοῦ αʹ τίτ. τῶν Νεαρῶν ἥτις φησὶν, ὡς εἴ τις τῶν παρὰ ἐπισκόπῳ δικαζομένων, εἴσω δέκα ἡμερῶν ἀντείποι, ὁ τῶν τόπων ἄρχων ἐξεταζέτω τὸ πρᾶγμα, καὶ ἢ βεβαιούτω τὴν ψῆφον καὶ ἐκβιβαζέτω, μὴ δυναμένου τοῦ δεύτερον ἐπὶ τούτῳ ἡττηθέντος ἐκκαλεῖσθαι · ἐναντίως δὲ τῷ ἐπισκόπῳ τοῦ ἄρχοντος ψηφιζομένου, ἡ τοῦ ἄρχοντος ψῆφος ὑπόκειται ἐκκλήτῳ, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἀναφέρεται καὶ ἐξετάζεται · ἐὰν δὲ ἀπὸ κελεύσεως ἢ προστάξεως δικάσῃ ἐπίσκοπος, ἡ ἔκκλητος τὴν ψῆφον αὐτοῦ ἐπὶ τὸν παραπέμψαντα τὴν ὑπόθεσιν ἀναπέμπει.

ΚΕΦΑΛ. Ζʹ. — *Ἐὰν ἐπίσκοπος ἔχων πρὸς συνεπίσκοπον, μὴ δικάσηται, ἀλλὰ χειρὶ πράξῃ;*

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν ρκʹ.

Περὶ τῶν τοῖς λαοῖς οὓς νομίζουσιν αὐτοῖς ἀνήκειν, ἐπιβαλλόντων παρὰ γνώμην τῶν αὐτοὺς κατεχόντων.

Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα οἱοιδήποτε ἐπίσκοποι, κ. τ. λ.

ΚΕΦΑΛ. Η'. — *Πότε δύναται ἐπίσκοπος κινεῖν ἐπισκόπῳ παρὰ ἄρχοντι πολιτικῷ.*

Συνόδου Καρθαγένης κανὼν μη'.

Περὶ ἀναβαπτισμάτων καὶ ἀναχειροτονιῶν ἢ μεταβάσεως ἐπισκόπων.

μη' Ἐκεῖνο δὲ ἀναφέρομεν ἐνταλθὲν ἡμῖν, κ. τ. λ.

ΚΕΦΑΛ. Θ'. — *Περὶ τῶν ἀδίκως ἐκβαλλομένων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.*

Συνόδου Σαρδικῆς κανὼν ιδ' ιη' ιθ'.

ιδ'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· Τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν, κ. τ. λ.

ιη'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὑποβάλλοντος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ὀλυμπίου, καὶ τοῦτο ἤρεσεν· ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος, βίαν ὑπομείνας ἀδίκως ἐκβληθείη, ἢ διὰ τὴν ἐπιστήμην, ἢ διὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἢ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐκδικίαν, καὶ φεύγων τὸν κίνδυνον, ἀθῶος καὶ καθωσιωμένος ὤν, εἰς ἑτέραν ἔλθοι πόλιν, μὴ κωλυέσθω ἐκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον διάγειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ, ἢ τῆς ὕβρεως τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι δυνηθῇ· σκληρὸν γὰρ καὶ βαρύτατον, ἐλασίαν ἄδικον ὑπομεμενηκότα μὴ ὑποδέχεσθαι ὑφ' ἡμῶν· πλείστῃ γὰρ καλοκαγαθίᾳ καὶ φιλοφρονήσει ὀφείλει παραδέχεσθαι ὁ τοιοῦτος.

Ἅπαντες εἰρήκασιν· Ἤρεσε καὶ τοῦτο.

ιθ'. Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Οἶδας, ἀδελφὲ Ἀέτιε, ὡς τὸ τηνικαῦτά ποτε κατασταθέντος σου ἐπισκόπου, ἡ εἰρήνη λοιπὸν ἐβράβευσεν· ἵνα μή τινα λείψανα διχονοίας περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐναπομείνῃ, ἔδοξε καὶ τοὺς παρὰ Μουσαίου κατασταθέντας, καὶ τοὺς παρὰ Εὐτυχιανοῦ, ἐπειδὴ αὐτῶν οὐδεμία αἰτία εὑρίσκοιτο, πάντας ὑποδεχθῆναι.

Ἡ κγ' διάταξις τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλ. τοῦ κώδ. δέχεται τὴν μνήμην Φλαβιανοῦ, καὶ ἐκβάλλει Εὐτυχέα· ἡ δὲ λη' διάτ. τοῦ αὐτοῦ τίτ. φησίν, ὅτι, Οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους καὶ κληρικούς, ἀναγκάζειν τινὰς καρποφορεῖν, ἢ ἀγγαρείας διδόναι, ἢ ἐπηρεάζειν, ἢ ἀφορίζειν, ἢ ἀναθεματίζειν, ἢ μὴ βαπτίζειν, ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν διὰ ταῦτα, κἂν ἔθος τοιοῦτον ἐκράτησεν· ὁ δὲ παραβαίνων, ἐκπίπτει τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς, καὶ δίδωσι ι' λίτρας· ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς, καὶ τοῖς ἀνήκουσι τόποις μητροπολίτου, ὑπὸ τοῦ πατριάρχου χειροτονουμένοις, ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γινομένοις ἐπισκόποις· καὶ ἡ ιζ' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν φησιν, ὅτι ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, χωρὶς κανονικῆς αἰτίας, ἀφορίζων τινὰ τῆς κοινωνίας, λυομένου τοῦ χωρισμοῦ ὑπὸ τοῦ μείζονος ἱερέως, αὐτὸς ἀκοινώνητος γίνεται, ἐφ' ὅσον χρόνον ἱερεὺς ὑφ' ὃν τελεῖ συνίδοι.

A *De his qui in plebes, quas ad se putant pertinere, inconventis his a quibus tenentur irruerint.*

Item placuit, ut quicunque episcopi, etc., *ut pag.* 726.

257 CAP. VIII. — *Quandonam liceat episcopo actionem intendere contra episcopum apud civilem judicem.*

Concilii Carthaginensis canon 48.

De rebaptizationibus et reordinationibus, vel translationibus episcoporum.

Illud autem suggerimus mandatum, etc., *ut pag.* 539.

CAP. IX. — *De episcopis et clericis inique expulsis.*

B

Concilii Sardicensis canones 14, 18, 19.

14. Osius episcopus dixit: Quod autem undequaque me movet, etc., *ut pag.* 723.

18 [17] Osius episcopus dixit: Suggerente fratre nostro Olympio, hoc quoque placuit; ut si quis episcopus vim passus, injuste ejectus sit, vel propter scientiam, vel propter catholicæ Ecclesiæ confessionem, vel propter veritatis defensionem, et fugiens periculum, innocens exsecrationi subjectus in aliam urbem venerit; ne prohibeatur **258** illic tandiu agere, donec revertatur, vel a facta sibi injuria possit liberationem invenire. Durum enim est, atque adeo gravissimum, eum qui injustam ejectionem passus est, a nobis non suscipi. Is enim C debet a nobis plurima humanitate et benignitate excipi.

Omnes dixerunt: Hoc etiam placuit.

19 [18]. Gaudentius episcopus dixit: Scis, frater Aetie, quod tunc cum episcopus constitutus es, pax deinceps viguit; ne aliquæ dissidii reliquiæ remaneant, visum est, ut qui a Musæo et Eutychiano constituti sunt, quia nulla eorum culpa inveniebatur, omnes suscipiantur.

Textus. Const. 23, tit. 3, lib. I Cod. facit mentionem Flaviani, et ejicit Eutychetem. Constit. vero 38 ejusdem tit. ait, Quod non oporteat episcopos aut clericos cogere aliquos, ut fructus offerant D aut angarias præstent: vel propterea vexare, vel excommunicare, vel anathemate ferire, vel Eucharistiæ sacramentum non porrigere: tametsi consuetudine id invaluerit. Transgressorem autem ab Ecclesia ejusque administratione excidere, ac decem libras dare. Atque hæc quidem in sola regia urbe, ejusque territorio, et locis aut ad metropolitanos qui a patriarcha ordinantur, aut ad episcopos qui ab hisce [metropolitanis] creantur, pertinentibus, obtinere. Et const. 2, tit. I Novellarum ait: Quod episcopus aut presbyter, qui citra causam in canonibus comprehensam a communione quempiam segregat, resoluta separatione per majorem sacerdotem, ipse quantocunque tempore sacerdoti cui subest visum fuerit, a communione excludatur.

259 CAP. X. — *De separatis aut pulsis Ecclesia vel communione.*

Apostolorum canones 12, 13, 32, 51.

12. Si quis [28*] clericus vel laicus segregatus, sive non recipiendus, discedens, in altera urbe receptus fuerit absque litteris commendatitiis, segregetur, et qui excipit, et qui exceptus est.

13. Sin autem est segregatus, ejus intendatur segregatio.

32. Si quis presbyter vel diaconus ab episcopo sit segregatus, non liceat alii eum suscipere, quam qui ipsum segregavit: nisi forte sit mortuus episcopus qui ipsum segregavit.

51. Si quis episcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali numero, a nuptiis, carnibus et vino, non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinet, oblitus quod omnia valde bona, et quia masculinum et femininum fecit Deus hominem: sed blasphemans calumniatur opificium; vel corrigatur, vel deponatur, et ex Ecclesia ejiciatur. Similiter et laicus.

Concilii Nicæni canones 5, 12, 13, 16.

5. De iis qui a communione segregati sunt, etc., *ut pag.* 674.

12. Qui autem a gratia [29] quidem evocati, et primum suum ardorem ostenderunt, et cingula deposuerunt, postea autem ut canes ad suum vomitum reversi sunt, ut nonnulli etiam pecuniam profunderent, et beneficiis malitiam assequerentur, hi decem annis prosternantur supplices, etiam post triennii auditionis tempus. In his autem omnibus examinare convenit consilium et speciem 260 pœnitentiæ. Quicunque enim et metu, et lacrymis, et tolerantia, et bonis operibus conversionem et opere et habitu ostendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum est, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod liceat etiam episcopo humanius aliquid de eis statuere [30]. Quicunque autem non adeo graviter tulerunt, nec multum sua referre existimarunt, satisque esse putarunt in ecclesias ingredi ad conversionem, tempus omnino impleant.

13. De iis qui excedunt [31], antiqua et canonica lex nunc quoque servabitur, ut si quis vita excedat, ultimo et maxime necessario viatico ne privetur. Si autem deploratus et communionem assecutus rursus in vivos relatus sit cum iis qui orationum sunt tantum communionis participes. In summa autem, de quolibet excedente et Eucharistiæ participationem petente, cum examinatione oblationem impertiat.

16. Quicunque temere, etc., *ut pag.* 542.

A ΚΕΦΑΛ. Ι'. — *Περὶ τῶν ἀφοριζομένων ἢ ἐκβαλλομένων τῆς Ἐκκλησίας ἢ τῆς κοινωνίας.*

Ἀποστόλων κανὼν ιβ' ιγ' λβ' να'.

ιβ'. Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς, ἀφωρισμένος ἤτοι ἄδεκτος, ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ, ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς.

ιγ'. Εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.

λβ'. Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ ἐπισκόπου γένηται ἐν ἀφορισμῷ, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δεχθῆναι ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτόν· εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

B να'. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ὅτι πάντα καλὰ λίαν καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποιήσεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

Συνόδου Νικαίας κανὼν ε' ιβ' ιγ' ις'.

ε'. Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, κ. τ. λ.

ιβ'. Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες ὡς κύνες, ὥς τινας καὶ ἀργύρια προέσθαι, C καὶ βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι, οὗτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας· ὅσοι μὲν γὰρ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις τὴν ἐπιστροφὴν, ἔργῳ καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι· ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν, οὗτοι ἐξάπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

C ιγ'. Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων, ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ τελευταίου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου τοῦτον μὴ ἀποστερεῖσθαι· εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας τυχὼν, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω, ἄχρις ἂν πληρωθῇ ὁ ὁρισθεὶς ὑπὸ τῆς μεγάλης συνόδου χρόνος· καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.

ις'. Ὅσοι ῥιψοκινδύνως, κ. τ. λ.

[28*] Can. Nicæn. [29] Neoc. 3; Afric. 10; Siric. 5; Innoc. 10; Leonis 24. [30] Valent. 19. [31] Arel. 6, Carth. 7; Valent. 21; Innoc. 22; Cœlest. 15; Leonis 24.

Συνόδου Ἀντιοχείας κανὼν ς'.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γεγόνε, κ. τ. λ.

Συνόδου Λαοδικείας κανὼν λς'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς, μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς, ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν· τοὺς δὲ φοροῦντας, ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν δ' ις'.

δ'. Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντες βίον, τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς· ἐπειδή δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τάς τε Ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράσσουσι πράγματα, περιιόντες διαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια συνιστᾷν ἑαυτοῖς ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξε μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μὴ δὲ συνιστᾷν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον, παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· τοὺς καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ προσέχειν μόνῃ τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, ἐν οἷς τόποις ἀπετάξαντο προσκαρτεροῦντες· μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς, μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν ἢ ἐπικοινωνεῖν, καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια, εἰ μή ποτε ἄρα ἐπιτραπεῖεν διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· μηδένα δὲ προσδέχεσθαι ἐν τοῖς μοναστηρίοις δοῦλον ἐπὶ τῷ μονάσαι, παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου· τὸν δὲ παραβαίνοντα τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον, ὡρίσαμεν ἀκοινώνητον εἶναι, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται· τὸν μέν τοι ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, χρὴ τὴν δέουσαν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων.

ις'. Παρθένον ἑαυτὴν ἀναθεῖσαν τῷ Δεσπότῃ Θεῷ, ὡσαύτως δὲ καὶ μονάζοντα, μὴ ἐξεῖναι γάμῳ προσομιλεῖν· εἰ δέ γε εὑρεθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι· ὡρίσαμεν δὲ ἔχειν τὴν αὐθεντίαν τῆς ἐπ' αὐτοῖς φιλανθρωπίας τὸν κατὰ τόπον ἐπίσκοπον.

Συνόδου Σαρδικῆς κανὼν ιγ' ιδ'.

ιγ'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· Καὶ τοῦτο πᾶσιν ἀρεσάτω, ἵνα εἴτε διάκονος, εἴτε πρεσβύτερος, ἢ καί τις τῶν κληρικῶν ἀκοινώνητος γένηται, καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον τὸν εἰδότα αὐτὸν καταφύγοι, γινώσκοντα ἀποκεκινῆσθαι αὐτὸν τῆς κοινωνίας παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ χρῆναι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ καὶ ἐπισκόπῳ ὕβριν ποιοῦντα, παρέχειν αὐτῷ κοινωνίαν· εἰ δὲ τολμήσοι τοῦτο ποιῆσαι γινωσκέτω, συνελθόντων ἐπισκόπων, ἀπολογίᾳ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καθεστάναι.

Ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· Αὕτη ἡ κρίσις καὶ τὴν εἰρήνην πάντοτε διαφυλάξει, καὶ διατηρήσει τὴν πάντων ὁμόνοιαν.

ιδ'. Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· Τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν, κ. τ. λ.

Πάντες εἰρήκασιν· Ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν, κ. τ. λ.

A *Concilii Antiocheni canon 6.*

Si quis a proprio episcopo fuerit excommunicatus, etc., *ut pag.* 248.

Concilii Laodiceni canon 36.

Quod non oportet eos qui sunt sacrati, vel clerici, esse magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel astrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta, quæ quidem sunt ipsarum animarum vincula : eos autem qui ferunt, ejici Ecclesia jussimus.

Concilii Chalcedonensis canones 4, 16.

4. Qui vere et sincere monasticam vitam aggrediuntur, **261** digni convenienti honore habeantur. Quoniam autem nonnulli monachico prætextu
B utentes, et Ecclesias, et negotia civilia perturbant, et temere, citra ullam discriminis rationem, in urbibus circumcursantes, quinetiam monasteria sibi constituere studentes, visum est nullum usquam ædificare nec construere posse monasterium, vel oratoriam domum, præter sententiam ipsius civitatis episcopi : monachos autem, qui sunt in unaquaque regione et civitate, episcopo subjectos esse, et quietem amplecti, et soli jejunio et orationi vacare, in quibus ordinati sunt locis fortiter perseverantes, nec ecclesiasticis, nec sæcularibus negotiis se ingerere, vel communicare, propria relinquentes monasteria, nisi quandoque a civitatis episcopo eis permissum fuerit : nullum autem in
C monasterii servum recipi, ad hoc ut sit monachus, præter voluntatem sui domini. Eum autem qui hanc nostram definitionem transgreditur, definimus esse excommunicatum, ne nomen Dei blasphemetur : civitatis autem episcopum oportet eam quam par est monasteriorum curam gerere.

16. Virginem, quæ se Domino Deo dedicavit, similiter et monachos non licere matrimonio conjungi. Sin autem hoc fecisse inventi fuerint, sint excommunicati. Ostendendæ autem in eos humanitatis auctoritatem habere statuimus episcopum ejus loci.

Concili Sardicensis canones 13, 14.

13. Osius episcopus dixit : Hoc quoque omnibus
D placeat : ut si diaconus vel presbyter, vel etiam aliquis ex clericis sit excommunicatus, et ad alium episcopum, qui eum novit, confugerit, scientem eum a proprio episcopo esse **262** communione motum, non oportere episcopo et fratri suo injuriam facientem, ei communionem præbere. Sin autem hoc facere ausus fuerit, sciat cum convenerint episcopi, seipsum causam esse dicturum.

Omnes episcopi dixerunt : Hoc judicium et pacem usque custodiet, et omnium concordiam tuebitur.

14. Osius episcopus dixit : Quod quidem me undequaque movet, etc., *ut pag.* 723.

Omnes dixerunt : Qui ejicitur, potestatem habet, etc., *ut pag.* 723.

Concilii Carthaginensis canon 65.

De Equitio (99) *episcopo damnato.*

65. Aurelius [32] episcopus dixit : Equitii (1) etiam olim merito suo episcopali sententia damnati, non arbitror prætereundam esse legationis causam, ut si forte eum in illis partibus reperit, sit eidem fratri nostro curæ pro Ecclesiæ statu quod oportuerit, vel ubi licuerit, adversus eum peragere.

Ab universis episcopis dictum est : Multum placet et ista prosecutio; maxime cum olim damnatus sit Equitius, et ejus impudens inquietudo pro statu et salute Ecclesiæ magis magisque ubique repellenda.

Et subscripserunt : Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, et prælecto subscripsi : similiter et cæteri episcopi subscripserunt.

263 *Concilii œcumenici* VI *canon* 21.

21. Qui canonice quorumdam criminum rei facti, propterea perfectæ ac perpetuæ depositioni subjecti, in laicorum locum detrusi sunt, si quidem ad conversionem sua sponte respicientes peccatum deflent, propter quod a gratia exciderunt, et ab eo se penitus alienos efficiunt, clerici habitu tondeantur. Sin autem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, utpote qui mundanam conversationem vitæ cœlesti præposuerint.

Ἐν διαφόροις μὲν συνόδοις καὶ ὑπὸ διαφόρων τοῦτο πολλάκις ἐγένετο, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου γέγονε, καὶ ἐπὶ Μαρκέλλου ἐπισκόπου Ἀγκύρας, καὶ Μακαρίου, καὶ ἑτέρων πολλῶν, ὡς εἴρηται. Παρακλήσει δὲ λαοῦ ζητοῦντος τὸν ἴδιον ποιμένα ἐγένετο ἐπὶ Ἡρακλᾶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, οὗ διάδοχος Διονύσιος, εἶτα Μάξιμος, ἔπειτα Θεωνᾶς, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἅγιος ἱερομάρτυρ Πέτρος. Ἐγένετο δὲ τοιῶσδε· Ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἡρακλᾶ Ὠριγένης ὁ καλούμενος Ἀδαμάντιος, τὴν ἰδίαν φανερῶς ἐξηγούμενος αἵρεσιν, τετράδι καὶ παρασκευῇ. Τοῦτον τοίνυν ὡς παραποιοῦντα τὴν ὑγιαίνουσαν διδασκαλίαν, καὶ παραχαράσσοντα τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἐχώρησεν ὁ αὐτὸς ἅγιος ἐπίσκοπος Ἡρακλᾶς καὶ ἐδίωξε τῆς Ἀλεξανδρείας. Ὁ δὲ αὐτὸς ἐκκήρυκτος Ὠριγένης, ἀπερχόμενος εἰς τὰς τῆς Συρίας πόλεις, κατήντησεν εἰς πόλιν ὀνομαζομένην Θμούην, ἐπίσκοπον ἔχουσαν ὀρθόδοξον ὀνόματι Ἀμμώνιον, ὃς καὶ ἐπέτρεψε τῷ αὐτῷ Ὠριγένει ὁμιλῆσαι λόγον διδακτικὸν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. Τοῦτο δὲ ἀκούσας ὁ πάπας Ἡρακλᾶς ὁ εἰρημένος, ἐξῆλθεν εἰς Θμούην, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο καθῄρεσε τὸν Ἀμμώνιον, καὶ παρέδωκεν ἀμφοτέροις, τῷ Ἀμμωνίῳ, φημὶ, καὶ τῷ Φιλίππῳ, τὴν ἐπισκοπὴν Θμούης. Μετὰ δὲ τὸ ἀποστῆναι τὸν ἅγιον Ἡρακλᾶν ἐκεῖθεν, ὁ μὲν θαυμαστὸς Φίλιππος οὐδ' ὅλως ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ συνθρόνου· ἀλλ' ἐξημένου τοῦ Ἀμμωνίου, ἤγουν λειτουργοῦντος, ἵστατο ὀπίσω αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς τοῦ Ἀμμωνίου ζωῆς. Ὅτε δὲ ἐκοιμήθη ὁ Ἀμμώνιος, τότε ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ θρόνου ὁ Φίλιππος, καὶ ἐγένετο τῶν ἐπισήμων ἐν ἀρετῇ, καὶ θαυμαζομένων ἐπισκόπων. Ὅτι τὸν Ἄρειον διάκονον ὄντα καθῄρεσεν ὁ ἐν ἁγίοις ὁσιομάρτυρ Πέτρος, καὶ ἐξωστράκισε τῆς Ἐκκλησίας τελείως. Ἀχιλλᾶς δὲ ὁ ἐν ἁγίοις διάδοχος αὐτοῦ τοῦ ἱερομάρτυρος Πέτρου Ἀλεξανδρείας τοῦτον οὐ μόνον ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτερον ἐχειροτόνησε, καὶ φροντίζειν τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείου ἔταξεν. Ὅτι τὸν Εὐτυχῆ καθαιρεθέντα ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαυϊανοῦ, ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ ὁ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων ἐδέξαντο μετὰ θάνατον ἐκείνου. Ὅτι τὸν ἥλιον καὶ φωστῆρα τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν τὸν ἁγιώτατον Χρυσόστομον, καθαιρεθέντα (πῶς ἔφερε δίκη;) ὑπὸ Θεοφίλου ὁμοδόξου ἐπισκόπου χωρὶς τῶν ἄλλων πατριαρχῶν, ἐδέξαντο καὶ συναπεδέξαντο. Ὅτι Πέτρον τὸν Μηλίτου, καθαιρεθέντα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, οὐ μόνον ἐδικαιώσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Σάρδεων μητροπολίτην πεποιήκαμεν. Ὅτι καὶ ἑτέρους πλείστους καθ-

INTERROGATIO IX.

Quando abdicati episcopi, iterum juxta canones, vel populo sibi commisso postulante, pristinam dignitatem receperunt?

RESPONSIO.

In diversis quidem synodis, et a diversis episcopis id sæpenumero factum fuit, quemadmodum et sancto Anastasio et Marcello episcopo Ancyræ, et Macario, aliisque multis, ut ante diximus, accidit. Favore autem populi proprium pastorem petentis B idem evenit Heraclæ sanctissimi Alexandriæ patriarchæ, cui successit Dionysius, deinde Maximus, mox Theonas, et post hunc sanctus martyr Petrus. Res autem ita se habuit: agebat in humanis ejusdem sanctissimi Heraclæ temporibus Origenes cognomine Adamantius, et quarta et sexta feria in suis ad populum sermonibus excogitatam a se hæresim manifeste declarabat. Hunc utpote subvertentem sanam doctrinam, et adulterantem orthodoxam fidem e fidelium cœtu segregavit idem sanctus episcopus Heraclas, et Alexandria pepulit. Ejectus autem eo pacto Origenes in Syriam abiit, pervenitque ad urbem nomine Thmuim, cui orthodoxus episcopus præerat nomine Ammonius. C Hic sermonem præceptorium in Ecclesia Origenem habere permisit. Quod cum ante dictus papa Heraclas intellexisset, Thmuim accessit, et eam ob causam deposuit Ammonium, tradiditque ambobus, Ammonio inquam et Philippo, illius urbis episcopatum. Postquam autem sanctus Heraclas inde discessit, eximius quidem Philippus nullo pacto adduci potuit ut in communi throno consideret; sed Ammonio sedente, hoc est sacra mysteria celebrante, stetit retro ipsum cunctis diebus, quibus in humanis degit Ammonius; verum eo obeunte, tunc in throno sedit Philippus, unusque ex episcopis virtute insignibus, et a cunctis admirationi habitis evasit. Arium, cum adhuc diaconus esset, sanctus martyr Petrus deposuit, et extra Ecclesiam D penitus eliminavit. Sanctus vero Achillas ejusdem martyris Petri Alexandrini successor, hunc non modo in communionem recepit, sed et presbyterum fecit, eumque Alexandrini gymnasii curam gerere voluit. Eutychem a sancto Flaviano depositum, Alexandrinus, Antiochenus, et Hierosolymitanus episcopi post ejus obitum in suam ipsorum communionem recepere. Sanctissimum Chrysostomum humanarum animarum solem et luminare a Theophilo ejusdem cum ipso fidei episcopo, cæteris patriarchis insciis atque inconsultis (quomodo passa est justitia?), depositum, universa Ecclesia pro episcopo habuit, et unanimi consensu in sua communione retinuit. Petrum Meliti episcopum a sancto Methodio damnatum non modo nos absolvimus,

sed et Sardium metropolitam creavimus. Denique alios plurimos ob delicta a sancto Ignatio depositos, nos suscepimus, aliosque a nobis depositos idem sanctus Ignatius in sui communionem recepit.

INTERROGATIO X.

Quot ab œcumenicis synodis defecere?

RESPONSIO.

A prima utique duodeviginti, et hi quidem celebriores. Plures vero ab altera, qui una convenientes triginta sex numerum explebant. A tertia triginta, et pontifex Antiochenus. A quarta infinita multitudo, imo et omnes qui Dioscoro studebant, quique nec subscripserunt.

A αιρεθέντας ἐπὶ ἐγκλήμασι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰγνατίου ἡμεῖς ἐδεξάμεθα, καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν καθαιρεθέντας ὁ ἐν ἁγίοις Ἰγνάτιος ἐδέξατο.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι'.

Πόσοι τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἀπέστησαν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τῆς μὲν πρώτης ὀκτὼ καὶ δέκα οἱ λογιωτέροι· τῆς δὲ δευτέρας πλείονες, οἳ καὶ συνελθόντες ἅμα τριάκοντα καὶ ἓξ ἐτέλουν. Τῆς τρίτης τριάκοντα καὶ ὁ τῆς Ἀντιοχείας. Τῆς τετάρτης πλῆθος ἄπειρον, καὶ οἱ τοῦ Διοσκούρου πάντες, οἳ οὐδ' ὑπέγραψαν.

ANNIS DOMINI DCCCLXX — DCCCXC.

PETRUS SICULUS,

ET

PETRUS, ARGORUM EPISCOPUS.

NOTITIA.

(MONGITORIUS, *Bibliotheca Sicula* t. II, *pag.* 158-160.)

Petrus Siculus, ita dictus quia in Sicilia ortus, vir genere clarus, doctissimus ac celeberrimus. Ut Saracenorum tyrannidem in Sicilia incrudescentem declinaret, in Orientem fugit anno 830, ex Octavio Caetano in *Animad. ad tom. II SS. Siculor.* pag. 18, ibi diuturnam protraxit moram; et ob eximiam doctrinam Basilio imperatori ejusque filiis Constantino et Leoni gratissimus fuit. Apud ipsos permagna valuit auctoritate, qui et nonnullis beneficiis Petrum exornarunt. Ab ipsis legatus missus Timbricam Armeniæ urbem anno 870, ut captivos Christi fideles permutaret, ibique nonimestre spatium exegit, ac demandatam sibi provinciam feliciter absolvit. Cum autem plenam hæresis Manichæorum cognitionem accepisset, hujus historiam scripsit erroresque docte impugnavit. De eo Baronius, *tom. X Annal.* an. 870, n. 66.; hujus etiam meminit tom. VIII, an. 653, n. 14. At tom. IX, ann. 722, n. 1; anno 810, n. 4, et an. 685, n. 2, Lucam Siculum vocat. De eo etiam Caetanus cit. pag. 18 et 27; Possevinus in *Appar. Sacr.* tom. III, pag. 69. At tom. II, *pag.* 354, sub Lucæ Siculi nomine; diversum enim Lucam Siculum a Petro Siculo ex Baronii errore putavit: sed ut oculatissimus Gerardus Jo. Vossius *De hist. Græcis*, lib. IV, cap. 19, p. 490, Casimirus Oudinus in *Supplemento ad Bellarminum De scriptor. ecclesiasticis*, pag. 261, et Nicolaus Antonius in *Biblioth. Hispana vet.* tom. I, lib. V, cap. 7, n. 395, animadvertunt, idem est. Vide etiam Joannem Bollandum in *Actis SS. Januarii* tom. II die 25. Januar, 1125; Hautbertum Miræum, in *Auctar. Biblioth. Eccles.* cap. 256, p. 230: Matthæum Raderum in *Observat ad hist. Petri Siculi* qui in dubium revocat sitne ille, quem Joannes Carapotales in suæ historiæ exordio, Siculum magistrum vocet, et Petrum Siculum intelligendum suspicatur. At Caetanus cit. p. 18, putat de Michaele Glyca historico Siculo accipi debere, quod ex utriusque historiæ fine plane colligitur. Vossius vero cit. in *Addict. pag.* 542, dubitans an hic magister Siculus Carapotali et Cedreno in *Exordiis hist.* memoratus, sit Michael Glycas, Petrus Siculus, an Joannes Siculus, verisimilius putat de Joanne Siculo intelligi; at lib. IV, cap. 21, pag. 499, de Joanne Siculo historico scribens ait: Philippum Labbæum, in *Delineatione apparatus ad historiam Byzantinam*, p. 44, alibi nodum hunc dissoluturum promisisse. Vide etiam Franciscum Scorsum in Epistola ad Lectorem *Homil.* Theoph. Ceramæi; Philippum Labbæum in *SS. Patrum*, etc. *Bibliotheca Chronol.* p. 106; Guillelmum Cave, in *Scriptor. Ecclesiast. histor. litter.*, an. 870, p. 392; Lud. Morerium in *Dict.* tom. II, p. 857; et L. Ellies Dupin, in *Biblioth. auctor. eccles.* tom. VIII, cap. 17, pag. 194.

Scripsit Petrus Siculus *Historiam de vana et stolida Manichæorum hæresi* quam ms. Græce asservabat Vaticana bibliotheca (Bavarica, ait Vossius cit.). Hujus fragmenta quædam Latinitate donata a Jacobo Sirmondo Soc. Jesu edidit Baronius, t. VIII, IX, et X, loc. cit. et alibi, unde a Sirmondo Roma hæc Historia ad Marcum Velserum missa tunc Augustæ Vindelicorum, et ab isto ad Matthæum Raderum transmissa est, ut Latinam faceret, ac typis daret, quod effecit, prodiitque Græce et Latine notisque illustrata, hoc titulo insignita : *Petri Siculi Historia ex ms. codice bibliothecæ Vaticanæ Græce, cum Latina versione edita per Matthæum Raderum e soc. Jesu*, Ingolstadii ex typographia Adami Sartorii 1604, in-4. inde Latine tantum in tom. II *Supplementi ad Bibliothecam Patrum*, Parisiis apud Ægidium Morellum 1639, in-fol. cum hac inscriptione : *Petri Siculi Historia de vana et stolida Manichæorum hæresi archiepiscopo Bulgarorum nuncupata.* Et tandem in nova Bibliothecæ Patrum editione, Lugduni apud Anissonios 1677, in fol. exstat in tom. XVI, pag. 753.

Possevinus in *Appar.* tom. III, pag. 69, alterius operis Petri Siculi meminit, ait enim : *Petrus Siculus de Manichæis pulchrum et elegantem librum Græce conscripsit, quem aliquoties Baronius cardinalis tom. VIII et IX ann. citat, quem item ad se ab eodem cardinali missum vertit noster Matthæus Raderus et Augustæ utraque lingua vulgavit. Idem quoque Græce Historiam scripsit, quam Græce et Latine a se versam Matthæus ipse Raderus Soc. Jesu protulit in lucem an. 1604, Ingolstadii.*

Ideoque præter Historiam supra relatam aliud Petri Siculi opus de Manichæis vertisse ac edidisse Raderum Augustæ opinatur Possevinus : at in errorem lapsum puto Possevinum; nunquam enim editum existimant viri eruditi : nec auctores allati de ipsius editione aliquid innuunt. Solummodo hoc opus a Radero memoratur in Epistola ad lectorem, Historiæ præfixa, ubi ait, quod Petrus Siculus in eadem Historia aliam lucubrationem promittit, in qua ad sex capita omnes Manichæorum errores reducit, eosque impugnat ; additque Jacobum Sirmundum ipsi dixisse, in Vaticana Bibliotheca duo eorumdem errorum capita servari, a Petro doctissime expugnata. Id ipsum tradit Du Pin citatus.

Petrus alter et ipse Siculus, ut ex Oratione edita in sanctum Athanasium patet, fuit Argivorum episcopus in Peloponneso. Octavius Caetanus in *Animad. ad tom. II SS. Sicul.* p. 18, incertum esse ait, an idem sit iste et supra relatus Petrus Siculus, qui de Manichæorum historia scripsit; sed leviter indicia, ut addit, hoc suadent, nempe idem nomen, eadem natio, idem tempus in quo floruere. At pag. 27, in sententiam quod diversi fuerint, propendet. In supradictam suspicionem incidit Franciscus Blanditius Catanensis Soc. Jesu apud Joannem Bollandum in *Actis SS.* tom. II, Januar. die 25, p. 1125 ; sed eumdem esse absolute affirmant Petrus Carrera in *Mem. Catanen.* vol. II, lib. VI, *pag.* 37 ; et lib. II, pag. 351, et Jo. Bapt. de Grossis in sua *Agathia*, cap. 30, p. 238, 242 seq. At ego cum Augustino Invoges in *Panormit. Sacr.* p. 207 et 208, et Josepho Bonafide Lucensi in libro *Palermo Patria di S. Agatha*, part. I, cap. 17, p. 129 ; et in *Supplem.* p. 74, puto alium omnino esse : quod hæ rationes suadent ; primo, quia Petri Siculi liber, *De erroribus Manichæorum*, tum in editione Raderi, tum in *Bibliotheca Patrum* titulum habet : *Petri Siculi Historia*, etc., oratio vero : *Petri humillimi Argivorum episcopi Epitaphium*, unde vides in hoc deficere verbum *Siculi;* etsi exstet apud Carreram, et Bollandum a Blanditio additum, ut idem Bollandus fatetur in *Actis SS.* Febr. I, p. 611, n. 105. At nationis nomen ex ipsius orationis narratione deducitur, ut Caetanus cit. observat, pag. 18. Secundo colligitur, quia qui de Petro Siculo supra relato scripsere, ut Baronius, Possevinus, Raderus, Miræus, Vossius, Oudin, Cave, Labbæus, aliique, nunquam affirmarunt, Petrum Argivorum episcopum fuisse. Tertio, quia utriusque operis stylus longe diversus. Quamvis autem Grossus, ut allatis rationibus respondeat vane desudet, attamen Grosso abunde respondit Bonafides *loc. cit.* Petrus igitur in Oriente vixit, litteris ac virtutibus clarus, et Argivorum episcopus fuit. Tempus quo vixit incertum , etsi Caetanus, cit. p. 18, primi Petri synchronum putet secundum. Hoc solummodo certum, quod cum in S. Athanasium Methones episcopum perorasset, qui anno 885 decessit, ex Caetano cit. tom. II *SS. Sicul.* p. 52; post annum 885 claruit, vel orationem in Athanasii morte, vel in anniversaria celebritate dixerit; quod incertum est. Scripsit Petrus orationem inscriptam : Petri humillimi Argivorum episcopi epitaphium in B. Athanasium Methones episcopum. Exstat in tom. II, *SS. Siculor.* Octavii Caetani pag. 52 et seq. ex codice ms. cœnobii S. Salvatoris apud Messanam. Quamvis autem Bollandus in *Actis SS.* Febr. tom. I, p. 611, n. 107, suspicetur, opus hoc forsan S. Petri Thaumaturgi ; at nostro Petro ascribit Caetanus, p. 52 ; et in *Animad.* p. 18 et 19. Aliique ex nostris supra citatis, et ex eadem Petri oratione non obscure eruit Caetanus. Allatam vero a Bollando conjectationem futilem esse ostendit Bonafides cit. loc. pag. 130. Exstant etiam apud Petrum Carreram vol. II, *Histor. Catanæ*, lib. I, p. 38 et seq., et apud Bollandum 31 Januarii pag. 1125, hoc apposito titulo : *De S. Athanasio episcopo Methonensi in Peloponneso vita, auctore Petro Siculo Argivorum episcopo, interprete Franc. Blanditio Soc. Jesu.* Quamvis autem hanc Vitam versam putet Bollandus a Blanditio, a quo accepit, attamen eadem est versio ab Augustino Florito Soc. Jesu edita, et a Caetano et Carrera delata , a Blanditio expolita, et in aliquibus corrupta, ut advertit Petrus Salernus in *Addict. ad animad.* cit. Caetani p. 9. Quod consideranti patet. Addo versionem a Carrera allatam non esse Leonardi Pate, ut putat Grossus loc. cit. pag. 239. Pate enim orationis Fragmentum solummodo vertit, ubi de D. Agatha : ita enim intelligendus Carrera, pag. 355.

NOTITIA ALTERA.

(LEQUIEN, *Or. Christ.* t. II, p. 184.)

Argus episcopus fuit Petrus genere Siculus Vitæ S. Athanasii Methonensis scriptor, sive Orationis funebris in beatum illum Methones episcopum : qui Athanasius eo tempore natus erat quo Saraceni primam in Siciliam incursionem fecerant, circa annum proinde 879. Scripsit et narrationem de Manichæis, quam Bulgarorum archiepiscopo nuncupavit. Initio operis se a primis temporibus Basilii imp. missum significat ad hæreticorum illorum progeniem, quæ in Armeniæ partibus pullularat: Ἐκεῖσε παραγενόμενος ἐν ἀρχῇ αὐτοκρατορίας Βασιλείου, τοῦ ἐκ Θεοῦ προκεχειρισμένου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἡμῶν. Cui ejusque filiis imperatoribus multos annos apprecatur. Atqui historiam hanc edidit cum nondum esset Argivorum episcopus renuntiatus, quod post annum 890, Nicolao mystico patriarcha Constantinopolitano factum esse colligitur ex synaxariis Græcis. In eo quippe quod est collegii Parisiensis PP. Soc. Jesu die 3 Maii memoria fertur « S. P. N. Petri Argivorum episcopi thaumaturgi, qui patriam habuit Constantinopolim, piissimis illic parentibus natus, qui cum omni familia sua monasticæ vitæ sese dedidere. Cum autem ob virtutis excellentiam eo adigeretur ut Corinthi archiepiscopatum admitteret, præ modestia ét humilitate vinci non potuit ut consentiret. Quocirca ordinato illic fratre suo Paulo, eum illuc secutus est. Verum Argivorum suique fratris precibus inductus, Argus episcopus consecratur. In primis charitate erga pauperes fulsit, imminentem Peloponneso famem prænuntiavit. Demum annum agens septuagesimum post sexcentos agones spiritum Deo reddidit. » In Chronico brevi Græco quod typis editum est post historiam Ducæ Michaelis Nepotis, ad annum 6929, Christi 1421, indict. XIV Januarii 21, fer. 3 : « Siguntonanes Latinorum episcopus dicitur sanctissimi Petri Nauplii et Argorum episcopi pretiosas reliquias ab urbe Argis Nauplium quæ episcopalis sedes est, transtulisse. Qui tunc illic præsentes fuere, asseverant, ubi sanctum monumentum apertum est, terram motu concussam esse. Odor etiam suavis multus manavit locum illum et aerem implens, sed et sepulcrum lumine splenduit. Pretiosæ reliquiæ multo honore depositæ sunt, quarum particulis a fidelibus acceptis, complures per illas sanati fuere. » Sancti hujus Argivorum episcopi Petri Oratio exstat in SS. Anargyros Cosmam et Damianum.

DE PETRO SICULO EJUSQUE OPERE

MONITUM.

(ANG. MAI, Bibliotheca nova t. IV, par. II, pag. 1.)

—

1. De Petro Siculo, qui medio sæculo nono claruit, verba diu non faciam, postquam ejus notitiam satis uberem tradidit Mongitorius in Sicula bibliotheca t. II, p. 158-159. Nempe is patriam tyrannide Saracenorum oppressam fugiens, Byzantium mature se contulit, ibique Basilii Macedonis ejusque liberorum Cæsarum gratiam nactus, in Armeniam legatus abiit propter captivorum permutationem; atque illic in urbe Tibrica anno fere demoratus, Manichæorum multitudinem deprehendit, qui Pauliciani tunc dicebantur, ex Paulo scilicet quodam Samosatensi, qui aliquanto post Manetis supplicium, hæresim illam continuavit, perque discipulos ac successores late ampliavit. Ex illa igitur mora ac notitia ortum est Petro consilium scribendi historiam Manichæorum, a primo mali auctore usque ad suam ætatem, cum ipsius hæreseos refutatione. Fabricius quoque *B. G.* t. VII, p. 329, de Petri opere pro instituto suo breviter dixit. Wolfius denique in Præf. ad *Anecdot. Gr.* t. I, comparationem Petri cum Photio, paris argumenti scriptore, instituit. Jamdiu dixerat Montfauconius, *B. Coislin.* p. 349, Photium historicæ suæ lucubrationis partem maximam ex Petro Siculo desumpsisse. At Wolfius dubitare maluit, utrum Photius ex Petro, an ex Photio Petrus rem mutuatus sit. Ego vero in Montfauconii sententiam pedibus eo. Etenim quum Petrus non auctorem se libri tantummodo, sed rei gestæ actorem semet dicat; et quidem res atque arcana Manichæorum apud eos præsentem cognovisse, et disputationes cum illis habitas in commentarios contulisse, Basilii regnantis anno secundo, quis eum a Photio potius materiam hanc derivasse, credibiliter dicat? Cumque Petrus ad nobilissimum scribat præsulem, Bulgariæ videlicet archiepiscopum, quis eum tam impudentem fuisse existimet, ut opus ex alienis scriptis potius, et quidem hominis tunc viventis, compilatum quam proprium mitteret ? Photium contra plagiarii more se gerere solitum, satis me docuisse puto, cum ejus Amphilochia edidi. Quod si invidiosus plagiarii titulus displicet, at Photium certe alienorum sæpe scriptorum recitatorem dicere licet, veluti in Nomocanone ac Syntagmate, et in ipso clarissimi nominis Myriobiblo. Quid ? Tractatus ejus, ut vulgo creditur, adhuc

ineditus de Spiritus sancti processione, nonne in pervetere codice Vaticano inscribitur auctori Metrophani Smyrnarum ætate photiana episcopo?

2. Nunc ut ad rem nostram proprius accedamus, Paulicianorum sui temporis hæreticorum, qui Manichaicam doctrinam profitebantur, historiam scripsit Petrus uno libro comprehensam; quam altius repetens ut jam diximus, ab Manete ipso, imo et retro aliquantum, exorsus est. Hac elucubrata, reique argumento exposito, sex deinde sermones continuavit, quibus pessimos sectæ errores viriliter refutavit. Id vero præstans opus in unico conservatum fuit, quantum hactenus constat, Vaticano codice 511, membraneo, vetere, et ab auctoris temporibus parum distante. Partem ejus historicam, id est librum sermonibus sex præpositum, exscriptam hinc magnus Jac. Sirmundus ad Velserum in Germaniam misit; cujus nactus apographum Matth. Raderus typis cum Latina Interpretatione commisit Ingolstadii anno 1604 Cæteroqui Sirmondus monuerat, teste Radero, alia duo in Vaticano codice legi capitula, totidem refutantia Manichæorum errores, sed ea nudis propemodum divinarum Litterarum testimoniis constare. Revera tamen Sirmondi affirmatio (si forte is memoriæ lapsu ita dixit) bis laborat; primo quia non duo, sed tres, post historiam remanent in codice Vat. sermones: iterum, quia sacræ quidem Scripturæ testimonia his sermonibus subtexuntur, neque tamen eos constituunt. Interim dolendum est, quod sex sermonum a Petro compositorum priores tres tantummodo in Vaticano exemplari supersunt, ut postea dicemus, reliquis æterna fortasse nocte sepultis, aut temporis injuria consumptis.

3. Quæ cum ita sint, equidem observato ante hos annos Vaticano codice, qui cum sit unicus, magni pretii est, et periculis etiam fortunæ obnoxius, constitueram tres ineditos tantummodo post historiam sermones typorum munimento abs quovis fortuito interitu vindicare, et obrutam in his doctrinam ad communem usum perferre. Etenim ex quo Sirmondus codicis notitiam protulit, et historicum librum Raderus vulgavit, ducenti fere et quinquaginta anni effluxerunt, quin tamen operis reliqui, quantum ibi continetur, editio abs quovis curata sit. Quin adeo parti editæ nonnulli quidem doctissimi homines (loc. cit. apud Fabric. et Wolf.) secundas curas adhibere prout res poscebat optarunt; sed tamen casso semper effectu id promiserunt. Ego vero Raderi editionem cum Græco parumper conferens, dolendam valde et intolerandis mendis refertam comperiebam. Id autem contigisse puto, non quia Sirmondus Græcitatis et codicum peritissimus (si certe manu propria usus fuit) prave exscripserit, sed quia Raderi editio non ex ipso Sirmondi autographo, sed ex traditis typothetæ schedis derivata videtur; cujus rei mihi indicium erant loci nonnulli, ubi Latina Raderi editio a Græca ejusdem differt, id quod fieri sine diverso Græco exemplari non potuit. Præterea insigniora quædam menda inde manarunt, quod scripturæ compendia, seu verborum, ut dicimus, nexus non sunt intellecti, ideoque perperam explicati, id quod evidentibus deinde exemplis comprobabo. Sed enim ne Latina quidem Raderi interpretatio, quanquam bonæ Latinitatis ornatu se commendat, Græco textui quanta oporteret fidelitate respondet; manifestis imo erroribus a veritate non semel discedit: qua re mature intellecta Wolfius præf. cit. p. 6, dixit, novam Petri Siculi versionem omnino requiri. Hæc me rei momenta impulerunt, ut historiæ ipsius editionem novam ex originali codice perquam accurate exprimendam curarem; Latinam quoque interpretationem marte proprio stylo simplici adornarem: non quia me Radero anteferam, sed quia sic necessitas postulare videbatur: scholia etiam identidem adjungerem quæ vel instituti mei rationem reddunt, vel Raderi librum emendant, vel denique historiam aut philologiam respiciunt. Certe nisi totum Petri Siculi scriptum simul protulissem, editio admodum imperfecta foret; namque ut historia refutationem, ita hæc vicissim historiam illustrat, quæ conjunctim omnia ad lectoris eruditionem oculis subjicienda fuerunt.

4. Pars cæteroqui nova, ideoque nobilior, libri nostri est, insigne operis additamentum, nunc primum ex Vaticano codice sumptum, id est tres antirrhetici contra Manichæos Petri Sermones, ex numero senario superstites; quorum primus adversus capitalem sectæ de duobus principiis errorem: secundus, quo beatissimæ Virginis Deiparæ honor defenditur: tertius denique perbrevis de sacrosancta Eucharistia. Atque hic tertius, vix cœptis sacræ Scripturæ testimoniis, in codice abrumpitur, revulsis olim nescio quo casu quaternionibus, quibus tres posteriores sermones perscribebantur; nempe quartus, de sanctæ crucis veneratione; quintus, de Veteris Testamenti auctoritate; sextus de presbyteratu seu sacerdotio: namque hæc fuisse deperditorum argumenta sermonum, ex historia cap. 10, cognoscimus. Porro an hi postremi alicubi lateant, lucemve forte aspecturi sint, valde dubito, quandoquidem priores quoque ex codice, ut dixi, unico, vix tandem aliquando nunc emergunt.

ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΧΡΕΙΩΔΗΣ ΕΛΕΓΧΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΑΙΡΕΣΕΩΣ [a] ΤΩΝ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΠΑΥΛΙΚΙΑΝΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΗΘΕΙΣΑ ΩΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ (1).

PETRI SICULI

HISTORIA UTILIS ET REFUTATIO ATQUE EVERSIO

HÆRESEOS MANICHÆORUM QUI ET PAULICIANI DICUNTUR

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPO NUNCUPATA.

(Ang. Mai, *Nov. Biblioth. Patrum*, t. IV, p. 305.)

—

1-3 I. Etsi utiliter ignorantia silentio tegitur, A nihilominus necesse est haud diutina taciturnitate premere, quæ tacenda minime sunt. *Dominus enim erudit cæcos* [1], et simplicium verborum cum fide prolatorum gratiorem habet balbutiem, quam rhetoricorum sermonum casses labyrinthi instar complicatos. Ergo et ego, quanquam sermone rudis, attamen sanctam Trinitatem, solum verumque Deum nostrum invocans, qui super omnia et per omnia et in omnibus glorificatur, qui omne os ad ipsum patens replet [2]; vestras simul auxiliares habere preces postulans, o princeps pastorum sacri nuperque collecti ac pretiosi gregis Dominici, cum omnibus qui tibi adsunt venerandis pastoribus et universo Ecclesiæ cœtu; constitui deinceps ad vos scribere de Manichæorum, qui et Pauliciani B dicuntur, detestanda hæresi; undenam, et quomodo, et quamobrem in hanc furiose 4 defectionem evaserit. Neque enim hi diversi ab illis sunt, sed iidem Pauliciani ac Manichæi, qui inventas a se nefandas hæreses antiquioribus connexuerunt

[Cod. vat. DXI. f. 80. b.] Α'. Εἰ καὶ χρησίμως ἡ ἀγροικία τῇ σιωπῇ συγκαλύπτεται, ἀλλ' ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ μακρᾷ σιωπῇ παραδοῦναι τὰ σιωπῆς οὐκ ἄξια. *Κύριος γὰρ σοφοῖ τυφλούς*, καὶ τῶν ἐκ πίστεως προερχομένων ἁπλῶν ῥημάτων μᾶλλον προσίεται τὰ ψελλίσματα [b], ἢ τῶν ῥητόρων τὰς ἐκ τῶν λόγων ἄρκυς διελιττομένας καθάπερ λαβύρινθον. Τοιγαροῦν κἀγὼ εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ τὴν ἁγίαν Τριάδα τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπικαλεσάμενος, τὸν ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι δοξαζόμενον, καὶ πληροῦντα πᾶν στόμα δι' αὐτὸν ἀνοιγόμενον, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς συμμάχους αἰτούμενος λήψεσθαι ὡς ἀρχιποίμην [c] τῆς νεολέκτου [d] ἱερᾶς καὶ τιμίας τοῦ Κυρίου ποίμνης (2), σὺν πᾶσι τοῖς περὶ σὲ θείοις ποιμέσι, καὶ παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι, συνεῖδον καθεξῆς γράψαι ὑμῖν περὶ τῆς τῶν Μανιχαίων τῶν καὶ Παυλικιάνων λεγομένων μυσαρᾶς αἱρέσεως, ὅθεν τε καὶ ὅπως καὶ διὰ τίνων ἐπὶ ταύτην ἤλασε μανιωδῶς τὴν ἀποστασίαν (3)· οὐ γὰρ ἄλλοι οὗτοι, καὶ ἄλλοι ἐκεῖνοι, ἀλλ' οἱ αὐτοὶ Παυλικιάνοι καὶ [cod. f. 81.] Μανιχαῖοι

[1] Psal. CXLV, 8. [2] Psal. LXXX, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Nescio cur Raderus in suo libro addiderit τῆς κενῆς καὶ ματαίας. [b] Rad. ψελίσματα, et mox ἄρκις. [c] Ita cod. [d] R. νεολέκτης.

NOTÆ.

(1) Dolendum est, quod ne noster quidem historicus nomen recitet hujus Bulgariæ archiepiscopi, quod reapse adhuc latet, deque eo disquiritur apud Coletum Illyr. sacr. T. VIII. p. 183, ubi de sede achridana.

(2) Bulgariæ ad Christianam fidem conversionem circa hæc tempora, id est medio fere sæculo nono, contigisse, cum alii passim dicunt, tum accurate narrat Coletus loc. cit.

(3) Ἀποστασία hoc loco dicitur non a religione sed ab imperio defectio. Nam diserte Cedrenus ed. Paris. p. 541, Manichæos dicit sævitia hostium Byzantinorum adactos, πρὸς ἀποστασίαν ἀπιδεῖν, *ad defectionem spectasse.*

ὑπάρχουσιν, ταῖς τῶν προηγησαμένων αἱρέσεσι τὰς A ἐξευρεθείσας αὐτοῖς μυσαρὰς αἱρέσεις ἐπισυνάψαντες, καὶ ἓν ἀπωλείας βάραθρον ἐπορύξαντες [e]· εἰ γὰρ καὶ τῶν αἰσχρουργιῶν [f] αὐτῶν εἰσιν, ὡς αὐτοί φασιν, ἀμέτοχοι, ἀλλὰ τῶν αἱρέσεων αὐτῶν ἀκριβεῖς εἰσι φύλακες.

Β'. Ἀναγκαίως δὲ τοῦτο πεποίηκα [g], ἐπειδὴ δουλείας τινὸς βασιλικῆς ἕνεκεν ἐκεῖσε παραγενόμενος ἐν ἀρχῇ τῆς αὐτοκρατορίας Βασιλείου τοῦ ἐκ Θεοῦ προκεχειρισμένου μεγάλου βασιλέως ἡμῶν, τοῦ πᾶσι τοῖς θείοις χαρίσμασιν ὑπερφυῶς κεκοσμημένου [h], τοῦ εὐσεβῶς καὶ θεοφιλῶς τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν καὶ Χριστιανικωτάτης, ἀρχῆς τὰ σκῆπτρα διέποντος· ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὰς ἐτῶν περιόδους διέψοντος [i] ἅμα [j] τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ υἱέσιν καὶ θεοστέπτοις βασιλεῦσιν ἡμῶν (4), ὧν ἀνεπίληστος καὶ ἄλ- B ληκτος [k] καὶ αἰωνία ἡ μνήμη καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι διαφυλαχθείη, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἡ δὲ δουλεία ἡμῶν, αἰχμαλώτων ἦν ὑπαλλαγή (5), ἥτις καὶ καλῶς γεγένηται ἐν τῇ ζωῇ καὶ χαρᾷ τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτῶν. Χρονοτριβήσας τοίνυν ἐν τῇ αὐτῇ δουλείᾳ πρὸς τοὺς Παυλικιάνους ἐν Τιβρικῇ (6), καὶ πολλάκις αὐτοῖς διαλεχθείς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ πολλῶν ὀρθοδόξων ἐκεῖσε [l] κατοικούντων ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῶν μαθών· [cod. f. 81. b.] πάλιν δὲ καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων ἀκούσας φληναφούντων ὡς μέλλουσιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀποστέλλειν ἐν τοῖς τόποις Βουλγαρίας τοῦ ἀποστῆσαί τινας τῆς ὀρθοδόξου C πίστεως καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν καὶ μεμιαμμένην αἵρεσιν ἐπισπάσασθαι, τῇ ἀρχῇ τοῦ θείου κηρύγματος θαῤῥοῦντες, καὶ οἰόμενοι ὡς εὐκόλως δυνήσονται τῷ ἀδόλῳ [m] καὶ ἀληθινῷ σίτῳ τὰ οἰκεῖα σπεῖραι ζιζάνια [n]· εἰώθασι γὰρ τοῦτο πολλάκις ποιεῖν οἱ ἀνόσιοι, καὶ πολλοὺς κόπους καὶ κινδύνους προθύμως ἀναδέχεσθαι πρὸς τὸ μεταδιδόναι τῆς οἰκείας λοίμης [o] τοῖς παρατυγχάνουσι διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐπὶ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν· κἀγὼ μὲν ὁ εὐτελὴς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχος, τὰ γνωρισθέντα μοι πεπονημένως τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας ἕνεκεν [p], ὑμῖν τοῖς [q] δο-

hæresibus, unumque simul perditionis barathrum effoderunt. Quanquam enim priorum turpitudines ut certe ipsi aiunt, non participant, eorumdem tamen errores mordicus tenent.

II. Hanc autem lucubrationem necessario confeci, postquam regiæ cujusdam legationis officio ad illas regiones veni, circa initia regnantis Basilii a Deo electi, magni nostri imperatoris, omni divinorum munerum genere magnifice exornati, qui pie religioseque Romani, id est Christianissimi imperii sceptrum tenet, multisque annorum periodis cum sanctis liberis suis tenebit, a Deo coronatis regibus nostris, quorum incessabilis nullaque oblivione delenda, immortalis, inquam, memoria, tum hoc tum futuro ævo, precibus et intercessione sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ omniumque sanctorum, perseverabit. Nostra vero legatio pro commutandis captivis fuit, quæ et felicem exitum nacta est, viventibus atque gratulantibus sanctis imperatoribus. Ergo diu per hanc legationem apud Paulicianos in urbe Tibrica commoratus, et sæpe 5 cum iis disputando locutus, necnon ab orthodoxis, qui multi illic habitant perquam accurate edoctus; præterea cum ab illis quoque impiis ac delirantibus cognovissem, fore ut aliquos de suo cœtu in Bulgariam mitterent, qui incolarum partem ad suam impuram traducerent hæresim, fundamento divinæ prædicationis fidentes, putantesque facile se posse sincero veroque tritico zizania sua superseminare: solent enim hoc sæpe facere impii, multosque labores ac pericula alacriter adire, ut pestilentiam suam iis qui occurrerint afflent: propterea hoc ego cepi consilium, quanquam abjectus homo et cujuslibet virtutis expers, ea quæ non sine labore cognovi, communis tutelæ causa, vobis egregiis trapezitis tradendi [a]. Tu vero, sacrum venerandumque caput, vocabulorum invenustatem dissimulans, munus nostrum

[a] Matth. xxv, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[e] R. addit ἀπορύξαντες. [f] R. αἰσχροεργιῶν. [g] R. παρεποίηκα. [h] R. κεκοσμημένος. [i] R. διέχοντος. [j] Cod. αἷμα. [k] R. ἄνηκτος. [l] R. κεῖσε. [m] R. ἀδήλῳ. [n] Cod. ζηζάνια hic et alibi. [o] R. λοίμην. [p] R. ἕνεκα. [q] Deest τοῖς apud R.

NOTÆ.

(4) De his Basilii filiis augustis dicetur inferius.

(5) Basilii nuper imperantis bella adversus Manichæos et eorum protectores Saracenos, narrant passim historici Byzantini. Et quidem ingens vitæ aut libertatis discrimen adiit ipse imperator apud Tibricam cum illis pugnans; cujus rei meminit Leo grammaticus ed. Paris. p. 471, ubi scribit ἐν τοῖς Τιβρικοῖς, quam urbem ignorans Latinus interpres, ridicule transtulit *Africam*. Sed rem belle corrigit etiam Georgius Hamartolus, vel ejus continuator, in codice Vatic. f. 204. b, ubi eam narraturus sic incipit: Ἐστράτευσεν ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν ἐν τῇ Τιβρικῇ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαφόροις πολέμοις τούτοις συμβαλὼν ἡττήθη, καὶ πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπέβαλε, κ. τ. λ. *Bellum gerebat imperator apud Tibricam cum Agarenis, variisque præliis patratis, victus est, multosque de Romanis amisit, etc.* Apud Leonem gramm. corrigendum est etiam cum Hamartolo Ἀβάσταχτος pro Ἀθήσταχτος, quod cognomentum erat Theophylacti, qui Basilium in fuga servavit.

(6) Hanc urbem in Armenia a Manichæis ædificatam narrabit postea noster historicus.

suscipe, nihil te dignum exigens: neque enim ullum in nobis comperies virtutis vestigium, aut orationis elegantiam, ut reapse in sequentibus exploratum tibi fiet.

AD BULGARIÆ PRIMATEM PETRI PROLOGUS.

III. Lucis adventu dissipantur tenebræ, et pastorum cura fures ac ferarum insidiæ pelluntur. Genuinus rationalium ovium pastor ille est, qui veri pastoris imitator fit; *qui propriam animam, ut ille, pro ovibus suis ponit* [b]: cujus justitia lucis instar diffunditur, qui sollicito animo et conatu omni, diaboli malis artibus apte adversatur. B Etsi enim multæ sunt veteratoris insidiæ, ne tamen ejus cogitata ignoremus, magistra adest divina Scriptura: scilicet tanquam telas araneorum, laqueos ipsius debere nos reputare, fretos auxilio gloriosæ Trinitatis, Dei unius cœli terræque, invisibilium 6 et visibilium creatarum rerum conservatoris ac Domini. Porro haud perfunctorie his quæ dicentur auscultandum est; etenim hinc ii qui perfectiore conditione sunt, validiores vires ad luctam contra diabolum pugnamque ciendam accipient, dum adversus contraria dogmata manus conserent, eaque in ecclesiastico divinorum dogmatum pelago victa submergent. Simplicioribus autem, et adhuc lacte, ut cum Apostolo dicam, nutritis infantibus tuta parabitur statio, ne ali- C quando succumbant boni deterioribus [c]. Nam rudioribus hoc optimum præsidium erit, si profanos illos aversentur atque abominentur, neque illorum interrogationes responso dignentur: sed si quid ii sciscitati fuerint, idiotæ quidem auditores sileant, ac pro viribus ceu serpentem devitent. Nihil enim emolumenti capiet qui cum illis colloquetur: idcirco enim cum idiotis miscere sermones avent, *ut res sanctas pedibus suis conculcent* [d], et cœlestia atque augusta dogmata lacerent, si forte qui prudenter contradicat desit. Quomodo enim quempiam omnino hominem audient hi, qui Deum unicum singulis et diebus et horis, innumeris injuriis et contumeliis ac maledictis D pulsant? Et perutile quidem est, ut eos idiotæ dignoscant; haud ideo tamen in colloquium cum iis veniant, ne forte periclitentur qui imperite sermones conserunt: vix enim ab iis transversi non agentur, siqui sunt indocti. Etenim illi cuncta utique Evangelii Apostolique oracula ore crepant:

A κίμοις τραπεζίταις προστίθημι. Αὐτὸς, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, τὸ ἀκαλλὲς τῶν λέξεων παραδραμὼν [r], δέχοις τὴν πρόθεσιν ἡμῶν, μὴ τὰ πρὸς ἀξίαν ἐπιζητῶν· οὐδαμῶς γὰρ εὑρήσεις ἐν ἡμῖν ἀρετῆς ἴχνος, οὐδὲ καλλονὴν λόγου, καθὼς γνώσῃ ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις.

ΤΩ ΠΡΟΕΔΡΩ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΠΕΤΡΟΥ [r'] ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Γ'. Φωτὸς παρουσία λύει σκότος· καὶ ποιμένων ἐπιστασία ἀπελαύνει κλεπτῶν καὶ θηρίων συστήματα. Ποιμὴν λογικῶν ἀληθὴς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος ἀκόλουθος· [cod. f. 82.] *ὁ τὴν ἰδίαν ὥσπερ ἐκεῖνος τιθεὶς ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτοῦ*· οὗ ἡ δικαιοσύνη ὡς φῶς ἐκπορεύε- B ται· ὁ μεμεριμνημένῃ ψυχῇ, πάσῃ μηχανῇ [s] ταῖς τοῦ διαβόλου κακίαις εὐστόχως ἀντιτεχνώμενος. Εἰ γὰρ καὶ πολλὰ τὰ ἔνεδρα τοῦ δολίου, ἀλλ' οὐκ ἀγνοεῖν τὰ νοήματα αὐτοῦ παρὰ τῆς θείας [t] Γραφῆς ἐξεπαιδεύθημεν, ὡς δὲ ἱστὸν ἀράχνου τὰς αὐτοῦ ἡγεῖσθαι [u] παγίδας, τῇ βοηθείᾳ τῆς ζωαρχικῆς καὶ πανυμνήτου Τριάδος τοῦ μόνου Θεοῦ ποιητοῦ τοῦ οὐρανοῦ [v] καὶ τῆς γῆς, πάσης τε ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως, συνοχέως τε καὶ ἐξουσιαστοῦ νενομοθετήμεθα [x]· προσέχειν δ' ἄξιον, καὶ μὴ παρέργως τῶν ῥηθησομένων ἀκούειν. Γενήσεται γὰρ τοῖς μὲν τελεωτέροις τὴν ἕξιν προσθήκη νικητικὴ τῆς κατὰ τοῦ διαβόλου πάλης καὶ μάχης, ἐν τῷ τοῖς ἐναντίοις συμπλέκεσθαι δόγμασιν, καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τῶν θείων δογμάτων πελάγει ποιεῖν ὑποβρύχια· τοῖς δ' C ἁπλουστέροις ἔτι καὶ γαλαποτιζομένοις, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, ὡς νηπίοις ἀσφαλὴς ἕδρα τὸ μὴ περιπίπτειν, ὡς καλοῖς τοῖς χείροσιν. Ἀρίστη γὰρ αὕτη μηχανὴ τοῖς ἁπλουστέροις τὸ τοὺς μιαροὺς ἐκείνους ἀποτρέπεσθαι μὲν καὶ βδελύττεσθαι· μὴ πειρᾶσθαι δὲ ταῖς αὐτῶν πεύσεσιν ἀνταποκρίνεσθαι· ἀλλ' ἐν τῷ πυνθάνεσθαι αὐτοὺς, σιγᾷν καὶ φεύγειν εἰ δυνατὸν [y] ἐξ αὐτῶν τὸν ἰδιώτην ἀκροατὴν ὡς ἐξ ὄφεως· οὐδὲν γὰρ ὠφελεῖ ὁ τοιοῦτος πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενος (7)· [cod. f. 82. b.] διὰ τοῦτο γὰρ τοῖς ἰδιώταις προσδιαλέγονται, *ὥστε τὰ ἅγια τοῖς ἑαυτῶν συμπατεῖν ποσὶ*, καὶ διασπαράττειν τὰ οὐράνια καὶ θεοπρεπῆ δόγματα, μὴ ὄντος τοῦ ἐμφρόνως ἀντιμαχομένου αὐτοῖς· πῶς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἀκούσουσιν, οἱ [z] τὸν μόνον Θεὸν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τε καὶ ὥραν μυρίαις ὕβρεσι D καὶ ὀνειδισμοῖς καὶ ἀραῖς περιβάλλοντες; ἄριστον οὖν ἐστι τὸ διαγινώσκειν αὐτοὺς τὸν ἰδιώτην· εἰς λόγους δὲ αὐτῶν μὴ ἔρχεσθαι, μήποτε καὶ κινδυνεύσωσιν οἱ ἀπείρως πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενοι· χαλεπὸν γὰρ τὸ μὴ συναρπασθῆναι ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἁπλουστέρους· διότι πάντα τὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ

[b] Joan. x, 11. [c] I Cor. iii, 2; I Petr. 2, 2. [d] Matth. vii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[r] R. ὤν. [r'] cod. Πέτρος. [s] Vocabulum μηχανῇ alio transfertur a R. [t] R. θειῶν. [u] R. ἡγῆσθαι. [v] R. ὁ pro οὐρανοῦ. [x] R. νενομοθεθήμεθα. [y] R. δυνατῶν. [z] R. hic et sæpe deinceps ponit absurde compendiariam litteram καὶ vel κι, pro οἱ.

NOTÆ.

(7) Exemplo est Simeon palatinus, de quo in hac historia sermo fiet.

Ἀποστόλου λόγια διαλέγονται· καὶ μόνοι διαγινώσκουσι τὸν δόλον αὐτῶν, οἱ ἐν πολλῇ τριβῇ τῆς θείας Γραφῆς ὑπάρχοντες.

Δ'. Ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μιαροὶ, ὅτε τινὶ ἐξ ἀρχῆς διαλέγονται, χρηστὸν σχηματίζονται[a] ἔχειν τὸ ἦθος, καὶ[b] πάντα τὰ παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις Χριστιανοῖς δόγματα ἐπικυροῦσι[c] δολίως καὶ ἀναφωνοῦσιν[d]· ἀλληγοροῦντες[e] ἀθέσμως καὶ λίαν ἀμαθῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα Θεὸν ὁμολογεῖν λέγουσι· καὶ ἀναθεματίζουσι τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτήν· τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐνανθρωπῆσαι ἐν παρθένῳ λέγουσιν, εἰ καὶ ἀσεβῶς καὶ ἀθέως· καὶ ἀναθεματίζουσι[f] τοὺς μὴ οὕτως ὁμολογοῦντας· καὶ πάντα τὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἰδιώματα, ἄλλως μὲν τῷ στόματι, ἄλλως[g] δὲ τῇ καρδίᾳ λέγοντες, Μάνεντα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μιαροὺς αἱρετικοὺς, [cod. f. 83.] ἔτι δὲ καὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ἀναθεματίζουσι προθύμως· ἄλλους γὰρ ἔσχον πολὺ χείρους αὐτῶν τῆς κακίας διδασκάλους καὶ ἀρχηγέτας ὑπάρξαντας, καθὼς μετὰ μικρὸν δηλωθήσεται· καὶ ἁπλῶς δίκην πολύποδος ἢ χαμαιλέοντος (8) τῷ καιρῷ καὶ τῷ τρόπῳ καὶ τῷ προσώπῳ συμμεταβάλλονται, ὅπως τινὰ τῶν κουφοτέρων θηρεύσωσι· καὶ ὅτε γνῶσιν αὐτὸν προσέχοντα ταῖς ματαιολογίαις αὐτῶν, τότε μικρὸν παρεκφαίνουσιν αὐτῷ καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς μυστήρια. Διὰ τοῦτο χρησίμη καὶ ἡ τῶν βλαβερῶν διάγνωσις, οὐχ ἧττον τῶν ὑγιεινῶν. Διαγνωστέον γὰρ ταῦτα, οὐχ ὥστε χρᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ὥστε διαφεύγειν τὸν δι' αὐτῶν προσγινόμενον ὄλεθρον· ἰτέον τοίνυν ἐπὶ τὸ προκείμενον.

ΙΣΤΟΡΙΑ.

Ε'. Ὁ ἀρχέκακος ὄφις καὶ πονηρότατος δράκων, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, καὶ πάσης ἀδικίας ἀρχηγὸς καὶ διδάσκαλος, ὁ τοῦ ψεύδους καθηγεμὼν[h] καὶ πατὴρ αὐτοῦ, ἡ τῆς ὑπερηφανίας βορβορώδης λίμνη, τὸ τῆς ἀλαζονείας[i] σαθρότατον ὕψωμα, ὁ δίκην[j] νηπίου τοῖς ποσὶ τῶν πιστῶν συμπατούμενος, τῇ οἰκείᾳ συμβουλῇ[k] τοῦ Θεοῦ χωρίσας τὸ αὐτοῦ τίμιον πλάσμα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ μακαρίας διαγωγῆς δι' ὑπερβολὴν κακίας ἐκβληθῆναι τοῦτον παρασκευάσας, ὁ πανάθλιος τῆς κακίας τὴν ἡδονὴν ἀντιδοὺς πεπραμένον αὐτὸν ὥσπερ ἀνδράποδον [cod. f. 83. b.] ἐκ τῆς ἑκουσίου αὐτοῦ προαιρέσεως, τῇ ἁμαρτίᾳ οἴμοι ὠνήσατο· τοῦ μόνου Θεοῦ τοῦτο διὰ τὴν ἁμαρτίαν συγχωρήσαντος, καὶ ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν τῷ τοῦ ᾅδου χωρίῳ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων φυλάττεσθαι ἐάσαντος, μέχρι τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ

A soli tamen dolos hæreticorum ii discernunt, qui magnopere in divinis se Scripturis exercent.

IV. Illi quippe nefarii cum primum affantur aliquem, bonos simulant se habere mores, et omnia orthodoxorum Christianorum dogmata dolose approbant et proclamant: verumtamen impie atque inscitissime 7 sanctam Trinitatem cum allegoria confiteri se aiunt; imo si qui eam non confitentur, anathematizare se aiunt. Dominum quoque et Deum nostrum factum hominem in virgine dicunt, sed hoc ipsum impie et irreligiose; et anathema haud ita confitentibus dicunt; verumtamen omnes incarnationis Dominicæ proprietates aliter voce, aliter corde, affirmant. Tum etiam Manetem et
B reliquos cum eo nefarios hæreticos, necnon Paulum Samosatensem ultro anathematizant: alios quippe habuerunt multoque pejores improbitatis suæ magistros, prout paulo post ostendetur: et omnino polypi instar et chamæleontis, pro tempore et usu personaque mutantur: ut aliquem scilicet levioris ingenii hominem venentur; quem si suis nugis attendentem noverint, huic se pedetemptim cum suis mysteriis revelant. Propterea utilis est noxiarum quoque rerum notitia haud secus quam salutarium. Sunt enim cognoscendæ, non ut illis utamur, sed ut manantem ex his perniciem vitemus. Igitur ad propositum argumentum veniendum.

C

HISTORIA.

V. Malorum initium serpens ac scelestissimus draco, zizaniorum seminator et omnis malitiæ princeps ac magister, mendacii antesignanus ejusdemque pater, superbiæ cœnosa palus, jactantiæ infirmissum culmen, is qui pueri instar a fidelium pedibus conculcatur, qui propria suasione a Deo abstraxit pretiosam ejus creaturam hominem; dedítque operam, ut hunc beato paradisi incolatu, summo malitiæ artificio depelleret; hic, inquam, ærumnossissimus, voluptate vitium compensans, Adamum quasi venundatum mancipium, non 8 sine ejusdem voluntario consensu, peccati heu! tanquam pretio coemit, Deo unico id propter
D Adami culpam permittente; et tanquam carcere in inferorum regionibus animas hominum detineri sinente, usque ad adventum in carne Filii Dei, Domini Deique nostri Jesu Christi, unius de sancta et laudatissima Trinitate. Veterator idem mul-

VARIÆ LECTIONES.

[a] R. τες. [b] R. δὲ pro καί. [c] R. ἐπικροῦσι. [d] R. omisso καὶ, scribit ἐπαναφωνοῦσιν. [e] R. ἀνηγορεῦντες. [f] R. omisso καὶ ait ἐπαναθεματίζουσι. [g] R. ἄνως. [h] R. καθ' ἡγεμών. [i] R. ἀλαζονίας. [j] R. νίκην, et mox νηπίων. [k] R. βουλῇ.

NOTÆ.

(8) Plinius Hist. Nat. VIII, 51: *Colorem mutat chamæleon subinde, redditque semper quemcunque proxime attingit.* De chamæleonte et polypo Theophrastus quoque in fragmento de animalibus colorem mutantibus.

tis variisque idolorum cultibus, flagitiis, turpitudinibus ac voluptatibus captivatum hominem, ceu nunquam revocandum, apud se retinere sperabat, cum tamen ipse potius sit admodum facile superabilis. Sed non diu potietur dolosus præda sua : ecce enim spe sua falsus est qui semper fallit. Namque unigenitus Filius Verbumque Dei, Patri conregnator, et cum vivifico sanctissimo consubstantiali sibi Spiritu sempiternus, pro sua ineffabili bonitate volens iterum instaurare quem formaverat ex humo hominem, suoque flatu digna Deo ratione condecoraverat ; postea beneplacito Patris et sancti Spiritus cooperatione, semet demittens, et ex Virgine sancta carnem sumens rationali anima et intellectuali animatam, homo factus est ; non id quod erat immutans, est enim inconvertibilis ; sed id quod non erat assumens, quia benignus est, Virginem quam clausam ingressus erat, reliquit pariter virginitatis luce splendentem et gloriosam, ut prophetice loquar, ab intus : cujus virginis præludia lex et prophetæ omnes insolitis olim modis prænuntiaverunt, gloriamque ejus præoccupante oculo visam præmonstrarunt. Et alius quidem *clausam januam solique Deo reservatam* prædixit [7] : alius *fontem sigillo munitum* [8] : alius : *Erit*, inquit, *de radice Jessæ virgo, et flos de radice ejus ascendet Dominus Deus noster ex ipsa corporatus* [9]. Idem insuper : *Ecce Virgo*, inquit, *in utero habebit, et pariet filium* [10], **9** videlicet ex se Dominum incarnatum, facticio opere in ipsa habitantem, carne vestitum Deum ex ipsa procedentem. Sed cur jam cuncta hæc testimonia enumerem, quæ studiosis potius reservanda sunt ?

VI. Neque tamen quisquam existimet, de semper virgine ac Deipara Maria testimonia hactenus a nobis in medium frustra esse prolata : etenim veritatis hostes divinum ejus partum apparenter, non autem vere, peractum censent : et quidem post divinum partum alios quoque ipsam liberos ex Josepho suscepisse fabulantur : prophetarum denique circa ipsam testimonia non admittunt, veluti postea diligentius demonstrabitur. Dicunt profecto se sancti Evangelii apostolique dictamina sequi, cæteroqui dolose ac simulate stultissimi homines ovium vellus lupo circumponunt. Atqui tum evangelicus divinus liber, tum etiam apostolicus, continenter recitant testimonia prophetarum, eosque testes fide dignos demonstrant, qui omnia sine mendacio

A πανυμνήτου Τριάδος· πολλαῖς δὲ καὶ ποικίλαις τὸν ἄνθρωπον ὁ δόλιος εἰδωλολατρείαις [l] καὶ μιάσμασιν εἰδωλικοῖς, αἰσχρουργίαις τε [m] καὶ ἡδοναῖς δουλωσάμενος, ὡς οὐκέτ' ἀνακληθησόμενον ᾤετο ἐν ἑαυτῷ κατέχειν ὁ εὐχείρωτος. Ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας· ἔψευσται γὰρ τῶν ἑαυτοῦ ἐλπίδων ὁ ἀείψευστος. Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς καὶ [n] Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ συνάναρχος τῷ Πατρὶ καὶ συναΐδιος τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ παναγίῳ Πνεύματι, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ βουληθεὶς πάλιν ἀνακτήσασθαι ὃν διέπλασεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον καὶ τῷ οἰκείῳ ἐμφυσήματι [o] θεοπρεπῶς ἐδόξασεν, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καθεὶς ἑαυτὸν, ἐκ Παρθένου τε ἁγίας σάρκα ἀνειληφὼς ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε B καὶ νοερᾷ, ἄνθρωπος [p] γίνεται, οὐχ ὃ ἦν μεταβαλὼν, ἄτρεπτος γάρ· ἀλλ' ὅπερ οὐκ ἦν προσλαβὼν, φιλάνθρωπος [q] γάρ· ἣν διελθὼν [r] κεκλεισμένην [s] πάλιν κατέλιπεν τῷ τῆς παρθενίας φωτὶ κατηγλαϊσμένην καὶ δεδοξασμένην, προφητικῶς εἰπεῖν, ἔσωθεν (9)· ἧς ὁ νόμος [t] καὶ οἱ προφῆται πάντες τὰ σήμαντρα πάλαι ξενοπρεπῶς προκατήγγειλαν· καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς προβλεπτικῷ ὄμματι, προϋπέφηναν· [cod. f. 84.] καὶ ὁ μὲν *πύλην κεκλεισμένην, μόνῳ τῷ Θεῷ τηρουμένην* προείρησεν· ὁ δὲ, *πηγὴν ἐσφραγισμένην*· ἕτερος δέ φησιν, *Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ ἡ παρθένος· καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν, ἐξ αὐτῆς σωματούμενος*· ὁ δὲ αὐτὸς, *Καὶ ἰδοὺ ἡ παρθένος*, ἔφη, *ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται Υἱὸν*, δῆλον ὅτι ἐξ C αὐτῆς τὸν Κύριον σαρκολογούμενον δημιουργικῶς (10) ἐν αὐτῇ ἐνοικοῦντα· καὶ σαρκοφόρον ἐξ αὐτῆς [u] Θεὸν προερχόμενον· καὶ τί δὴ [v] πάσας τὰς τοιαύτας μαρτυρίας ἀπαριθμεῖν, αἳ τοῖς φιλοπόνοις τετήρηνται;

Ϛ'. Μή τις δὴ ἡμᾶς οἰέσθω τὰς περὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας μαρτυρίας, μάτην ἀρτίως εἰς μέσον παραγαγεῖν· οἱ [x] γὰρ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τὸν θεῖον αὐτῆς τόκον ἐν δοκήσει καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζουσιν· καὶ μετὰ τὸν θεῖον τόκον καὶ [y] ἄλλους υἱοὺς αὐτὴν ἐσχηκέναι ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ φληναφοῦσιν· τὰς δὲ περὶ αὐτῆς τῶν προφητῶν μαρτυρίας οὐ προσδέχονται, καθὼς ὕστερον ἀκριβέστερον δηλωθήσεται· φάσκουσι δὲ τοῖς τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγοις ἐξ- D ακολουθεῖν, δολερῶς καὶ ὑπούλως τῷ κῳδίῳ τὸν λύκον περικαλύπτοντες οἱ ἀνοητότατοι· καίτοι τῆς εὐαγγελικῆς καὶ θείας πτυκτῆς [z], οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀποστολικῆς, ἐπισυχνῶς [a] προσφερόντων [cod. f. 84 b] τὰς τῶν προφητῶν μαρτυρίας, καὶ δεικνύν-

[7] Ezech. XLIV, 2. [8] Cantic. IV, 12. Isa. XI, 1. [10] Isa. VII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[l] R. sine diphthongo. [m] R. ταῖς. [n] R. δέ. [o] R. ἐμφισ. [p] R. αὔτος. [q] R. φιλαντος. [r] R. διεχθών. [s] Exin novem vocabula prætermittit Raderus. [t] R Cod. mendose μόνος pro νόμος. [u] R. ἀντῆς. [v] Ita cod. fortasse pro δεῖ. [x] R. καὶ pro οἱ. [y] R. sine καί. [z] R. πυκτῆς. [a] Cod. ἐπισυχνῶ

NOTÆ.

(9) Psal. XLIV, 14 : *Gloria filiæ regis ab intus.*

(10) Gal. IV, 4 : *Factum ex muliere, factum sub lege.* Ita hic intelligo δημιουργικῶς.

των αὐτοὺς ὡς ἀξιοπίστους μάρτυρας, πάντα ἀψευδῶς A προκαταγγείλαντας, καὶ μαρτυροῦντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς ὀξυοπίαν καὶ ἀγχίνοιαν τοὺς ἀκροατὰς διεγείροντας τοῦ μὴ σφάλλεσθαι τῆς ἀληθείας ἐπερχομένης ὥσπερ στοιχείοις τισὶ ταῖς αὐτῶν ἀποῤῥήσεσιν ἐντετυπωμένους, καὶ θεωρίας ἐπίβασιν τὴν πρᾶξιν ποιουμένους· ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς ἀειπαιδος κυρίως καὶ ἀληθῶς δεδοξασμένης Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας λόγος, μικρὸν ἀναμεινάτω· κἂν οἱ δεινοὶ Παυλικιάνοι διαῤῥήγνυντο. Ἐπαναχτέον δ' ἡμᾶς ὅθεν μικρὸν ἀνεκφοιτήτως ἀπέστημεν.

Ζ'. Τοῦ μεγάλου τοίνυν Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθέντος καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντος, πᾶσα μὲν ἐκ ποδῶν εἰδωλολατρεία οἴχεται· *Θεογνωσία δὲ ἀληθὴς πᾶσαν τὴν γῆν ὥσπερ ὕδωρ πολὺ κατεκάλυψεν·* B ἐντεῦθεν ἡ τῶν οὐρανίων ἐπὶ γῆς ἀρετὴ πολιτεύεται, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ταῖς ἀρεταῖς θεοχλυθούμενοι συναμιλλῶνται οἱ ἄνθρωποι· τοῦ σταυροῦ γὰρ ἐπὶ γῆς παγέντος, καὶ τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φιλανθρώπως τῇ θεότητι συγκαταβάντος, οὐ τὸ σῶμα καταβάσαντος, ἀλλ' ἐκ γῆς τοῦτο προσλαβομένου ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν, καὶ ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ὑψωθέντος, καὶ ταῖς τοῦ θείου αὐτοῦ αἵματος ῥανίσι τὴν γῆν καταρδεύσαντος [cod. f. 85] ὀσμὴν εὐωδίας (11) ταύτην διαπνέειν πεποίηκεν· ἥτις τῷ ἁγιασμῷ τοῦ τιμίου αἵματος καὶ ὕδατος αὐτοῦ πιανθεῖσα, λογικὰ ἡδύπνοα καὶ ποικίλα ἄνθη βλαστάνουσα πανταχοῦ καὶ νῦν οὐ διαλιμπάνει. Προσκυνεῖται τοίνυν ξύλον, δι' οὗ σωτηρία τῷ γένει μὲν τῶν ἀνθρώπων δεδώρηται, δι' οὗ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς εἰς γῆν καταρC ῥαγεὶς καιρίαν ἐν καρδίᾳ τὴν πληγὴν εἰσεδέξατο. Ἐν οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ συμβόλῳ τοῦ Χριστοῦ παθημάτων φοβερὰ τεράστια τοιαῦτα γέγονεν, οἷα ἐν τῷ τιμίῳ καὶ ζωοποιῷ τοῦ Κυρίου σταυρῷ· νεκροὶ ἀνιστάμενοι καὶ πρὸ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ καθόδου τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καταπέτασμα ῥηγνύμενον, γῆ σειομένη, ἥλιος σκοτιζόμενος καὶ πάλιν ἀναφλεγόμενος, τῷ μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων δεικνὺς σκοτόμαιναν, τῷ δὲ τῆς ἀναστάσεως προδεικνὺς τὴν φαιδρότητα. Τέλος ἡ πάντων ἐν τῷ ᾅδῃ κατεχομένων ψυχῶν ἀπολύτρωσις τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς αὐτοὺς γενομένη· καὶ ἡ τοῦ ᾅδου κατάλυσις [b], τοῦ μηκέτι κατέχειν τὰς τῶν ἐν Κυρίῳ κεκοιμημένων ψυχάς. Ταῦτα πάντα ἡ τοῦ θείου σταυροῦ ἀήττητος D δύναμις τὰ φοβερὰ εἰργάσατο τεράστια, τῇ δυνάμει τοῦ ἐν αὐτῷ προσπαγέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Αἰσχυνθήτωσαν οὖν καὶ ἐντραπήτωσαν καὶ ἀπολέσθωσαν οἱ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαρνούμενοι καὶ μὴ προσκυνοῦντες αὐτὸν ἀδιστάκτῳ πίστει [c] ὡς [cod.

narraverint, veritatemque testantes, ad perspicaciam mentisque acumen auditores suos excitaverint, quominus a veritate jam adveniente aberrarent, quam quibusdam veluti elementis, prædictionibus nimirum suis, impresserunt; et ostensæ rei fundamentum ipso eventu comprobarunt. Sed enim de perpetua puella, proprie vereque gloriosa Deipara semperque virgine Maria, oratio aliquantum differatur; etiamsi diris Paulicianis ilia rumpantur. Illuc enim nobis, unde paulo ante discessimus, redeundum est.

VII. Postquam magnus itaque Deus ac Servator noster Jesus Christus in terra apparuit, et nobiscum hominibus versatus est, omnis quidem idolorum cultus e medio cessit; *Dei* autem *vera notitia universam terram tanquam aquæ inundatio occupavit* [11]. **10** Exin cœlestium honesta vita cœpit in terra frequentari, Deoque familiares facti homines angelos virtutibus æmulari. Cruce enim in terram defixa, vitæque pane de cœlo benigne simul cum deitate demisso, haud sane corpore illinc delato, sed de terra sumpto, æque ac nos passibili, et in lignum sublato, divinique sanguinis guttis tellurem irrigantibus, contigit ut hæc suavitatis odorem exspiraret, quæ nimirum sanctificatione ipsius pretiosi sanguinis et aquæ pinguescens, rationalia odoramenta variosque flores nunc etiam ubique germinare non desinit. Adoratur itaque lignum, per quod salus humano generi donata fuit; per quod malorum auctor hostis humi afflictus lethale visceribus vulnus accepit. Etenim nullo in alio Christi cruciatuum symbolo hæc tremenda prodigia patrata fuerunt, cujusmodi in veneranda et vivifica Domini cruce: mortui nimirum suscitati ante etiam quam ad inferos Dominus ac Deus noster descenderet, velum discissum, terra commota, sol obscuratus et rursus illuminatus; ut priore statu significaret Judæorum tenebras, altero autem resurrectionis lætitiam portenderet. Postremo omnium apud inferos detentarum animarum Christo Domino ac Deo nostro illic apparente redemptio, et ipsius orci destitutio, quominus diutius illorum, qui in Domino dormierant, animas retineret. Hæc omnia divinæ crucis invicta vis tremenda effecit prodigia, virtute scilicet confixi in ea Christi Dei nostri. Pudefiant igitur et in fugam vertantur ac pereant, qui crucis gloriam negant, neque eam indubia fide ceu divinitus datum invictumque tropæum adorant. Ergo invidus atque pessimus et boni osor diabolus, capite eliso et corde a crucis hasta transfixo, jam

[11] Isa. xi, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[b] R. κατάλλυσις. [c] R. δίστει.

NOTÆ.

(11) In textu Græco Raderi additur πνευματικῆς, quod vocabulum in interpretatione latina ejusdem omittitur. Ergo exemplar typothetæ Ingolstadiensi traditum videtur interdum fuisse diversum ab illo quod Raderus Latinum faciebat. In codice certe vaticano deest voc. πνευματικῆς.

non **11** poterat tam aperte, ut solebat, jucunda animo suo scelera perpetrare: occulte tamen infelicium nonnullorum animas furiis agitans, mentesque illudens decepit, *per falsorum magistrorum hypocrisim, cauteriatam conscientiam habentium* [11], dignum illos fomitem inexstinguibilis ignis secum faciens.

A f. 85 b] θεοδώρητον καὶ ἀκαταμάχητον τρόπαιον· ὁ γοῦν βάσκανος καὶ παμπόνηρος καὶ μισόκαλος διάβολος τὴν κεφαλὴν συνθλασθεὶς καὶ τὴν καρδίαν τῷ σταυρικῷ δόρατι διαπαρεὶς, οὐχ οἷός τε ἦν φανερῶς οὕτως τὰ ἑαυτῷ καταθύμια ὡς εἰώθει ἐργάζεσθαι βδελύγματα· λάθρα δέ τινων ἀθλίων τὰς ψυχὰς ἐκβακχεύσας καὶ τὸν νοῦν φενακίσας ἠπάτησεν [d] *ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων* [e] *τὴν οἰκείαν συνείδησιν*, ἄξια τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν ἑαυτῷ ὑπεκκαύματα.

VIII. Sed bonus optimusque, imo supremum bonum, Deus a consueto suo more non desiit bene faciendi homini pretiosæ creaturæ suæ: sed posuit in Ecclesia primum apostolos, qui fuerant spectatores ejus atque ministri, ut ipsius corporalem infinitæ potentiæ condescensionem publice denuntiarent, et divina oracula verissime enarrarent, B neque corporalem Christi passionem erubescentes, neque prodigiis fraudem ullam tribuentes, sed ubique veritatis curam gerentes, et Dei Verbi incarnationem veraciter prædicantes. Secundo loco prophetas, qui occultas insanabilesque passiones divino atque potenti sancti Spiritus gladio radicitus amputarent, et bonos atque vigentes virtutum surculos insererent. Tertio loco doctores utrisque prædictis auxiliares, quæque ab illis et acta et dicta fuerant perfectius explicantes. Horum divinis dogmatibus cuncta Christianorum Ecclesia ut olim sic nunc firmatur, adversus quam portas inferi, exitiosas scilicet hæreses, nunquam prævaluisse aut prævalituras, probe scimus, juxta effatum divinum [12]. C Despumaverunt autem fluctus hæreticæ loquacitatis, et omnino depulsi sunt. Quippe per tempora singulis orthodoxiæ propugnatoribus singuli congressi sunt hæresiarchæ; sed veritatis lumini hæreticorum tenebræ cesserunt, atque ita Dei Ecclesiæ inconcussæ manserunt. At miserrimi hæretici, etiamsi aliquanto tempore abominabilium suarum opinionum malitiam parturiverunt, attamen haud multo post nequitiæ ipsorum falsitas dissipata fuit; **12** eaque re omnibus patefacta et exterminata, Ecclesiæ Dei splenduerunt, eædemque et nunc et in perpetuum splendebunt.

Η'. Ἀλλ' οὐκ ἐνέλιπεν ὁ ἀγαθὸς καὶ πανάγαθος καὶ ὑπεράγαθος Κύριος συνήθως εὐεργετεῖν τὸ ἑαυτοῦ τίμιον πλάσμα τὸν ἄνθρωπον [f]· ἀλλ' ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, ὡς αὐτόπτας καὶ ὑπηρέτας τὴν αὐτοῦ ἀπειροδύναμον σωματικὴν συγκατάβασιν ἀριδήλως διαγγέλλοντας, καὶ τὰς θεοσημείας παναληθῶς ἐκφράζοντας· μήτε τοῖς σωματικοῖς τοῦ Χριστοῦ ἐπαισχυνομένους παθήμασιν, μήτε τοῖς θαύμασι ψεῦδος ἐπιφημίζοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς ἀληθείας φροντίζοντας, καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀψευδῶς κηρύττοντας. Δεύτερον προφήτας τὰ κεκρυμμένα καὶ ἀνίατα πάθη τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θείᾳ [g] τῆς ἐξουσίας μαχαίρᾳ πρὸ ῥιζῶν ἀναστέλλοντας· καὶ τὰ χρηστὰ καὶ [h] τεθηλότα τῶν ἀρετῶν φυτουργοῦντας βλαστήματα. Τρίτον διδασκάλους, ἀμφοῖν τοῖν δυοῖν [cod. f. 86] συνηγοροῦντας, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς πραχθέντα καὶ λεχθέντα, τελεώτερον σαφηνίζοντας· τούτων τοῖς θείοις δόγμασι πᾶσα τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησία, πάλαι καὶ νῦν κρατύνεται, ἧς πύλαι ᾅδου αἱ φθοροποιαὶ αἱρέσεις κατίσχυσαν οὐδέποτε, οὐδὲ κατισχύσουσιν εὖ ἴσμεν, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν· εἰς ἀφρὸν δὲ τὰ κύματα τῆς τῶν αἱρετικῶν γλωσσαλγίας πάντοτε διαλέλυνται· κατὰ καιρὸν ἑκάστοις τῆς ὀρθοδοξίας προμάχοις, ἕκαστοι συμπλακέντες αἱρεσιάρχαι, καὶ τῆς ἀληθείας τῷ φωτὶ τοῦ ζόφου τῶν αἱρέσεων ὑποχωρήσαντος, αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι διέμειναν ἀσάλευτοι· ἀλλ' οἱ μὲν πανάθλιοι αἱρετικοὶ εἰ καὶ πρὸς ὀλίγον τῶν μυσαρῶν αὐτῶν διανοιῶν τὰς κακίας ὤδινον, ὅμως μετ' οὐ πολὺ τῆς αὐτῶν κακουργίας τὸ ψεῦδος διεῤῥήσσετο. Καὶ τούτου τοῖς πᾶσι διαγνωσθέντος καὶ ἐκ ποδῶν γινομένου, αἱ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαι κατηυγάζοντο· ἀλλὰ καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, καταυγασθήσονται.

IX. Tenebrosa interim, cœnosa, turbulenta, immundissima Manichæorum hæresis a cunctis gentibus exagitata, propter desperatam ejus medelam, et cujuslibet improbitatis cinnum, alto silentio observabatur a suis et colebatur. Hoc enim illis præcipue cordi est, ut mysteria sua hæresimque nequaquam omnibus consectaneis, nedum externis, communicent; sed paucis, quos in suorum numero sciunt impietate magis perfectos. Quibusdam vero rerum adjunctis, haud multos ante annos, apostaticis viribus satis confirmata et instructa, et

Θ'. Ἡ δὲ ἐσκοτισμένη καὶ βορβορώδης καὶ στασιώδης καὶ παμμίαρος καὶ αἰσχρουργὸς τῶν Μανιχαίων αἵρεσις ὑπὸ πάντων ἐθνῶν διωκομένη διὰ τὸ ἀνίατον αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ πάσης βδελυρίας ἀνάμεστον καὶ σιγῇ βαθείᾳ παρ' αὐτῶν τιμωμένη καὶ σεβομένη. Τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ περισπούδαστον, τὸ μὴ τὰς τελετὰς αὐτῶν καὶ τὰς αἱρέσεις εἰς πάντας καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς οἰκείους, οὔπω [cod. f. 86 b] λέγω τοὺς ξένους, αὐτῶν δημοσιεύεσθαι· ἀλλ' εἰς ὀλίγους οὓς ἂν ἴδοιεν παρ' αὐτοῖς τελεωτέρους τὴν ἀσέβειαν· καιροῖς δέ τισι πρὸ χρόνων οὐ

[11] I Tim. IV, 2. [12] Matth. XVI, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[d] R. ἠπάτησιν. [e] R. κεκατηριασμένων. [f] R. αὐτόν. [g] Deest θείᾳ apud R. [h] R. καὶ τά.

πολλῶν ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσι τελείως ἐνεργηθεῖσα [i] καὶ μαθητευθεῖσα καὶ τοῦ ἀρχεκάκου Σατανᾶ τῇ πεπλανημένῃ ὁδηγίᾳ προβιβασθεῖσα, τὴν αὐτοῦ πρόδρομον ἀποστασίαν ὠδίνασα ἐκύησεν, ἑτέρους δαίμονας σαρκίνους σὺν τῷ καθηγεμόνι αὐτῶν διαβόλῳ ἀναδείξασα· οὓς μηδεὶς ἀπιστήσοι δαίμονας ὑπάρχειν. Τὰ γὰρ μὴ τολμώμενα παρὰ τῶν δαιμόνων λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι, αὐτοὶ ἀναιδῶς καὶ ἀπηρυθριασμένως κατά τε τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ πάντων ἀνθρώπων πράττουσί τε καὶ λέγουσιν· ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι αὐτοὺς ἀνεπιμίκτους τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχοντας δι' ἄκραν αἰσχρουργίαν, καὶ τὴν ἔρημον οἰκοῦντας ὥσπερ τοὺς δαίμονας· καὶ ξένα τινὰ καὶ ἀλλόκοτα ἐπιφημίζοντας προβλήματα, ὡς δῆθεν τοῖς τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγοις ἐπερειδόμενοι οἱ [j] συκοφάνται καὶ παμμίαροι· ἀλλὰ τίνα ταῦτα καὶ πόθεν καὶ πότε, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος διηγήσομαι, κεφαλαιώσας ὀλίγα τινὰ εἰς ἀριθμοὺς ἐν ψιλῇ τέως ἀπαριθμήσει, διὰ τὸ εὐμνημόνευτον. Εἶθ' ὕστερον μετὰ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμπλοκῆς ἀπαρξόμεθα, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀντιμαχησάμενοι, ὅση δύναμις, εὐθύς τε τὰς Γραφικὰς ἀποδείξεις τε καὶ [k] [cod. f. 87] μαρτυρίας ἑνὸς ἑκάστου κεφαλαίου ἐν παραλλήλων τάξει ὑποθήσομεν.

A malorum principis Satanæ erroneo ducatu provecta, primam suam apostasiam peperit, alios carnales dæmones cum duce ipsorum diabolo efferens, quos certe nemo esse dæmones dubitabit. Nam quæ ne dæmones quidem dicere vel agere ausint, ipsi impudenter sine ullo rubore, tum adversus Deum omnipotentem, tum contra homines agunt et dicunt, uti reapse videre est hos hominum societate extorres, propter summam morum fœditatem deserta loca incolere, ut dæmones faciunt, et peregrina quædam atque absurda pronuntiare problemata, quasi ea sacri Evangelii apostolique dictis confirmare queant hi sycophantæ ac detestabiles. Jam vero quæ sint hæc, et unde et quando exstiterint, hoc sermonis nostri loco exponemus, pauca B quædam compendiose complectentes distincta numeris, brevi interim descriptione, ut facilius memoriæ mandentur. Deinde post conscriptam de his hæreticis historiam, eorumdem quoque refutationem auspicabimur, Deo auxiliante prœlium cum ipsis viriliter conserentes; continuoque ex sacra Scriptura demonstrationes ac testimonia ad singula capita ordinatim opposita subjungemus.

Ι'. Πρῶτον μὲν γάρ ἐστι τὸ κατ' αὐτοὺς γνώρισμα, τὸ δύο ἀρχὰς ὁμολογεῖν, πονηρὸν Θεὸν καὶ ἀγαθόν· καὶ ἄλλον εἶναι τοῦδε τοῦ κόσμου ποιητήν τε καὶ ἐξουσιαστήν, ἕτερον δὲ τοῦ μέλλοντος. Καὶ τοῦτό ἐστιν εἰς αὐτοὺς πολλάκις ἐπισημειώσασθαι ἀστειότητος χάριν, ἐν [l] ἐλευθερίᾳ ὄντων αὐτῶν λεγόμενον πρός τινα, ὁποῖός ἐστιν ὁ προσδιαλεγόμενος· Εἰπέ [m] μοι, φησίν, τί ἐστι τὸ χωρίζον ἡμᾶς ἐκ τῶν Ῥωμαίων; ἑαυτοὺς οἱ ἄσπονδοι καὶ ἄχρηστοι καὶ ἄπιστοι [n] καὶ ἀχάριστοι καὶ ἀφιλάγαθοι, Χριστιανοὺς ἀποκαλοῦντες· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἀληθῶς ἐπωνύμους Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Ῥωμαίους ὀνομάζοντες, τῷ ἐθνικῷ ὀνόματι τὸ κύριον ἀμεῖψαι πειρώμενοι· ᾧτινι μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀψευδεῖς [o] Χριστιανοὶ σεμνυνόμεθα, ἢ χιλιάδων καὶ μυριάδων [p] χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπαρχόντων εἰ ἦν ἕκαστος ἡμῶν κύριος. Λέγουσι δὲ τοῦτο εἶναι τὸ χωρίζον αὐτούς, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄλλον Θεὸν λέγουσιν εἶναι τὸν τοῦ κόσμου ποιητήν· καὶ ἕτερον Θεόν, ὃν καὶ Πατέρα ἐπουράνιον λέγουσι, μὴ ἔχοντα δὲ ἐξουσίαν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἡμεῖς δὲ τὸν αὐτὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦμεν καὶ παντουργὸν καὶ παμβασιλέα καὶ παντοκράτορα· καὶ λέγουσι πρὸς ἡμᾶς, ὅτι Ὑμεῖς, φησί, πιστεύετε εἰς τὸν κοσμοποιητήν, [cod. f. 87 b] ἡμεῖς δὲ εἰς ἐκεῖνον περὶ οὗ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος λέγει, ὅτι **Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε**· ματαίως καὶ ἀνοήτως [q] κενοφωνούμενοι, καθὼς ὕστερον δηλωθήσεται.

X. **13** Primum est apud illos axioma principia duo confiteri, malum scilicet Deum et bonum; et alterum quidem esse mundi hujus factorem ac Do- C minum, alterum futuri. Atque hoc sæpe apud illos observare licet, cum liberi sunt, et cum aliquo quolibet colloquuntur, lepide dicere solitos : Dic mihi, inquam, quid nos a Romanis discernit? Se ipsos enim hi fœdifragi, pravi, increduli, ingrati, virtutis osores, appellant Christianos; nos autem qui vere sumus Christi veri Dei nostri cognomines, Romanos nuncupant; gentili nomine proprium nostrum commutare conantes : quo tamen nos, qui veri Christiani sumus, magis gloriamur, quam si millia aut etiam myriadas auri argentive aut lapidum pretiosorum, quotquot in urbe sunt, possideremus. Dicunt autem id nos ab ipsis discernere, quia ipsi alium affirmant esse Deum mundi Conditorem, alium vero quem cœlestem vocant Deum, D qui nullam hujus mundi, sed sæculi tantum futuri potestatem habet : nos vero unum eumdemque Deum confitemur, rerum omnium factorem, universalem regem et omnipotentem. Aiuntque nobis : Vos in mundi Conditorem creditis, nos vero in illum de quo in Evangeliis Dominus dicit, quod *Neque vocem ejus audistis, neque speciem vidistis* [14]. Qua in re stulte stolideque blaterant, ut postea demonstrabitur.

[14] Joan. v, 37.

VARIÆ LECTIONES.

[i] Abhinc desunt apud R. vocabula decem, usque ad τὴν αὐτοῦ. [j] R. ἐπορειδόμενοι οὐ. [k] Hic apud R. inseritur προφητειῶν, quod deest in codice. [l] Deest ἐν apud R. [m] R. ἐλπέ. [n] Deest ἄπιστοι apud R. [o] R. ἡμᾶς καὶ ἀψευδεῖς. [p] R. κυριάδων. [q] R. νοήτως.

Secundum est, quod celebratissimam et perpetuo virginem Deiparam, ab ipso etiam bonorum hominum numero rabide excludunt; neque genitum ex ea Dominum, sed hunc de cœlo corpus suum detulisse, illam autem post Domini partum, alios quoque dicunt liberos ex Josepho suscepisse.

Tertium est quod divinam verendamque sanctorum mysteriorum corporis ac sanguinis Domini Dei nostri participationem aversantur; **14** neque hoc contenti, aliis quoque hanc sententiam suadendam putant dicentes, haud panem ac vinum a Domino discipulis suis in cœna propositum, sed symbolice verba sua tantummodo, panis vinique loco, dedisse.

Quartum est, quod figuram atque efficaciam et virtutem pretiosæ vivificæque crucis non admittunt, sed conviciis plurimis eam pulsant; quam tamen ipsi per aerem diffusi dæmones, si modo descriptam viderint, pavidi fugiunt, cum malorum principe dæmone.

Quintum est, quod nullum recipiunt Veteris Testamenti librum, deceptores ac fures prophetas appellantes, sicut postea proprio in loco accuratius ostendetur; nec nisi sancta quatuor Evangelia, et apostoli Pauli quatuordecim Epistolas, Jacobi catholicam, Joannis tres, sancti Judæ catholicam, et apostolorum Actus uti sunt apud nos sine ullius verbi mutatione. Habent insuper magistri sui Sergii Deo invisas epistolas, omnimoda superbia et impietate plenas. Nam duas catholicas magni ac solidi Ecclesiæ fundamenti, regnique cœlorum clavigeri Petri protapostoli, non recipiunt, quia infenso adversus eum animo sunt, et maledictis conviciisque plurimis prosequuntur, nescio cujus mali sibi conscii: fortasse tamen, ut ego arbitror, atque ut sæpe ipsis coram dixi, quia eventura peculiariter ipsis improbitatis eorum causa vaticinatus est, quæ beatus apostolus **15** in secunda Epistola scribit his verbis: *Propterea, dilecti mei, hæc omnia exspectantes, nempe quæ in secundo adventu Domini fient, satagite immaculati in pace; et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, veluti et dilectus frater noster Paulus secundum datam sibi sa-*

A Δεύτερον, τὸ τὴν πανύμνητον καὶ ἀειπάρθενον Θεοτόκον μηδὲ κἂν ἐν ψιλῇ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων τάττειν ἀπεχθῶς ἀπαριθμήσει· μηδὲ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐρανόθεν τὸ σῶμα κατενεγκεῖν· καὶ ὅτι μετὰ τὸν τοῦ Κυρίου τόκον, καὶ ἄλλους, φησὶν, υἱοὺς ἐγέννησεν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ.

Τρίτον, τὸ τὴν θείαν καὶ φρικτὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετάληψιν (12) ἀποτρέπεσθαι [r]. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἄλλους περὶ τούτου πείθειν οἴεσθαι· λέγοντες ὅτι οὐκ ἦν ἄρτος καὶ οἶνος, ὃν ὁ Κύριος ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ δείπνου, ἀλλὰ συμβολικῶς τὰ ῥήματα αὐτοῦ αὐτοῖς ἐδίδου, ὡς ἄρτον καὶ οἶνον.

Τέταρτον, τὸ τὸν τύπον καὶ τὴν ἐνέργειαν καὶ δύ-B ναμιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ μὴ ἀποδέχεσθαι, ἀλλὰ μυρίαις ὕβρεσι περιβάλλειν, ἣν καὶ οἱ δαίμονες ἐν ἀέρι καὶ μόνον χαραττομένην βλέποντες τρόμῳ δραπετεύουσι, σὺν τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ διαβόλῳ.

Πέμπτον, τὸ μὴ ἀποδέχεσθαι αὐτοὺς τὴν οἱανοῦν Βίβλιον Παλαιὰν, πλάνους καὶ λῃστὰς τοὺς προφήτας ἀποκαλοῦντες, καθὼς ὕστερον ἐν ἰδίῳ χωρίῳ δηλωθήσεται τελεώτερον· ἢ μόνον [cod. f. 88] τὴν θείαν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου τετρακτὴν· καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου δεκατέσσαρας Ἐπιστολάς· καὶ τὴν Ἰακώβου καθολικὴν (13)· καὶ τὰς Ἰωάννου τρεῖς· καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰούδα καθολικήν· καὶ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων ὡς εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἀπαραλλάκτως ἐν λέξεσιν. Ἔχουσι δὲ καὶ τοῦ δι-C δασκάλου αὐτῶν Σεργίου ἐπιστολὰς θεοστυγεῖς, πάσης ὑπερηφανίας καὶ ἀσεβείας ἀναμέστους. Τὰς γὰρ δύο καθολικὰς τοῦ μεγάλου καὶ ἀκραιφνοῦς θεμελίου τῆς Ἐκκλησίας τοῦ κλειδούχου τῆς τῶν οὐρανῶν [s] βασιλείας Πέτρου τοῦ πρωταποστόλου οὐ δέχονται, ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν διακείμενοι, καὶ ὕβρεσι καὶ ὀνειδισμοῖς μυρίοις περιβάλλοντες· οὐκ οἶδ' ὅ τι συνιδόντες· τάχα δὲ, ὡς ἐγὼ ὑπολαμβάνω, ὅπερ αὐτοῖς καὶ πολλάκις κατὰ πρόσωπον εἶπον, διὰ τὸ προφητεῦσαι αὐτὸν τὸ μέλλον εἰς αὐτοὺς ἔσεσθαι ἐκ τῆς ἀνοσιουργοῦ αὐτῶν κακίας ἰδίωμα, ἐν οἷς φησιν ὁ μακάριος ἀπόστολος ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ· *Δι' ὅ, ἀγαπητοί μου, ταῦτα πάντα προσδοκῶντες,*

VARIÆ LECTIONES.

[r] R. ἀποτρέψαι. [s] R. αὐτῶν.

NOTÆ.

(12) Μετάληψιν vocabulum perperam Raderus hic interpretatus, loci sententiam subvertit, scribens: *Quod corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi conversionem negent.* Atqui præter vocabuli μετάληψις notum sensum, ipse auctor in tertio refutationum sermone ait Manichæos censuisse μὴ δεῖν τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετέχειν· *non oportere sacrum pretiosi corporis Domini Deique nostri nutrimentum participare.*

(13) In hunc locum in margine adnotatur antiqua manu: Οὐκ οἶδα εἰ τότε ἐχρῶντο τῇ Ἰακώβου ἢ ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ, καὶ ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων· οἱ γὰρ νῦν μόνοις τοῖς δύο χρῶνται Εὐαγγελίοις, καὶ D μᾶλλον τῷ κατὰ Λουκᾶν· καὶ ιε' (mendose Raderus ἐπὶ pro ιε', et mox idem male ἐπιστολῇ) τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαῖς· ἔχουσι γὰρ καὶ πρὸς Λαοδικεῖς ἑτέραν ἐπιστολήν· *haud scio an illius temporis Manichæi usi sint Jacobi Epistola an alia, et apostolorum Actibus. Namque hodierni duobus tantummodo utuntur Evangeliis, et quidem Lucæ potissimum, necnon XV sancti Pauli Epistolis; habent enim etiam aliam epistolam ad Laodicenses.* Epistolam ad Laodicenses citari nos vidimus in S. Augustini quod edidimus Speculo; item in Cavensis monasterii prisco bibliorum codice, necnon in aliquot Vaticanis; præter alia testimonia vetera a Fabricio laudata.

τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ δῆλον, A ὅτι σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἄμωμοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ· καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε· καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων· [cod. f. 88. b.] ἐν αἷς ἐστι δυσνόητά τινα ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλώσουσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Οὗτός ἐστιν ὁ παρ' αὐτοῖς μὲν ψόγος τῷ Ἀποστόλῳ προσφερόμενος· παρὰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἐγκώμιον αὐτῷ ὑπάρχον πεπαῤῥησιασμένης προφητείας, πάσης ῥητορικῆς πλοκῆς ὑπεξῃρημένον [1].

pientiam scripsit vobis, sicut et in omnibus Epistolis suis loquens in eis de his : in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles distorquebunt, sicut et reliquas scripturas, ad propriam ipsorum perditionem [11]. Hæc illi vituperio vertunt Apostolo, quæ tamen laudi sunt; utpote a libero vaticinio profecta, et omni rhetorico artificio remota.

Ἕκτον, τὸ τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας ἀποτρέπεσθαι· φησὶ δὲ ὅτι οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ Κυρίου συνήχθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρὴ αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, ψιλῷ τῷ ὀνόματι καὶ μόνῳ ἀπεχθανόμενοι· B περὶ ὧν ὕστερον ἐν τῇ κατὰ βάθους ἐξετάσει ἐν ἰδίῳ ἑκάστῳ κεφαλαίῳ σαφέστερον λεχθήσεται· ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τῶν ὑπομνηματικῶν ἱστοριῶν ἀπάρξασθαι καιρός ἐστιν· ἀπάρξομαι δ' οὕτως, τά τε παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν ταῖς κατηχήσεσιν ῥηθέντα (14) προθεὶς, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀρτίως διαγνωσθέντα ὑποθεὶς, ὡς ἂν ἄρα οἰκειοτέρα ἡ σκέψις γενήσεται.

Sextum est, quod seniores (presbyteros) ab Ecclesia arcent. Etenim dicunt quia seniores adversus Dominum conspirarunt, idcirco id nomen non esse usurpandum : quare vel solo hujus nominis sono exasperantur. Ac de his singulis posthinc in plena disputatione, proprio cujusque rei capitulo, lucidius dicetur. Nunc superest ut historicum commentarium exordiamur. Incipiemus autem a præponendis iis, quæ beatus Cyrillus in catechesibus dicit; quibus postea, quæ nuperius nos cognovimus, adjiciemus, ut rei disquisitio intimior fiat.

ΙΑ'. Ὁ δυσώνυμος Μάνης οὐκ ἔστιν ἀπὸ Χριστιανῶν, μὴ γένοιτο! οὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας, οὔτε αὐτὸς, οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ τῆς τοιαύτης κακίας διδάσκαλοι· κλέπτης γάρ ἐστιν, ἀλλοτρίων αἱρέσεων ἰδιοποιούμενος τὰ κακά· πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον, ἀκουστέον· Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τῷ γένει, οὐδὲν κοινὸν οὐδὲ C πρὸς Ἰουδαϊσμὸν οὐδὲ πρὸς Χριστιανισμὸν κεκτημένος· οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας καὶ τὸν Ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξεν, μίαν καλουμένην *Τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον*, νεκροποιεῖς [a] οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς [v] μόνην τὴν προσηγορίαν· καὶ ἄλλην καλουμένην *Κεφάλαιον*· καὶ τὴν τρίτην *Τῶν μυστηρίων*, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· τετάρτην ἣν περιφέρουσι *Θησαυρὸν ζωῆς* καλοῦντες, ἥπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου· μαθητὴς δὲ ἦν τούτῳ Τερέβινθος ὀνόματι· ἀλλὰ τὸν προειρημένον Σκυθιανὸν ἐλθόντα εἰς τὴν Ἰουδαίαν καὶ λυμαινόμενον τὴν χώραν νόσῳ θανατώσας ὁ Κύριος, ἔπαυσε τὴν λοιμώδη κατάστασιν· D ὁ δὲ τῆς κακίας μαθητὴς Τερέβινθος, κληρονόμος ὢν τοῦ χρυσίου καὶ τῶν βιβλίων καὶ τῆς αἱρέσεως, παραγενόμενος ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ γνωριζόμενος, καὶ παρὰ πάντων καταγινωσκόμενος, ἐκεῖθεν εἰς τὴν Περσίδα μετῆλθεν· εἶτα ἵνα μὴ ἐκ τῆς προσηγορίας κἀκεῖ γνωρίζηται, Βουδδᾶν ὠνόμασεν ἑαυτόν· ἀλλ' εἶχεν ἐκεῖ

XI. Infausti nominis Manes Christianus non fuit, absit! neque ut Simon Ecclesia ejectus, neque ipse scilicet neque priores illo hujus nequitiæ magistri. Furis enim instar, ex alienis hæresibus suam conflavit iniquitatem. Quomodo autem et qua ratione, audiendum est. Scythianus quidam in Ægypto fuit, genere Saracenus, nihil commune sive cum Judæis sive cum Christianis habens. Hic habitans Alexandriæ, **16** Aristotelicæ æmulator vitæ, quatuor composuit libros: unum dictum *Sanctum Evangelium*, mortiferos, non autem Christi, actus continentem, sed nomine tenus ita appellatum; alterum dictum *Capitulum* ; tertium dictum *Mysteriorum*, qui favet legis ac prophetarum, quam Manichæi volunt, destructioni. Quartum circumferunt, *Vitæ thesaurum* vocantes, qui est potius mortis thesaurus. Huic erat discipulus Terebinthus nomine. Sed enim Scythianum quidem cum in Judæam ad inficiendam lue regionem abiisset, morbo Dominus exstinguens, finem pestilenti instituto imposuit. Nequitiæ autem discipulus Terebinthus, auri, librorum, atque hæreseos hæres, cum in Palæstinam pariter venisset, et in Judæa palam innotuisset, inde in Persidem migravit. Deinde ne ex nomine illic quoque agnosceretur, Buddam semet appellavit. Verumtamen ibi nactus est adversarios Mithriacos; multisque commotis sermonibus et altercationibus, convictus fuit : postremoque

[11] II Petr. III, 14-16.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Deest ὑπεξῃρημένον apud R. [a] Deest νεκροποιεῖς apud R. [v] R. ὡς.

NOTÆ.

(14) Scilicet Cyrillus Hierosol. in Catechesi sexta a cap. 21 et deinceps, in editione Tuttæi qui Petro nostro ob corrigendum quandoque Cyrilli textum usus est.

pulsus, ad viduam quamdam mulierem confugit. Mox domus tecto conscenso, ibique aerios dæmones advocans, quos Manichæi usque ad hodiernam diem in sua nefaria confarreatione invocant, fanatismo percitus, de tecto semet ejaculans, exanimatus est; atque ita secunda fera excisa fuit.

XII. Cæteroqui manserunt hæreticorum commentariorum libri, et horum hæres simulque pecuniæ femina vidua : quæ cum cognatione et alio quolibet familiari careret, pecunia illa puerum nomine Cubricum emere decrevit, eumque adoptans, Persarum doctrinis exquisite erudiendum curavit, atque adversus humanum genus ceu malum telum exacuit. Malus itaque verna Cubricus inter philosophos adolevit; mortuaque vidua, opum adiit hæreditatem atque librorum. Postea ne servile nomen Cubricus sibi probro esset, Manetem semet **17** nominavit, quod in Persica dialecto *sermonem* significat : nimirum quia sermocinandi arte valere videbatur, Manetem se nuncupavit, quasi optimum sermocinatorem. Et ille quidem gloriam sibi in Persarum lingua conciliabat, sed Dei providentia ipsum, licet invitum, suimet accusatorem fieri parabat; ut qui in Perside semet hoc nomine honorare putabat, apud Græcos maniacum se esse nuntiaret. Ausus etiam est dicere se Paracletum. Blasphemavit igitur, Spiritum sanctum se dicens, prout scriptum est : *Qui adversus Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur ei* [16]. Sic etiam ex præcessoribus ejus, Scythianus quidem ausus est Patrem se nominare; alius autem Buddam Dei Patris Filium, et quidem de virgine natum, et in montibus educatum; unde etiam, discipulos duodecim factus Antichristus, prædicatores erroris emisit. Qui ergo illis communicat, videat quibuscum se collocet. Perturbavit mundum servus; et in medium procedens, res supra hominis conditionem promisit.

XIII. Ægrotabat regis Persarum filius, neque medicorum copia deerat; sed Manes sanaturum se spopondit : recesserunt medici, simulque puer vita excessit. Convicta est hominis improbitas, et in vincula conjectus : eratque in carcerem trusus philosophus, non quia regi veritatem persuasisset, non quia idola prostravisset; sed quia sanitate promissa,

A τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοὺς [x] τοῦ Μίθρα· καὶ πολλῶν λόγων κινουμένων καὶ ἰδιαπληκτισμῶν, ἠλέγχετο· καὶ πέρας ἐλαυνόμενος προσφεύγει τινὶ γυναικὶ χήρᾳ· εἶτ' ἐπὶ δώματος ἀνελθὼν, καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀερίους δαίμονας, οὓς Μανιχαῖοι μέχρι τῆς σήμερον ἐπὶ τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν ἰσχάδος ἐπικαλοῦνται, θεόπληκτος γενόμενος, καὶ καταβληθεὶς ἐκ τοῦ δώματος, ἐξέψυξεν· καὶ οὕτως ἐξεκόπη τὸ δεύτερον θηρίον.

ΙΒ'. Ἀλλ' ἔμεινεν τὰ ὑπομνηματικὰ τῆς ἀσεβείας βιβλία· καὶ κληρονόμος ἦν ἡ χήρα καὶ τῶν βιβλίων καὶ χρημάτων· μήτε δὲ συγγένειαν, μήτε ἕτερόν τινα ἔχουσα, ἔκρινεν ἐκ τῶν χρημάτων ἀγοράσαι παῖδα Κούβρικον [y] λεγόμενον· καὶ τοῦτον εἰς υἱοθεσίαν λαβοῦσα, ἐπαίδευσε τοῖς Περσῶν μαθήμασιν, ὥς οἷόν τε, καὶ ὤξυνε κατὰ τῆς ἀνθρωπότητος κακὸν βέλος [z]· καὶ B Κούβρικος ὁ κακὸς οἰκέτης, μέσον φιλοσόφων ἤκμαζεν· καὶ τελευτησάσης τῆς χήρας, ἐκληρονόμει, καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ βιβλία· εἶτα ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας τοῦ Κουβρίκου [a] ὄνομα ἐπονείδιστον ᾖ [b], ἀντὶ Κουβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν, ὅπερ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν διάλεκτον *τὴν ὁμιλίαν* δηλοῖ. Ἐπειδὴ δὲ διαλεκτικός τις εἶναι ἐδόκει, Μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζει, οἱονεὶ ὁμιλητήν τινα ἄριστον· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν εὐδοξίαν ἑαυτῷ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν γλῶσσαν ἐπραγματεύσατο, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ οἰκονομία καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἑαυτοῦ κατήγορον ἐποίει γενέσθαι· ἵν' ἐν Περσίδι ἑαυτὸν νομίσας τιμᾷν, παρ' Ἕλλησι μανίας ἑαυτὸν ἐπώνυμον καταγγείλῃ (5)· ἐτόλμα δὲ λέγειν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Παράκλητον (6)· C ἐβλασφήμησεν οὖν Πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἰπὼν, καθὼς γέγραπται· *Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ* [cod. f. 90.] *εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν.* Ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, ὁ μὲν Σκυθιανὸς [c] ἐτόλμησε Πατέρα ἑαυτὸν ὀνομάσαι· ὁ δὲ Βουδδᾶς, υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι· ὅθεν καὶ δώδεκα μαθητὰς ὁ ἀντίχριστος τῆς πλάνης κήρυκας ἀπέστειλεν· ὁ ἐκείνοις κοινωνῶν βλεπέτω μετὰ τίνων ἑαυτὸν ἐντάσσει· ἐσάλευσεν ὁ οἰκέτης τὴν οἰκουμένην καὶ μέσος ἐλθὼν [d] λοιπὸν τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπηγγέλλετο.

ΙΓ'. Ἐνόσει τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁ υἱὸς, καὶ ἰατρῶν δαψίλεια παρῆν· ἀλλ' ὁ Μάνης ἐπηγγέλλετο ἰάσασθαι· ἀπέστησαν οἱ ἰατροί· συναπέστη τοῦ D παιδὸς ἡ ζωή· ἠλέγχθη ἡ ἀσέβεια τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δέσμιος ἦν· ὁ δὴ φιλόσοφος εἰς φυλακὴν κρατούμενος οὐ διὰ τὸ περὶ ἀληθείας ἐλέγξαι [e] τὸν βασιλέα βληθεὶς, οὐδὲ διὰ τὸ καταλῦσαι τὰ εἴδωλα, ἀλλὰ διὰ

[16] Marc. III, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[x] Addo τοὺς ex Cyrillo. [y] R. βούβρικον. [z] R. βέλιος. [a] In cod. est tantum κου. [b] R. ἦ. [c] R. hic mendose Σκυθανός. [d] R. ἐλθών. [e] R. ἐλένξαι.

NOTÆ.

(15) Idcirco apud Augustinum hær. 46 : *Manichæum, discipuli ejus appellare maluerunt, devitantes nomen insaniæ. Vel Mannichæum, quasi manna fundentem.*

(16) Augustinus hær. 46 : *Promissionem Domini nostri Jesu Christi de Paraclito Spiritu sancto in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam.*

τὸ ἐπαγγείλασθαι σῶσαι, καὶ ψεύσασθαι· μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τὸ φονεῦσαι· τὸν γὰρ δυνάμενον διὰ τῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας σωθῆναι, οὗτος τοὺς ἰατροὺς ἀποστήσας ἐφόνευσε, τῇ ἀμελείᾳ θανατώσας. Ἐμοῦ δὲ λέγοντος τὰ περὶ αὐτοῦ πάμπολλα κακὰ, μέμνησο πρῶτον τὴν βλασφημίαν, δεύτερον τὴν δουλείαν· οὐχ ὅτι αἰσχύνη ἡ δουλεία, ἀλλ' ὅτι δοῦλον ὄντα ἐλευθερίᾳ ἀντιπράττεσθαι [f] κακόν· τρίτον, τὸ ψεῦδος τῆς ἐπαγγελίας· τέταρτον, τὸν τοῦ παιδὸς φόνον· καὶ πέμπτον, τὴν αἰσχύνην τῆς φυλακῆς· καὶ οὐχ ἦν αἰσχύνη τῆς φυλακῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγή· ὁ γὰρ λέγων ἑαυτὸν Παράκλητον, καὶ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχον, ἔφυγεν· οὐχ ἦν διάδοχος Ἰησοῦ τοῦ ἑτοίμως ἐρχομένου εἰς τὸν σταυρὸν, ἀλλ' οὗτος ἐναντίως φυγάς ἦν· εἶτα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι B τοὺς δεσμοφύλακας· αἴτιος ὁ Μάνης [g] δι' ὑπερηφανίαν θανάτου τῷ παιδὶ [h], καὶ αἴτιος θανάτου τοῖς δεσμοφύλαξι διὰ τὴν φυγήν· ὁ οὖν θανάτου παραίτιος οὗτος ἄρα προσκυνεῖσθαι ὀφείλει ὡς Παράκλητος; Οὐκ ἔδει μιμήσασθαι [i] Ἰησοῦν, καὶ εἰπεῖν· *Εἰ ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν* [17]; οὐκ ἔδει κατὰ τὸν [j] Ἰωνᾶν εἰπεῖν· *Ἄρατέ με καὶ ἐμβάλατε εἰς τὴν θάλασσαν, δι' ἐμὲ γὰρ ὁ κλύδων οὗτος* [18];

ΙΔ'. Φεύγει [l] ἐκ τῆς φυλακῆς, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλὰ ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης, Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος (17)· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων, δόξωσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι. Λέγε [m], φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν C Μάνεντα ὃ [n] κηρύσσεις· ὁ δὲ ὡς τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ τῆς βλασφημίας πρῶτον τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων ἤρχετο φάσκων, ὅτι ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς, κακῶν ἐστιν εὑρετής· λέγων περὶ ἑαυτοῦ, *Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον* [20]· ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ἐξέλυε τὴν βλασφημίαν [cod. f. 91.] εἰπών· Εἰ ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς, κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων, *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν* [21]; καὶ εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, *Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ* [22], διὰ τί τιμᾷς Πέτρον [23], τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σάπφειραν θανατώσαντα (18); εἰ δὲ καὶ μέμφῃ ὅτι πῦρ ἡτοίμασεν, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, *Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, *Ἐγὼ Θεὸς* D *ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακὰ*, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα, *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ μάχαιραν*; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα

A spem fefellerat; imo potius, ut verius dicam, homicida exstiterat: etenim eum qui medicinali cura sanari poterat, ipse submotis medicis interfecit, medelæ destitutione ad mortem redactum. Me vero multa ejusdem scelera narrare instituente, recordare, lector, primo blasphemiam ejus; deinde servitutem, non quod servitus probro sit, sed quia officia **18** liberi hominis a servo usurpari iniquum est: tertio loco promissionis falsitatem: quarto carceris ignominiam; neque carceris tantum ignominiam, verum etiam ex carcere fugam. Nam qui se Paracletum et veritatis defensorem dicebat, fugit: nec fuit profecto Christi imitator, qui sponte ad crucem venit; verum is contra fuga se proripuit: quo facto, rex Persarum duci ad supplicium custodes carceris jussit. Causa igitur fuit Manes tum obitus pueri ob jactantiam suam, tum etiam necis custodum propter fugam. Ergone hic mortis auctor et reus, adorari tanquam Paracletus debet? Nonne eum oportuit Christum imitari, ac dicere: *Si me quæritis, sinite hos abire* [17]? Nonne, ut Jonas, dicere debuit: *Tollite me et projicite in mare: propter me enim tempestas hæc* [18]?

XIV. Fugit ex carcere, et in Mesopotamiam venit. Verum illic occurrit ei telum justitiæ, Archelaus episcopus, præpositis judicio philosophis, et advocata Ethnicorum concione, ne si forte judicarent Christiani, videretur gratiosum esse judicium. Ille autem patentis sepulcri instar os habens [19], a blasphemia adversus omnium rerum Factorem exorsus est dicens: Veteris Testamenti Deum, malorum esse inventorem, quandoquidem de se ait: *Ego ignis consumens sum* [20]. Sapiens vero Archelaus blasphemiam dissolvebat dicens: Si veteris Testamenti Deus, ut ais, ignem se dicit, cujusnam Filius est qui ait: *Ignem veni mittere in terram* [21]? Quod si reprehendis dicentem: *Dominus mortificat et vivificat* [22]; cur Petrum honoras, qui Tabitham quidem resuscitavit, sed Saphiram leto tradidit [23]? **19** Tum si vituperas quod ignem paraverit [24], cur non reprehendis qui dicit: *Ite in ignem æternum* [25]? Si expostulas quod dixerit: *Ego Deus faciens pacem et creans mala* [26]; cur non castigas Jesum dicentem: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* [27]? Cum ambo paria loquantur, alterutrum stat; nempe ut vel ambo ob eamdem locutionem boni sint; vel

[17] Joan. XVIII, 8. [18] Jon. I, 12. [19] Psal. V, 11. [20] Deut. IV, 24. [21] Luc. XII, 49. [22] I Reg. II, 6. [23] Act. IX, 40; V, 5. [24] Deut. XXXII, 22. [25] Matth. XXV, 41. [26] Is. XLV, 7. [27] Matth. X, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[f] Cyrillus ἐλευθερίαν πλάττεσθαι, *libertatem simulare*. [g] R. Μάνην. [h] Deest τῷ παιδὶ apud R. [i] R. μιμίσασθαι. [j] Ita reapse codex, non autem κατ' αὐτόν. [k] R. ἐμβάλετε. [l] Interponit καὶ R. [m] R. λέγει. [n] R. ὁ.

NOTÆ.

(17) Archelai cum Manete multo copiosior disputatio exstat edita egregieque illustrata a cl. viro L. A. Zacagnio, bibliothecæ Vat. olim præfecto, in ejus collectione monum. vet. Romæ 1598.

(18) In codicis margine ita: καὶ μὴν κὐτὸς ἐδίδαξας, ὡς ἀτιμάζουσι Πέτρον, τὰς δὲ πράξεις οὐ δέχονται: *atqui tu ipse nos docuisti, ab ipsis contemni Petrum, et apostolorum Acta non recipi*. Tamen alite de apostolorum Actis supra p. 14.

si inculpabilis Jesus est ita loquens, cur illum vituperas qui similiter in vetere loquitur? Respondit huic Manes : Quisnam vero Deus excæcat? Atqui Paulus ait : *In quibus Deus hujus sæculi excæcavit infidelium mentes, ut non fulgeat ipsis illuminatio scientiæ gloriæ Evangelii Christi* [28]? Tum rursus Archelaus subdistinguens ait : Lege antea quid sibi velit : quod si etiam est opertum Evangelium nostrum, in iis qui pereunt opertum est. Viden' quod *iis qui pereunt opertum sit* [29]? *Non enim oportet Sancta dare canibus* [30]. Præterea num veteris tantummodo Testamenti Deus infidelium mentes excæcavit? an etiam Jesus ipse, qui Paulum quoque excæcavit; quoniam dixit : *Idcirco in parabolis illis loquor, ut videntes non videant* [31]? Num quia odisset, volebat eos visu carere? an potius ob indignitatem, quia oculos suos sponte occluserant? Ubi enim voluntaria malitia est, inde se subducit gratia illuminans. Etenim habenti, dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur [32]. Quod si quidam recte interpretantur, licebit non inepte etiam dicere : Quanquam excæcavit infidelium mentes, ut etiam Pauli oculos Christus, utiliter id tamen egit, ut illi ad sanctitatem respicerent. Non enim dixit : Excæcavit animam illorum, sed *mentes infidelium*; ita ut verborum sensus sit: Excæca scortatoris scortantem mentem, ut homo sit salvus : excæca latronis latrocinantem rapacemque animum, ut homo salvetur. Quod si dictum intelligere sic nolueris, est alia quoque explanatio. Excæcat **20** hebetes oculos etiam sol, et lippientes excæcantur luce; non quod excæcantem naturam sol habeat, sed quia oculorum status infirmus est. Sic etiam infideles, laborantibus morbo animabus, spectare Divinitatis radios nequeunt. Et non dixit : Excæcavit illorum mentes, quominus Evangelium fulgeret; sed quominus illuminatio gloriæ Evangelii Christi fulgeret. Namque audire Evangelium, cunctis conceditur; sed tamen Evangelii Christi gloria fidelibus famulis reservatur. Loquebatur itaque per parabolas Christus iis, qui audire non poterant; discipulis vero privatim parabolas explicabat [33] : nempe gloriæ fulgor, illuminatis fit; excæcatio autem, infidelibus. Hæc nunc tibi mysteria edisserit Ecclesia, ex catechumenorum classe jam egresso : neque tamen ethnicis talia exponere mos noster est. Quippe ethnicis mysteria de Patre, Filio et Spiritu sancto non tradimus : nec ipsis quidem catechumenis lucide mysteria communicamus; sed tecte loquimur sæpe, ut ii qui norunt fideles intelligant; et qui ignorant, detrimentum non patiantur.

A λεγόντων, δυοῖν θάτερον · ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν · ἢ εἰ [o] ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί λέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ Παλαιᾷ λέγοντα; Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς αὐτὸν λέγει · Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων · *Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ*. Ὁ δὲ Ἀρχέλαος πάλιν, ὑποστίξας [p] φησί· Προανάγνωθι ὃ λέγει νῦν · εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ *κεκαλυμμένον* · ὁρᾷς ὅτι *ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται; οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν*. Εἶτα μόνον ὁ τῆς Παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς ὁ καὶ
B Παῦλον τυφλώσας οὐκ εἴρηκε, *Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι;* Μὴ μισῶν αὐτοὺς ἐβούλετο [cod. f. 91.] μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος [q] πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ τῆς φωτιζούσης χάριτος · τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται · ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἔστι καὶ οὕτως εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα · Εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ὡς καὶ Παύλου τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Χριστὸς, ἐπὶ καλῷ γὰρ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια βλέψωσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ, *τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων* · τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι · Τύφλωσον τοῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέ-
C σωσται ὁ ἄνθρωπος · τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ λῃστρικὸν καὶ ἁρπακτικὸν νόημα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτως νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις · τυφλοῖ καὶ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται βλαπτόμενοι ἐκ τοῦ φωτός · οὐχ ὅτι τυφλωτικὸς ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων σαθρά ἐστιν. Οὕτως καὶ οἱ ἄπιστοι νοσοῦντες τὰς ψυχὰς ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν οὐ δύνανται · καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' *εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ*. Τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ Εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται · [cod. f. 92.] ἡ δὲ δόξα τοῦ Εὐαγγελίου Χριστοῦ, γνησίοις δούλοις
D ἀφώρισται · Ἔλεγεν οὖν ὁ Κύριος, τοῖς μὴ ἀκοῦσαι δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς · τοῖς δὲ μαθηταῖς, ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς · ὁ αὐγασμὸς τῆς δόξης, τοῖς πεφωτισμένοις · ἡ δὲ τύφλωσις, τοῖς ἀπιστοῦσι. Ταῦτα τὰ μυστήρια νῦν ἡ Ἐκκλησία διηγεῖταί σοι, τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλλομένῳ · οὐκ ἔστι γὰρ ἔθος, ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι ταῦτα · οὐ γαρ ἐθνικοῖς τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια · οὐδὲ περὶ μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων

[28] II Cor. IV, 4. [29] ibid., 3. [30] Matth. VII, 6. [31] Matth. XIII, 13. [32] ibid. 12. [33] Marc. IV, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[o] Sic corrigo ex Cyrillo. Cod. εἰ δέ. [p] Cyrillus ὑποκρούσας, *interpellans*; recte sane; atque ita fere explicandum videtur ὑποστίξας, quasi *obturbans, obsistens*. [q] R. αὐτὸ προαιρ.

λευκῶς λαλοῦμεν [r] ἀλλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως [s], ἵνα οἱ γινώσκοντες πιστοὶ νοήσωσι, καὶ οἱ μὴ εἰδότες μὴ βλαβῶσι.

ΙΕ'. Τούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων· τοιαύταις συμπλοκαῖς κατεπάλαιεν τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. Φεύγει πάλιν καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδρὰς, ἔρχεται εἰς κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα· ἀλλ' ὁ [t] καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοούμενος, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως δρομαίως ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπείγετο ζήτησιν· Μάνης δὲ ἰδὼν τὸν ἀντίδικον, ἐξαίφνης [u] ἐξεπήδησε καὶ ἔφυγεν· ἔφυγε δὲ τὴν τελευταίαν φυγήν. Οἱ γὰρ τοῦ Περσῶν βασιλέως ὑπασπισταὶ πανταχοῦ διερευνώμενοι, καταλαμβάνουσι τὸν φυγάδα· καὶ ἣν ὤφειλεν ἐπὶ τοῦ [cod. f. 92. b.] Ἀρχελάου λαβεῖν ἀπόφασιν, ταύτην ἐπιφέρουσιν αὐτῷ οἱ [v] τοῦ βασιλέως ὑπηρέται· συλλαμβάνεται ὁ Μάνης ὃν προσκυνοῦσιν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ὡς Παράκλητον, καὶ ἄγεται πρὸς τὸν βασιλέα· ὠνείδισεν ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ τὸ ψεῦδος, καὶ τὴν φυγὴν ἐχλεύασεν καὶ [x] τὴν δουλείαν· ἐξεδίκησε τοῦ παιδὸς τὸν φόνον καὶ κατέκρινε· καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διὰ τὸν τῶν δεσμοφυλάκων φόνον, ἐκδαρῆναι τὸν Μάνην Περσικῷ νόμῳ προστάξας· καὶ τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα, θηρίοις παρεδόθη βορά· τὸ δὲ τῆς κακίστης γνώμης δοχεῖον τὸ δέρμα, θυλάκου [y] δίκην πρὸ τῶν πυλῶν ἀνηρτήθη· ὁ Παράκλητον ἑαυτὸν λέγων, καὶ τὰ μέλλοντα εἰδέναι ἐπαγγελλόμενος, τὴν ἰδίαν φυγὴν καὶ τὴν κατάληψιν οὐκ ἔγνω.

XV. His aliisque pluribus argumentis draco refutatus est; talibus, inquam, luctaminibus Manetem debellabat Archelaus. Fugit igitur illinc etiam, qui olim carcere effugerat; et adversarium vitans, venit in quoddam obscurissimum oppidum, prout ille serpens, qui relicto in paradiso Adamo, accessit ad Evam. Sed enim bonus pastor Archelaus, ovium saluti consulens, intellecto effugio, statim concito cursu ad lupi persecutionem ferebatur. Manes tamen conspecto adversario, protinus fuga se subduxit, quæ cæteroqui postrema ei fuit : nam regis Persarum milites ubique indagantes, fugitivum deprehenderunt; et quam coram Archelao subiturus erat sententiam, hanc eidem regis ministri inflixerunt. Comprehenditur Manes, quem sui discipuli ut Paracletum adorant, atque ad **21** regem deducitur. Exprobravit ei rex mendacium suum, fugamque et captivitatem irrisit; de filii nece reum postulavit et condemnavit; atque ob hæc, et ob carcerariorum quoque supplicium, excoriari Manetem mandavit lege Persica, et corpus reliquum feris vorandum tradi : pessimæ demum mentis receptaculum, cutem, inquam, utriculi instar, portis suspendi. Sic itaque is, qui Paracletum se appellabat, et futura cognoscere dictitabat, fugam suam comprehensionemque non novit.

ΙϚ'. Ἦν δὲ πρὸ τούτου καὶ ἕτερος τῆς κακίας διδάσκαλος ταύτης, Ζαράνης ὀνόματι, ὁμόφρων αὐτοῦ ὑπάρχων· μαθηταὶ δὲ τούτου τοῦ ἀντιχρίστου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα (19)· Σισίννιος ὁ τούτου διάδοχος· καὶ Θωμᾶς ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν εὐαγγέλιον συντάξας· Βουδδᾶς [z] τε, καὶ Ἑρμᾶς, Ἄδαντος, καὶ Ἀδήμαντος, ὃν ἀπέστειλεν εἰς διάφορα κλίματα κήρυκα τῆς πλάνης· ἐξηγηταὶ δὲ αὐτῷ καὶ ὑπομνηματισταὶ γεγόνασιν, Ἱέραξ, καὶ Ἡρακλείδης, καὶ Ἀφθόνιος [a]· ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι μαθηταὶ τρεῖς, Ἀγάπιος ὁ τὴν Ἑπτάλογον συντάξας, καὶ Ζαρούας, καὶ Γαβριάβιος· [cod. f. 93.] μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ κατὰ Θωμᾶν εὐαγγέλιον (20)· οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν δώδεκα κακῶν τοῦ ἀντιχρίστου Μάνεντος μαθητῶν· μήτε τὴν Ἑπτάλογον Ἀγαπίου· μήτε τὴν τῶν ἐπιστολῶν ὁμάδα· μήτε τὴν πᾶσαν παρὰ τούτων ἀσεβῶν ἐκτεθεῖσαν βίβλον ἀναγινωσκέτω, εἰς λύμην πολλῶν, καὶ τῆς οἰκείας ψυχῆς ἀπώλειαν· πᾶσαν γὰρ αὐτῶν βίβλον ὡς ἀσεβῆ διδάγματα κατέχουσαν καὶ βλασφη-

XVI. Exstiterat tamen ante hunc alius quoque nequitiæ magister, Zaranes nomine, ejusdem atque hic sententiæ. Porro Antichristi Manetis duodecim fuere discipuli : Sisinnius ejus successor : Thomas qui Manichaicum secundum se ipsum Evangelium condidit : Buddas, Hermas, Adantus, et Ademantus, quem postremum ad diversa climata misit erroris prædicatorem. Hujus autem interpretes et a commentariis fuerunt Hierax, et Heraclides, et Aphthonius. Erant huic et alii discipuli tres : Agapius, qui Heptalogum composuit, et Zaruas, et Gabriabius. Cæterum nemo legat evangelium secundum Thomam; neque enim est hic unus de duodecim apostolis, sed ex duodecim improbis Antichristi Manetis discipulis. Neque rursus Agapii Heptalogum, neque epistolarum farraginem, neque ullum ab his impiis librum compositum legat ad multorum corruptelam propriæque animæ exitium. Cunctos enim illorum libros, ut impiis doctrinis imbutos, et omnimoda blasphemia scatentes; itemque omnes preces, ut in-

VARIÆ LECTIONES.

[r] R. λαλοῦμαι. [s] R. ἐπικεκαλλ. [t] R. ἡ. [u] R. ἐφέφνης. [v] R. καὶ pro οἱ. [x] R. δὲ pro καί. [y] R. θηλάκου. [z] Mendose apud Cyrillum Βαδδᾶς, de quo falso vocabulo frustra æstuat Tuttæus. [a] R. Ἀθόνιος.

NOTÆ.

(19) Augustinus hær. 46 : *Manichæus duodecim discipulos habuit, ad instar apostolici numeri, quem numerum Manichæi hodieque custodiunt : nam ex electis suis habent duodecim, quos appellant magistros, et tertium decimum principem ipsorum.*

(20) De Pseudevangelio Thomæ breviter Fabricius cod. apocryph. N. T. tom. I, p. 379, sive hoc a Manichæo auctore fuerit, sive ab alio quovis.

scribunt, revera præstigias potius, sancta nostra catholica et apostolica Ecclesia anathemate damnat, una cum illorum **22** scriptorum auctoribus, ceu multorum magnorumque malorum inventoribus ac ducibus perditionis.

XVII. Nemo igitur ab animarum corruptoribus Manichæis detrimentum capiat; qui jejunii tristitiam palearum decocto simulant: qui ciborum creatorem vituperant, dum helluantur; qui docent, eum qui talem herbam vulserit, in ipsam fore convertendum. Nam si is, qui herbam aut quodvis olus succidit, in id convertitur, profecto agricolæ et olitores in quodnam horum convertentur? Nam certe olitorem plurimas in herbas falcem mittere cernimus; at in quasnam potissime transformabitur? Risu hercle dignæ sunt hæ doctrinæ, vituperio atque omni ignominia plenæ. Idem, puta, vir pastoris officium gerens, et ovem mactavit, et lupum interfecit; in quodnam ergo transfigurabitur? Inertiæ filii Manichæi, nihil operantes aliorum opera devorant: qui illos, a quibus cibi eis offeruntur, renidente vultu excipiunt, et benedictionis loco maledicta rependunt. Nam cum eis quidquam stultus aliquis offert, Paululum absiste, aiunt, et tibi benedicam. Deinde panem manu capientes, sicuti narrant qui ex illorum cœtu sunt conversi, Ego te non feci, Manichæus inquit pani; et mox in unicum Deum altissimum maledicta jaculatur; maledicit, inquam, panis creatori, atque ita rem ab eo factam comedit. Atqui si oblata odisti, cur renidente vultu offerentem aspexisti? Si danti gratiam habes, cur Auctori et Creatori blasphemiam retribuis? Et insuper: Ego te non sevi, inquit; seratur, qui te sevit! Ego te non messui; falcibus metatur, qui te messuit! Ego te igne non assavi; assetur, qui te assavit! Præclaram enimvero beneficio mercedem reddis.

23 XVIII. Magna quidem hæc quoque mala sunt, exigua tamen si cum reliquis comparentur. Non audeo illorum lavacrum nec apud viros neque apud feminas prodere. Pudet me cuiquam enarrare, quibusnam miseris intinctam mariscam porrigant. Hæc tantum per conscia signa pandantur: viri enim quæ sibi in somniis eveniunt, cogitent; feminæ, quæ in menstruis. Vere os inquinamus talia dicentes.

A μίας πάσης πεπληρωμένην, καὶ πᾶσαν εὐχὴν λεγομένην παρ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ γοητείαν, ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἀνεθεμάτισε, μετὰ δὲ τοὺς ἐκθεμένους αὐτὰς ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐφευρετὰς καὶ ὁδηγοὺς ἀπωλείας· ἀνεθεμάτισε δὲ καὶ πάντας τοὺς μαθητευομένους ὑπ' αὐτῶν.

ΙΖ'. Διὸ μηδεὶς προσφθειρέσθω τοῖς ψυχοφθόροις Μανιχαίοις· τοῖς στυγνὸν τῆς νηστείας, ἀχύρων ὕδασι προσποιουμένοις· τοῖς διαβάλλουσι μὲν τὸν τῶν βρωμάτων [ποιητὴν,] λαιμαργοῦσι [δέ·] τοῖς διδάσκουσιν ὅτι ὁ τήνδε τὴν βοτάνην ἐκτίλλων, εἰς αὐτὴν μεταβάλλεται· εἰ γὰρ ὁ ἐκτέμνων βοτάνην ἤ τι τῶν λαχάνων εἰς αὐτὸ μεταβάλλεται, γεωργοὶ [b] καὶ κηπουρῶν παῖδες εἰς πόσα μεταβληθήσονται; κατὰ τοσούτων ὁ
XI. Adhuc tamen necessarium est de prædicto argumento pauca disserere, sicut initio sermonis hujus promisimus, ad ignominiam increpationemque hostium Dei impurorum Manichæorum; qui se quod non sunt, nuncupant; quod autem sunt, audire non sustinent. Si enim ex sacra Scriptura demonstrabitur, unum eumdemque esse et non alium, qui cœlum terramque fecit per Filium; eumdemque Patrem esse Domini nostri Jesu Christi et non diversum, eumdemque sine specie et sine figura, quod ad divinam substantiam attinet, superest ut illi utique habeant apud se alium Deum, quem malefico ingenio et infelici mente sibi confingunt. Porro ille (noster) qui sit, patefiet veris Scripturarum testimoniis in medium allatis. Hic igitur proferantur, et evangelicam articulate sonantem tubam audiant palam dicentem. Dominus dixit: *Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quod Pater me miserit*[75]. Et: *Qui me misit Pater, ipse testimonium perhibuit de me*[76]. Ubinam vero testatus sit, concorditer evangelistæ dicunt: *Baptizatus Dominus Jesus confestim ascendit de aqua; et ecce aperti sunt ei cœli, viditque Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*[77]. Rursus de Christi transfiguratione iidem aiunt: *Suscipiens Dominus Jesus Petrum et Jacobum ac Joannem fratrem ejus, duxit eos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos*[78]. Quibus etiam exhibuit speciem novam, quantum ipsi capere poterant: qui cum splendoris vehementiam non ferrent, humi procumbentes somno se tradiderunt. Et ecce vox de nube dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo* **59** *mihi bene complacui.* Hæc una voce evangelistæ tres. Joannes autem ait: Dominus dixit: *Clarifica me, Pater, claritate quam habui prius quam mundus fieret apud te*[79]. Ecce et apud ipsum testatur mundum fuisse hypostatica veritas, videlicet ante etiam mundi creationem clarificato Filio apud Patrem; non autem apud quemquam alium, ut vos dicitis, mundum fuisse. Statimque vox de cœlo delapsa ait: *Et clarificavi et iterum clarificabo*[80]. Vides auditam fuisse Patris vocem a præsentibus quotquot illa auditione digni fuerunt. Non tamen audierunt indigni: sicuti ne transfigurationis quidem lucem vidit proditor Judas. Reliqui vero apostoli digni sane erant ejus visione, sed tamen prudenti ratione a Domino prætermissi sunt, ne invidiosius et inexcusabilius ipsi fieret quod nonum exclusisset.

A καὶ ὃν βεβαίως καὶ ἀληθῶς προσδοκῶμεν τὴν κυρίαν καὶ δεσποτείαν ἔχειν καὶ τοῦ παρόντος καὶ τοῦ μέλλοντος καὶ κόσμου καὶ αἰῶνος, σὺν [cod. f. 119.] τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ βασιλεύοντα, καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΙΑʹ. Ὅμως ἀναγκαῖον ἔτι καὶ περὶ τοῦ προκειμένου βραχέα διαλαβεῖν, καθὼς ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ λόγου ὑπεσχόμεθα, πρὸς αἰσχύνην καὶ ὀνειδισμὸν τῶν θεομάχων καὶ ἀνοσίων Μανιχαίων, τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς ὅπερ οὐκ εἰσὶν, ὄντων δὲ ὅπερ ἀκούειν οὐκ ἀνέχονται. Εἰ γὰρ δειχθήσεται παρὰ τῆς ἱερᾶς Γραφῆς, ὅτι ὁ αὐτὸς εἷς Θεός ἐστιν, καὶ οὐκ ἄλλος ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ποιήσας δι' Υἱοῦ· αὐτὸς B δὲ καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπάρχων καὶ οὐχ ἕτερος, ὁ αὐτὸς ἀνείδεος καὶ ἀσχημάτιστος ὑπάρχων κατὰ τὴν θείαν οὐσίαν, λείπεται αὐτοὺς ἄρα ἔχειν παρ' ἑαυτοῖς ἕτερον Θεὸν, ὃν κακούργου σκέψεως καὶ κακοδαίμονος διανοίας ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσιν· ὃς καὶ φανερωθήσεται ὁποῖός ἐστι, τῶν Γραφικῶν ἀληθῶς μαρτυριῶν εἰς μέσον προτιθεμένων. Ἀγέσθωσαν τοίνυν ἐνταῦθα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἐνάρθρου σάλπιγγος σαφῶς λεγούσης ἀκουέτωσαν· εἶπεν ὁ Κύριος· *Τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ Πατήρ με ἀπέστειλεν· καὶ ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκεν περὶ ἐμοῦ·* ποῦ δὲ ἄρα μεμαρτύρηκεν, συμφώνως οἱ εὐαγγελισταί φασιν· *Βαπτισθεὶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ καὶ εἶδεν* C *τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα·* καὶ πάλιν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ μεταμορφώσεως, οἱ αὐτοί φασιν· *Παραλαβὼν Κύριος Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνήνεγκεν αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατιδίαν· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν.* Οἷς καὶ παρεδείκνυ εἶδος ξένον, ὅσον χωρεῖν ἠδύναντο· οἳ καὶ τὴν ὑπερβολὴν αἴγλης μὴ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὴν γῆν καταπεσόντες εἰς ὕπνον ἐτρέποντο. Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Ταῦτα μὲν οἱ τρεῖς εὐαγγελισταὶ συμφώνως· D ὁ δὲ Ἰωάννης φησίν· Εἶπεν ὁ Κύριος, *Δόξασόν με, Πάτερ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Ἰδοὺ καὶ παρ' αὐτῷ τὸν κόσμον εἶναι μαρτυρεῖ ἡ ἐνυπόστατος ἀλήθεια, δηλονότι πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν κόσμον δοξαζομένου τοῦ Υἱοῦ παρὰ τῷ Πατρί· καὶ οὐ παρ' ἑτέρῳ εἶναι τὸν κόσμον, καθὼς αὐτοί φατε· καὶ εὐθέως φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· *Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.* Ἴδε ὅτι φωνὴν αὐτοῦ οἱ παρόντες ἀκηκόασιν οἱ ἀξίως χωρητικοὶ τῆς τοιαύτης ἀκοῆς· οὐκ ἀκηκόασι δὲ πάντως οἱ ἀνάξιοι, ὥσπερ οὐδὲ τὸ τῆς μεταμορφώσεως φῶς Ἰούδας ὁ προδότης· οἱ δὲ λοιποὶ

[75] Joan. v, 36. [76] ibid, 37. [77] Matth. iii, 16. [78] Matth. xvii, 1; Marc. ix, 1; Luc. ix, 28. [79] Joan. xvii, 5. [80] Joan. xvii, 28.

ἀπόστολοι ἄξιοι μὲν τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν ὑπῆρχον, οἰκονομικῶς δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἀπελείφθησαν· ὥστε ἀνεπαχθέστερον αὐτῷ [cod. f. 120.] γενέσθαι καὶ ἀναπολόγητον τὸ ἔννατον ἀπολειφθῆναι.

ΙΒ'. Καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλός φησιν· A ὅτι ὁ Κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν *ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν*, δηλονότι *πρὸ τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως· ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί*· νοερῶς πάντως καὶ ὀπτανόμενος καὶ προσκαλούμενος αὐτὸν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν ἑαυτοῦ ὁ Κύριος· μετὰ γὰρ ἐνιαυσιαῖον σχεδὸν χρόνον τῆς Χριστοῦ πρὸς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἀπόστολος, τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προεβλήθη διδάσκαλος· καὶ ἀναστὰς μὲν ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν, σωματικῶς τοῖς ἀποστόλοις ὠπτάνετο, ὁρώμενός τε καὶ τῇ χειρὶ τοῦ πολυπράγμονος Θωμᾶ ψηλαφούμενος καὶ σὺν αὐτοῖς ἀλιζόμενος, B ὥστε μὴ νομισθῆναι φαντασία τις, ἀλλ' ἀληθῶς σώματος ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις· ὁμοίως καὶ τοῖς λοιποῖς ἀξίοις. Τῷ δὲ λοιπῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ὤφθη· οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι ἀναστάντα ὡς Θεὸν ἐκ νεκρῶν ἰδεῖν ὃν ὡς κακοῦργον ἐσταύρωσαν. Ἀλλὰ καὶ νοερῶς τοῖς ἀξίοις ὠπτάνετο νῷ μόνῳ, εἰ καὶ λίαν ἀμυδρῶς σκιαγραφούμενος· καθὼς πρὸς τὸν Φίλιππον ὁ Κύριος ἔφη· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου*, τουτέστιν ὁ νενοηκώς· οὐ γὰρ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται τὸ Θεῖον [cod. f. 120. b.], ἀλλὰ νοΐ ὅσον ἐνδέχεται. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Θεῖον ἀσχημάτιστόν ἐστι καὶ ἀπερίγραπτον, ἀλλ' οἷς οἶδεν τρόποις οἰκονομίας τοῖς ἀξίοις ὀπτάνεται, πολυειδῶς καὶ πολυτρόπως τῆς σωτηρίας πάντων προνοούμενος.

C

ΙΓ'. Ὅτι δὲ ὁ αὐτὸς Θεός ἐστιν καὶ οὐκ ἄλλος ὁ ποιητὴς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων, ὁ αὐτὸς καὶ ἀόρατος τῇ θείᾳ οὐσίᾳ, καὶ Πατὴρ ὑπουράνιος ὑπάρχων, καὶ ἐν τῷ παντὶ ὢν καὶ ὑπὲρ τὸ ὕπαρ ὤν, ἀκριβῶς διὰ βραχέων ἄκουσον· εἶπεν ὁ Κύριος· *Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς*· καὶ πάλιν· *Γίνεσθε οἰκτίρμονες ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. Καὶ πάλιν· *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μήτε ἐν τῇ γῇ ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ*· Καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς*, D *εἴτε θρόνοι εἴτε ἀρχαί· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν*. Καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους δὲ δημηγορίαν τοῦ ἀποστόλου Παύλου ἀνάγνωθι τὴν ἐν ταῖς Πράξεσι κειμένην τῶν ἀποστόλων· καὶ πάλιν ἐν ταῖς αὐταῖς Πράξεσι γέγραπται, ὅτι *Ἀπολυθέντες οἱ ἀπόστολοι ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους*, δηλονότι ἐκ τοῦ συνεδρίου ἀπολυθέντες τῶν Ἰουδαίων, καὶ [cod. f. 121.] ἀπήγγειλαν αὐτοῖς ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύ-

[61] I Cor. xv, 58. [62] Joan. xiv, 9. [63] Luc. x, 21. [67] Act. xvii, 22.

XII. Beatus quoque apostolus Paulus ait, Dominum e mortuis suscitatum, *visum esse Cephæ, deinde duodecim, deinde plus quam quingentis fratribus simul: deinde visum esse Jacobo: deinde apostolis omnibus, videlicet ante gloriosam ejus in cælum assumptionem. Novissime autem omnium tanquam abortivo visus est et mihi* [61]: intellectualiter omnino, et semet ostendens Dominus et illum ad sui cognitionem invitans. Anno enim ferme exacto ex quo Christus in cœlum assumptus fuerat, fide ac baptismo suscepto Apostolus, mundi a Spiritu sancto constitutus est doctor. Et suscitatus quidem e mortuis Dominus apostolis apparuit, visusque et manu a curioso Thoma palpatus, et cum ipsis conversatus est ne phantasma quoddam existimaretur, sed vera potius corporis e mortuis resurrectio. Pari modo cum cæteris dignis egit. Verumtamen reliquo Judæorum populo non apparuit: non enim digni erant videre resuscitatum e mortuis ut Deum, quem uti maleficum crucifixerant. Sed enim intellectualiter quoque a dignis cernitur mente sola, etsi admodum exiliter adumbratus. (60) Sicuti Philippo aiebat Dominus: *Qui vidit me, vidit et Patrem meum* [62], id est qui intelligit. Neque enim corporeis oculis cernitur Deus, sed mente tantummodo, quantum fieri potest. Etsi vero caret figura et circumscriptione Deus, attamen ipse pro sua sapientia quibus vult modis fit conspicuus, variaque ratione ac plurifariam omnium saluti consulit.

XIII. Quod autem idem Deus, et non alius, cœli terræque et omnium quæ in eis sunt, creator sit, idemque invisibilis in divina substantia, Pater cœlestis, ubique exsistens, et omni veræ visioni superior; paucis accurate audi. Dominus dixit: *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ* [63]. Et rursus: *Estote misericordes sicuti Pater vester cælestis, qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos atque injustos* [64]. Et denuo: *Ego autem dico vobis, ne juretis omnino neque per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus* [65]. Item Apostolus: *Quoniam in ipso creata sunt universa in cælis et in terra, sive Throni, sive Dominationes: omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant* [66]. Insuper legesis Pauli apostoli ad Athenienses concionem [67] quæ in apostolicis Actibus est. Rursusque in iisdem Actibus scriptum est: *Apostolos dimissos venisse ad suos*, id est dimissos a Judæorum synedrio; iisque nuntiavisse quæ sibi pontifices senioresque dixerant. Qua re audita vocem simul omnes extulerunt dicentes: *Dominator Domine, qui fecisti cælum, et terram ac mare, et omnia quæ in eis sunt;* qui per Spiritum sanctum ore Patris nostri Davidis pueri tui dixisti: *Quare fremuerunt gentes,*

[64] Luc. vi, 36. [65] Matth. v, 34. [66] Coloss. i, 16, 17.

et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus? Convenerunt enim vere adversus puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israel, **61** *facere quæ manus tua et consilium tuum decreverunt fieri* [88]. Sexcenta alia ejusmodi sunt, ut paulo post demonstrabitur.

τεροι εἶπον· οἱ δὲ ἀκούσαντες ἦραν φωνὴν ὁμοθυμαδὸν λέγοντες· *Δέσποτα Κύριε, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς·* ὁ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου, στόματος Δαβὶδ παιδός σου εἰπών, *Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι· καὶ ἄλλα δὲ* μυρία τοιαῦτά ἐστιν, ἅπερ μικρὸν ὕστερον δηλωθήσεται.

XIV. Vides itaque ut absurda tua dissoluta fuerunt argumenta ab evangelicis apostolicisque tonitribus, ceu grandinis quædam turris perpetuo dejecta, dum demonstratum est, a Patre Domini nostri Jesu Christi, invisibili et nulla figura prædito, per Filium ejus, cooperante sancto Spiritu, creaturam omnem tam apparentem quam invisibilem fuisse conditam. Quisnam sit itaque apud vos cultus Deus, edisserite. Utique illum esse dicetis quem Manes coluit. Certe vos imaginem quidem Dei nostri non vidistis, qui divinorum sermonum splendores, ceu ex sole imaginem, emittit. Imago enim solis, inquit, lux est. Visualis ergo vis cum sit debilis et infirma ad solare corpus sine aliquo intermedio spectandum, utitur intermedia imagine atque ita sine damno illustratur. Sic divinam quoque et incorpoream lucem existima puras mentes illustrare, ceu velox fulgur, dum jucunditate amatores suos ad majorem cupiditatem incendit, atque ad petendum adhortatur, ut is qui illustratus fuit, hac divina semper et incorrupta luce illustretur. Sed neque vocem ejus audire vultis quæ præceptorum observantiam imperat. Nam consecuti effectus demonstrant vos ejus sermonem haud habere in vobis manentem. Nam quem ipse misit, huic vos non creditis, neque Scripturas scrutari vultis. Non enim existimatis neque speratis vitam in illis æternam habere. Illæ enim de ipso testantur, ideoque illas non scrutamini, ne ad ipsum veniatis vitamque æternam consequamini. Satis quippe exploratum est vos Dei charitatem minime habere. Qui enim fieri potest, ut charitatem Dei habeatis, qui impiorum atque fallacium stultas doctrinas magistrorum sectamini, et eam quæ apud solum Deum est gloriam non quæritis?

ΙΔ. Ἴδε σοι τοίνυν διαλέλυνται τὰ τῶν προβλημάτων ἄτοπα ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς βρονταῖς, ὡς οἷά τις χαλάζης πύργος [cod. χαλάνης πυγὸς] εἰς τέλος καταβληθέντα, ἐν τῷ δειχθῆναι ὅτι ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀόρατος καὶ ἀσχημάτιστος, διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τῇ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πᾶσαν τὴν κτίσιν φανεράν τε καὶ ἀόρατον συνεστήσατο. Τίς οὖν ἐστιν ὁ παρ' ὑμῶν Θεὸς σεβόμενος, εἴπατε· πάντως ἄρα ὅτι ὁ παρὰ τοῦ Μάνεντος σεβόμενος· ὅτι δὲ αὐτοὶ οὔτε εἶδος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἑωράκατε τὰς τῶν θείων αὐτοῦ λόγων ἀστραπὰς ὡς οἷα ἐξ ἡλίου εἶδος ἐμπορευόμενον. Εἶδος γὰρ, φησὶν, ἡλίου τὸ φῶς· ἤγουν ὄψις ἄτονος οὖσα καὶ ἀσθενὴς πρὸς τὴν τοῦ ἡλιακοῦ σώματος [cod. f. 121. b.] ἀντωπὴν ἀμέσως, χρωμένη ἐν μέσῳ τῷ εἴδει καὶ ἀβλαβῶς καταλάμπεται· οὕτω καὶ τὸ θεῖον φῶς καὶ ἀσώματον ἐννόει μοι τὸν κεκαθαρμένον νοῦν περιλάμπειν καθάπερ ἀστραπῆς τάχος, τῇ γλυκύτητι τοὺς ἐραστὰς αὐτοῦ πρὸς μείζονα πόθον ἀναφλέγον καὶ παρακαλεῖν προτρεπόμενον, πάντοτε τῷ τοιούτῳ φωτὶ τῷ θείῳ καὶ ἀκηράτῳ, ἐλλάμπεσθαι τὸ ἐλλαμπόμενον· ἀλλ' οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκούειν θέλετε τὴν τῶν θείων ἐντολῶν συντήρησιν νομοθετοῦσαν. Τὰ γὰρ ἑπόμενα δείκνυσιν ὅτι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν ὑμῖν οὐκ ἔχετε μένοντα. Ὃν γὰρ αὐτὸς ἀπέστειλεν, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε, οὐ γὰρ δοκεῖτε οὐδὲ θέλετε [cod. θέτε] ἐρευνᾷν τὰς Γραφάς· οὐ γὰρ δοκεῖτε οὐδὲ ἐλπίζετε ἐν αὐταῖς ζωὴν ἔχειν αἰώνιον· ἐκεῖναι γάρ εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐρευνᾶτε αὐτὰς, ὅπως μὴ ἔλθητε πρὸς αὐτὸν, ἵνα ζωὴν αἰώνιον ἕξητε· ἔγνωσται γὰρ περὶ ὑμῶν ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς· πῶς γὰρ οἱ ταῖς κεναῖς καὶ ματαίαις δόξαις τῶν ἀνοσίων καὶ ἀπατεώνων ὑμῶν ἐξακολουθοῦντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ δόξαν μὴ ἐπιζητοῦντες, ἀγάπην θείαν ἕξητε;

XV. Nos quidem etsi carneis oculis invisibilem Deum esse fatemur, namque **62** incorporeum a corporeo sensu spectari impossibile est; non idcirco tamen divinis operationibus communicare humanum genus negamus; sed intellectualiter pro suæ quemque puritatis gradu videre Deum censemus quantum homini fas est, ea nimirum ratione quæ nota Deo soli operanti est, et iis etiam in quibus Deus operatur: quanquam fieri non potest, ut qualis quantaque sit

ΙΕ'. Ἡμεῖς μὲν οὖν εἰ καὶ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἀθεώρητον τὸν Θεὸν εἶναι ὁμολογοῦμεν (τὸν γὰρ ἀσώματον σωματικῇ αἰσθήσει ὁραθῆναι ἀδύνατον), ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τῶν θείων ἐνεργειῶν ἀμέτοχον τὸ ἀνθρώπινον γένος [cod. f. 122.] ὑπάρχειν λέγομεν· ἀλλὰ νοερῶς κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς καθάρσεως ὁρᾷν τὸν Θεὸν, ὅσον ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώπῳ γινώσκομεν, τρόποις οἷς μόνος οἶδεν ὁ ταῦτα ἐνεργῶν, καὶ οἱ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι· εἰ καὶ μὴ πᾶν ἐφικτὸν ὅσον

[88] Act. IV, 23-28.

ἐστιν τὸ ἀμήχανον ἐκεῖνο καὶ ἀκατάληπτον φῶς ἐνοπτρίζεσθαι· ἀγγέλοις γὰρ ἁγίοις δυσέφικτον τῆς θείας φωτοχυσίας πέλαγος, ἀλλὰ καθ' ὅσον ἐστὶν σκεῦος κεκαθαρμένον ἐλλάμπεσθαι, ὥσπερ ἐν ἡλίῳ ἔστιν ἰδεῖν τὰ καθαρὰ καὶ ὑλώδη καὶ λεπτότερα καὶ ὑδατώδη σώματα, τρανοτέραν ἡλιακὴν λαμπηδόνα εἰσδεχόμενα· τὰ δ' ἐναντία τούτων ἀμυδρὰν ἐξεπιπολαίως καὶ μόνον αὐγάζουσαν, καὶ μὴ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀνεπιτηδειότητα· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐπ' ἴσης φωτίζει, ἀλλ' ἡ διαφορὰ τῶν ὑλῶν δοκεῖ μὲν, οὐ καλῶς δὲ, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον φωτίζειν. Θέλει γὰρ ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, οὐ βιάζεται δέ τινα διὰ τὸ αὐτεξούσιον. Τάχα δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Κυρίου σωματικὰς τῆς διατριβῆς θεοσημείας ἀοράτους εἶναί φημι, εἰ καὶ ἐδόκουν τισὶν ὁρᾶσθαι διὰ τὸ ἀνέκφραστον· ὅτι οὐ σμίλῃ, οὐ καυτῆρι, οὐ φαρμάκῳ, οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἰατρικῷ βοηθήματι πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐχρᾶτο· ἀλλὰ λόγῳ θάλασσαν ἐχαλίνου, δαίμονας ἀπήλαυνεν, νεκροὺς ἀνίστα, τυφλοῖς τὸ βλέπειν ἐχαρίζετο, παραλύτους ἔσφιγγεν [cod. f. 422. b.], λεπροὺς ἐκαθάριζεν, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν λόγῳ ἐθεράπευσεν, τὸν Πατέρα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ αὐτὸς ὢν σὺν τῷ Πατρὶ ἀδιαστάτως, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ συναϊδίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι· καὶ σωματικῶς ἐν τόπῳ τότε περιγραφόμενος, καὶ ἀπερίγραπτος τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὅσα τε ἐν οὐρανῷ καὶ ὅσα τε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ εἴ τίς ἐστιν ἑτέρα κτίσις τῶν οὐρανῶν ἐπέκεινα· καὶ δεικνὺς ὡς αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγῳ ποιήσας. Ὁ αὐτὸς δὲ Θεὸς εἰ καὶ σάρκα προσέλαβεν, καὶ τὰ τοιαῦτα λόγῳ ἐνεργῶν θεοπρεπῆ θαύματα. Τίνι γὰρ ἄλλῳ εἰ μὴ τῷ Κτίστῃ ὑπακούει τὰ κτίσματα; ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους ἔσται αἰῶνας τῶν αἰώνων, τὰ πάντα διακυβερνῶν καὶ συνέχων τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ καὶ προνοητικῷ βουλήματι.

ΙϚ'. Τί τοίνυν ἐστὶν, ὦ οὗτοι, ὁ τὴν ὑμετέραν διάστασιν ἀφ' ἡμῶν ὑμῖν ἐμποιεῖ, τῆς ἀκριβείας τῶν ἱερῶν μαρτυριῶν προκειμένης, αἷς ὑμεῖς λέγετε ἐξακολουθεῖν, πρὸς τῆς ἀληθείας εἴπατε; εἰ μὲν οὖν ἀληθὴς λόγος ἐν ὑμῖν ἐστιν ὅτι τοῖς τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Ἀποστόλου λόγοις ἐξακολουθεῖτε, δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, κριτὰς καταστήσαντες ἀλλοεθνεῖς καὶ ἑτερογλώσσους, ἵνα μὴ δόξωμεν καταδυναστεύειν ὑμῶν, καὶ τὴν κρίσιν προαρπάζειν· ἀλλ' ἐξ ἀλλοπίστων κριθῶμεν, εἰς μέσον τοῦ δικαστηρίου προσθέντες [cod. f. 423] τὰ ἱερὰ λόγια καὶ τῆς δίκης γυμνασθείσης ἀκριβῶς, οἷον μέρος νικήσει, ἐν αὐτῷ οἱ πάντες προσδράμωμεν, ὥσπερ πάλαι Ἀρχέλαος ὁ ἐπίσκοπος Καρχάρων τῆς Μεσοποταμίας πρὸς Μάνεντα διαλεγόμενος πεποίηκεν· καὶ διὰ τί ἡμῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ ἡμῶν διαστάσεως ὑμῶν διατρίβετε; δέον συμβῆναι ἡμᾶς φιλαδέλφως καὶ πνευματικῶς, εἴπερ θέλοιτε, καὶ δικαίως μᾶλλον ἢ φιλονείκως· καὶ ἡ παρ' ἡμῶν κρατουμένη ἀνόθευτος καὶ ἀμώμητος καὶ ἀληθὴς πίστις εὖ οἶδ' ὅτι συνήθως νικήσει, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ ψῆ-

A simplex illa et incomprehensibilis lux, spectetur. Namque et angelis sanctis prope inaccessum est effusæ divinæ lucis pelagus, sed pro vasis sui puritate collustrantur: sicut de sole observare licet, cujus radium pura seu vitrea, subtilia, aut aquosa corpora facile excipiunt: contraria autem levem ac superficiarium ac vix illuminantem, non interius penetrantem recipiunt, quia ei rei inhabilis materia est. Sic etiam Deus omnia æqualiter collustrat, sed ob materialium objectorum differentiam videtur, quanquam haud recte, alios magis, alios vero minus illuminare. Vult enim Deus omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, etsi neminem cogit, ut liberum maneat arbitrium. Prope etiam
B ausim dicere invisibilia fuisse Domini cum in terra demoraretur miracula, licet ea nonnulli se videre putabant, quia reapse ineffabilia sunt. Non enim scalpro, aut cauterio, vel pharmaco, vel alio quovis medico adjutorio ad eas curationes utebatur; sed verbo mare compescebat, dæmones fugabat, mortuos suscitabat, cæcis visum donabat, paralyticos firmabat; et ut uno verbo dicam, omne morbi genus et languoris verbo sanabat, Patrem in se gerens, et ipse in Patre consistens indivise cum sancto et coæterno vivifico Spiritu. Et tunc quidem corporaliter circumscriptus, divina tamen substantia infinitus, cunctis præsens, omnia implens, quæcunque in cœlo terraque sunt, et si qua alia ultra cœlos est creatura:
C demonstransque eumdem se esse, qui cœlum terramque et mare et quidquid his continetur, verbo creavit. Idem Deus carnem quoque **63** assumpsit, et tanta verbo patravit Deo digna miracula. Porro cuinam alii præter quam Creatori obediunt creaturæ? Denique per infinita sæcula sæculorum manebit, cuncta gubernans, et omnipotenti sua providaque voluntate conservans.

XVI. Quid ergo, quæso, vestrum a nobis dissidium efficiat, cum tam accurata vobis sint exposita sacra testimonia, quibus vosmet obsequi dicitis, tandem aliquando sincere edisserite. Si certe vere affirmatis sanctum vos Evangelium et Apostoli dicta secta-
D ri, adeste ad disputandum, constitutis alienigenis et diversæ linguæ judicibus, ne vos opprimere videamur, et judicium præoccupare. Atque ita ab alienæ sectæ hominibus judicemur, propositis in medio tribunali sacris oraculis, factaque diligenti contentione, utra pars vicerit, una omnes concurramus. Sicut olim Archelaus Carcharorum in Mesopotamia episcopus cum Manete disputans egit. Cur nobis causam vestri a nobis dissensus imputatis, cum oporteat nos fraterne et ex animo, si quidem velletis, concordiam fovere, et juste potius quam contentiose agere? Nostra utique prædominans sincera, irreprehensibilis veraque fides palmam sine dubio, ut solet, referet, eique causa adjudicabitur. Vestra contra falsitas explodetur, ut tenebræ solis præsentia vincuntur. Cur jam contenditis,

atque universam terram ac cœlum vanis vestris blateratibus superare speratis? nam ne constat quidem utrum vos in terra versemini, propter vestri numeri tenuitatem, qui semper decrescitis, et apud omnes gentes fiduciam amittitis; et vix hirundinis nidus præ cæteris incolentibus orbem Christianis orthodoxis videmini: aut triangulo minimo a tellure in cœlestes regiones producto, ut mathematicorum more loquamur, præ populorum universitate conferendi: ac veluti si præsens tempus, cum utroque temporum præteritorum æque ac futurorum spatio, cujus longa series ignoratur, ita vos cum universa re creata comparemini: vel gutta unica cum tota aquarum natura; **64** vel si herbæ culmus cum universa terra conferatur: vel quidquid denique minimum inter minima est, et qualibet indignum comparatione. *Lex*, inquit Dominus, *de Sion exibit, et verbum Domini de Jerusalem* [89]; non autem de Tibrica. Quod si faustum hoc et optimum audire a nobis consilium non fertis, prorsus jam ostenditis vos sacrarum Scripturarum nullum usum habere, nisi quatenus ad aliarum hæreseon velamen prodest. Propterea ad veritatis lumen haud acceditis, quia vos magnopere pudet nocturna vestra quæ effari non licet opera, diurna luce illustrare palamque facere, sed adversus stolidos tantum simplicesque homines gladium vestrum melle illitum exserentes, omnia in tenebris profundaque nocte peragitis.

A φος γενήσεται· τὸ ψεῦδος ὑμῶν ἐκποδὼν οἰχήσεται, ὥσπερ τὸ σκότος τῇ τοῦ ἡλίου παρουσίᾳ μειούμενον. Καὶ τί φιλονεικεῖτε καὶ οἴεσθε πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν νικᾷν ταῖς ματαιολογίαις ὑμῶν; οἱ μηδὲ ὅτι ἐστὲ ἐν τῇ γῇ φαινόμενοι, τῇ εὐτελείᾳ τοῦτό που καὶ τῇ βραχύτητι τῶν ἐν αὐτῇ οἰκούντων· πάντοτε δ' ἐλαττούμενοι, καὶ πάσης παῤῥησίας ἀμέτοχοι παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπάρχοντες· καὶ μηδ' ὡς νοσσιὰ χελιδόνος πρὸς τοὺς ἐν γῇ οἰκοῦντας Χριστιανοὺς ὀρθοδόξους συγκρινόμενοι· ἢ ἀκαριαῖον τριγώνου σχήματος ἀπὸ γῆς πρὸς τὰς οὐρανίους μοίρας ἠγμένον, μαθηματικῶς εἰπεῖν, πρὸς πάντα τὰ ἔθνη ἀπεικαζόμενοι· ἢ τοῦ νῦν χρόνου τῇ καθ' ἑκάτερα τῶν χρόνων ἄμφω διαστάσει, τῇ ἀδηλότητι τῆς συνεχείας πρὸς πᾶσαν τὴν φύσιν παραλαμβανόμενοι· ἢ B ῥανὶς μία πρὸς πᾶσαν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν· ἢ [cod. f. 123 b.] βοτάνη μία πρὸς τὴν γῆν ἅπασαν· ἢ ὅ τι ἂν τις ἄλλο εἴποι τῶν ἐλαχίστων ἐλαχιστότατον, καὶ ἀνάξιον συγκρίσεως· *Νόμος* γάρ, φησί, *Κυρίου ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ*, μὴ ἀπὸ Τιβρικῆς. Εἰ δ' οὐκ ἀνέχεσθε ταύτης ἀκοῦσαι τῆς αἰσίας καὶ καλλίστης βουλῆς ἡμῶν, πάντως αὐτόθεν δείκνυται ὅτι τῶν ἱερῶν λόγων τὴν χρῆσιν καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἔχετε, ἀλλὰ μόνον πρὸς ἐπικάλυψιν ἑτέρων [an pro ὑμετέρων] αἱρέσεων· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχεσθε πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ὥσπερ αἰσχυνόμενοι καὶ ἐρυθριῶντες τὰ νυκτὸς ἔργα τῶν ἀῤῥητοποιῶν τῷ τῆς ἡμέρας φωτὶ ἀνακαλύπτειν καὶ πᾶσι δημοσιεύειν, ἀλλὰ μόνον κατὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἀφελῶν ἀνθρώπων τὴν μάχαιραν μέλιτι κεχρισμένην προσφέρειν ἐν σκότει καὶ νυκτὶ βαθείᾳ πάντα διαπραττόμενοι.

XVII. Huc usque oratione perducta, aliud quoque disquirere conabor, ab iis ceu validum produci solitum. *Regnavit*, aiunt, *mors ab Adamo usque ad Moysen* [90]. Item: ut morte sua destrueret illum qui mortis potestatem tenebat, id est diabolum. Animadvertete, aiunt, quomodo Apostolus potestatem mortis haberi a diabolo dicat. Quid ergo nos ad hæc dicimus? Regum majestas timore et clementia firmatur. Et improbos quidem hostilesque verbera atque terrores, bonos autem et amicos lætitia et laus sequitur: et illos utique vincula et carceres atque carnifices his præpositi cohibent, regum jussu eis traditos; amicos autem optimo quovis beneficio reges prosequuntur: quod si aliqui interdum parumper errent, eos paterno amore breviter castigant. Quid tu vero existimas de adversario illo et superbo, qui nihil habet, et omnia se habere putat; qui mendaci jactantia ait hæc ipsi esse tradita, cum reapse ne contra porcos quidem absque Dei concessione potestatem habuerit? Prorsus nihil est aliud, quam rabidus quidam **65** carnifex, qui hominum animas mandato Dei vinctas tenuit ob peccatum progenitoris, usque ad Domini nostri cum carne adventum. Ipse enim Deus noster ut fortis victor inferni arcam prædatus est, vinctos carcere expedivit, hanc ipse viam resurrectione sua patefaciens,

C ΙΖ'. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, ἐξετάσαι πειράσομαι καὶ ἕτερον παρ' αὐτοῖς, ὡς ἰσχυρὸν λεγόμενον· *Ἐβασίλευσε*, φησίν, *ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως*. Καί, Ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, Ἴδε, φησί, πῶς τὸ κράτος τοῦ θανάτου τὸν διάβολον λέγει ἔχειν. Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; τῶν βασιλέων τὸ κλέος φόβῳ καὶ πραΰτητι κρατύνεται· καὶ τοῖς μὲν φαύλοις καὶ ἐχθροῖς αἱ πληγαὶ καὶ οἱ [cod. f. 124] φόβοι, τοῖς ἀγαθοῖς δὲ καὶ φίλοις ἡ χαρὰ καὶ ὁ ἔπαινος ἕπεται· καὶ τοὺς μὲν δεσμὰ καὶ φυλακαὶ καὶ δήμιοι ἐπὶ τούτοις καθεστῶτες παιδεύουσι, τῇ τῶν βασιλέων προστάξει παραδιδομένους· τοὺς δὲ φίλους οἱ βασιλεῖς πᾶσι τοῖς παρ' ἑαυτῶν καλλίστοις θεραπεύουσιν· ἔστιν D ὅτε καὶ ἐξ αὐτῶν τινας ὀλισθαίνοντας ἐν τούτοις φιλοστόργως πρὸς μικρὸν παιδεύουσιν. Πῶς οὖν εἶναί σοι δοκεῖ ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος, ὁ μηδὲν ἔχων καὶ πάντα οἰόμενος κατέχειν, καὶ ψευδῶς φασμαλογῶν καὶ λέγων, ὅτι Ταῦτα ἐμοὶ παραδέδονται, ὁ μηδὲ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχων, ἄνευ Θεοῦ συγχωρήσεως; πάντως γὰρ ὡς δυσμενής τις δήμιός ἐστι, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς προστάξει τοῦ Θεοῦ κατέχων διὰ τὴν τοῦ προπάτορος ἁμαρτίαν, μέχρι τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὡς κραταιὸς νικητὴς τὰ

[89] Isa. II, 3 [90] Rom. V, 14.

ᾅδου σκυλεύσας ταμιεῖα, τοὺς δεσμίους ἠλευθέρωσεν καὶ τὸ δεσμωτήριον, αὐτὸς ὁδοποιήσας τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ τὴν τοιαύτην τρίβον, τῶν ἀπίστων δὲ κατοικητήριον μέχρι τῆς φρικτῆς καὶ δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας· καὶ οὐ μόνον ὁ Κύριος παρεδίδου ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ δημίῳ τινὶ τῷ διαβόλῳ, καὶ πάλιν κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν τοὺς νεκροὺς εἰς ζωὴν ἐπανῆγεν· καὶ ὡς τὸν Λάζαρον καὶ τῆς χήρας τὸν Υἱὸν καὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου τὸ θυγάτριον· ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος τὸν ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκότα παραδοὺς [cod. f. 124 b.], *Τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον*, φησὶ, *τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα] σωθῇ*· πάλιν δὲ τοῦτον διὰ μετανοίας] βελτιωθέντα ἀνεκαλέσατο, καί φησιν· *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην*, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· καὶ Ὑμέναιον δὲ καὶ Ἀλέξανδρον ἀμετανοήτους ὑπάρχοντας εἰς B τέλος παρεδίδου τῷ Σατανᾷ, καθὼς πρὸς Τιμόθεον γράφει, *Ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν*· ἀλλὰ καὶ Εὔτυχον κρημνῷ ποτε νεκρωθέντα ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν ἐπανήγαγεν [94]. Ἴδε σοι τοίνυν τὸ ἰσχυρὸν πρόβλημα, ὡς ὁρᾷς γέγονεν ἀνίσχυρον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Ἤδη δέ σοι καὶ τὰς τῆς Γραφῆς μαρτυρίας τὰς προδήλους καὶ ἀποιχίλους (5) εἰς μέσον προτίθημι, ὡς εἰσὶν ἐν ταῖς ἱεραῖς Βίβλοις ἀμεταφράστως, δι' αὐτῶν τε πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας προσκαλούμενος.

A incredulorum cæteroqui habitaculum secundo suo tremendo adventui reservans, Sed non Dominus tantum ceu vinctos carcere diabolo tradidit, et magna deinde potestate mortuos in vitam revocavit, ut Lazarum, et viduæ filium, et archisynagogi filiolam; verum etiam Apostolus Corinthium fornicatorem *Satanæ tradidit in interitum*, inquit, *carnis*, *ut spiritus salvaretur* [91]. Et deinde hunc pœnitentia emendatum revocavit dicens: *Confirmate in illum charitatem* [92], ut non circumveniamur a Satana. Hymenæum vero et Alexandrum impœnitentes, in perpetuum Satanæ tradidit, prout ad Timotheum scribit, *ut discerent non blasphemare* [93]. Sed et Eutychum præcipitio exanimatum vitæ restituit [94]. Videsis ergo quomodo validum tuum argumentum vires amisit. Sed hæc hactenus. Nunc age tibi divinæ Scripturæ testimonia evidentia minimeque variantia in medium profero, prout in divinis libris se habent sine ulla metaphrasi; his videlicet te ad veritatis lumen invitans.

Μαρτυρίαι τῆς θείας Γραφῆς συνεργοῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Divinæ Scripturæ testimonia, quæ recitato sermoni astipulantur.

Τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου Εὐαγγελίου.

Ex Matthæi sancto Evangelio.

Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥήθη τοῖς ἀρχαίοις, *Οὐκ ἐπιορκήσεις*, κ. τ. λ.

Audistis dictum fuisse antiquis: *Non pejerabis*, etc.

Prosequitur in codice biblicorum testimoniorum ingens farrago. — I. ex Matthæo f. 124 b, 126 b. — II. Ex Luca f. 126 b. 127 b. — III. Ex Joanne f. 127 b. — III. Ex Pauli Epistolis f. 127 b. 130 b — IV. Ex Jacobi Epistola f. 130 b. — V. Ex Judæ Epistola f. 130 b, 131. — VI. Ex Actibus apostolorum f. 131-132. Nos tamen auctoritatum hanc nubem, Manichæis olim refutandis fortasse necessariam, sed nobis minime, chartæ parcentes et operæ, omittendam censuimus.

[91] Cor. v, 5. [92] II Cor. II, 8. [93] I Tim. I, 20. [94] Act. xx, 9.

(5) Codex ἀποχίλους hoc loco mendose, sed bene ἀποιχιλ. in tertio sermone.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ

Κατὰ Μανιχαίων, τῶν καὶ Παυλικιάνων, τῶν μὴ ὁμολογούντων τὴν ὑπερευλογημένης καὶ Ἀειπαρθένου Δεσποίνης ἡμῶν κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου Μαρίας δόξαν, ἀλλ' ἀτιμαζόντων αὐτὴν καὶ λεγόντων μὴ ἐξ αὐτῆς σαρκωθῆναι τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐρανόθεν τὸ σῶμα κατενεγκεῖν, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος δι' αὐτῆς διελθεῖν· λεγόντων δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι μετὰ τὸν φρικτὸν τοῦ Κυρίου τόκον, καὶ ἄλλους υἱοὺς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἐγέννησεν ἡ Ἀειπάρθενος (6).

—

66 EJUSDEM PETRI SICULI

SERMO SECUNDUS

Adversus Manichæos, dictos etiam Paulicianos, qui non confitentur benedictæ præ omnibus semperque virginis Dominæ nostræ, proprie vereque Deiparæ, Mariæ dignitatem; sed illam potius contemnunt, dicentes haud ex ipsa carnem Dominum sumpsisse, sed de cœlo corpus suum detulisse, et veluti per fistulam ex ea prodiisse: affirmantes insuper eam, post venerabilem Domini partum, alios quoque liberos ex Josepho suscepisse; cum contra perpetua Virgo fuerit.

—

I. His a nobis præclare ad liquidum deductis, age A nunc de sanctissima immaculata Domina nostra vere proprieque Deipara semper virgine Maria, quæstiones nobis quidem non dubias, Manichæis tamen in controversiam vocatas, aggrediamur: etenim hanc secundam quidem post Deum; sed primam, non tempore dico sed gloria, inter invisibiles omnes visibilesque creaturas credimus. Sed nunc adsis, prout soles, cœlitus superveniens omnium regina, virginitatis immaculatum speculum, puritatis animata imago, benigna tuam opem implorantibus semper et ubique prompta auxiliatrix, quæ Deum Verbum incarnatum ex te ineffabiliter conceptum peperisti: da indignis famulis tuis ore facundo verba proferre, ut dignitatem tuam inimicis quoque B tuis splendide revelemus.

67 II. Importunas itaque ac stolidas contra ipsam ab his nebulonibus furiose jactatas blasphemias omittam, quia nullum hujusmodi tractationis emolumentum foret. Interea vero quæ de sacris Bibliis, ut isti egregii dicunt, testimonia habent, in medio statuam. *Et accepit Joseph*, aiunt, *conjugem suam* [95], et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Vocabulum *donec* aiunt, certum tempus denotare videtur, quod indefinitum sit revera, quasi deinde eam cognoverit: quam si reapse non co-

Α'. Τούτων δ' ἡμῖν καλῶς διευκρινηθέντων, φέρε τῶν περὶ τῆς ὑπεραγίας παναμώμου Δεσποίνης ἡμῶν κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, παρ' ἡμῖν μὲν ἀναμφιβόλων, παρ' αὐτοῖς δὲ ἀμφιβαλλομένων ζητημάτων ἀπαρξώμεθα· ἐπειδὴ ταύτην δευτέραν μὲν Θεοῦ, οὐ χρονικῶς λέγω, τῇ δόξῃ δὲ, πρώτην πάντων ἀοράτων τε καὶ ὁρατῶν [cod. f. 132 b.] κτισμάτων εἶναι πιστεύομεν. Ἀλλ' ἴθι καὶ νῦν ὡς ἔθος σοι οὐρανόθεν φοιτῶσα παντάνασσα, τὸ τῆς παρθενίας ἀκηλίδωτον, τὸ τῆς ἁγνείας ἔμψυχον ἀπεικόνισμα, ἡ εὐήκοος τῶν ἐπικαλουμένων τὴν σὴν βοήθειαν πάντοτε καὶ πανταχοῦ ταχεῖα ἐπίκουρος, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκωμένον ἐκ σοῦ ἀνερμηνεύτως κυήσασα· καὶ δίδου ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις δούλοις σου λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν, ὅπως τὴν σὴν δόξαν τηλαυγῶς καὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἀνακαλύψωμεν.

β'. Τὰς μὲν οὖν ἀκαίρους καὶ ἀνοήτους βλασφημίας κατ' αὐτῆς παρὰ τῶν πλάνων ἐμμανῶς προσαγομένας ἐάσω, διὰ τὸ ἀνωφελὲς καὶ ἀνόνητον· τέως δὲ τὰς Γραφικὰς αὐτῶν, ὥς φασιν οἱ γεννάδαι, μαρτυρίας εἰς μέσον προθήσομαι. *Καὶ παρέλαβεν Ἰωσὴφ*, φησὶ, *τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον [95]. Τὸ ἕως, φησὶν, ὑπόνοιαν ὡς χρόνου δηλωτικὸν παρέχει, ὅπερ ἀόριστόν ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, τὸ μετὰ ταῦτα ἐγνωκέναι αὐτήν· καὶ ὅτι εἰ μὴ

[95] Matth. I, 24.

(6) Nescio quo fato accidit, ut et veteres passim hæretici adversus beatissimam Deiparam ejusque virginitatem debacchati sint; et item recentiorem temporum nonnulli hæretici parem aleam pertinaciter ludant; id quod in nuperis Germanicorum vel Helveticorum libellis aliquot memini me videre. Oret utinam Filium suum divinum pro omnium salute semper virgo Maria!

ἔγνω αὐτὴν, οὐκ ἂν ἀδελφοὶ αὐτοῦ Κυρίου ἐλέγοντο ὁ Ἰάκωβος καὶ ὁ Ἰούδα; καὶ Ἰωσῆ, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰωσήφ. Ὢ τῆς ἀνοίας· τάχα ἂν σύ γε κατὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ τότε παρόντας ἀποστόλους καὶ λοιποὺς ὄχλους ὑπολάβοις γεννῆσαι τὴν Θεομήτορα· ἐπειδὴ ἐκτείνας ἐπ' αὐτοὺς ὁ Κύριος [cod. f. 133.] τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἶπεν· *Ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου· ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου, οὗτός μου καὶ ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν·* ἢ πάλιν τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς ὄχλους μητρικῶς ἀπογεννῆσαι τὸν Κύριον, ἐπειδὴ εἴρηκεν αὐτοὺς, ὡς τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιοῦντας, ὅτι Μήτηρ μού ἐστιν; καὶ οὐχ ἕνα γεγεννηκέναι αὐτὸν, ἀλλὰ πολλοὺς, ὅπερ ἀμήχανον· καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει εἰρηκότος πρὸς τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν, *Πορεύθητι πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν·* ὅτι δὲ περὶ τῶν ἀποστόλων τοῦτο ἔλεγεν καὶ οὐ περὶ τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ τῶν νομιζομένων εἶναι ἀδελφῶν αὐτοῦ, τὸ ἑπόμενον δείκνυσιν. Ἔρχεται γὰρ, φησὶ, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ. Τοίνυν καὶ τοὺς ἀποστόλους θεοὺς ἀποφήσῃ κατὰ τὸν σὸν λόγον γεγεννημένους ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ὅπερ ἀδύνατον· τοῦ γὰρ Υἱοῦ κυρίως μὲν Πατὴρ, οὐ κυρίως δὲ Θεός· ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν σάρκα, Θεός· κατὰ δὲ τὴν τῆς θείας οὐσίας ταυτότητα, Πατήρ· τῶν δ' ἀποστόλων, κυρίως μὲν Θεὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατήρ· ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ ποιητικὸν αἴτιον, Θεός· κατὰ δὲ χάριν, Πατήρ· Δι' ὃ καὶ ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν οὐκ ἀπηξίωσεν ἀδελφὸς ἡμῶν κληθῆναι λέγων, ὅτι Οὗτός μου ἀδελφός ἐστι, κατὰ χάριν δηλονότι, [cod. f. 133. b.] ὅστις ποιήσει τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ἐκ δὲ τοῦ τῆς Θεομήτορος πανάγνου σώματος ναὸν ἑαυτῷ ἀχειρότευκτον ὑπεστήσατο μόνος· καθὼς λέγει Παῦλος· *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γεννώμενον ἐκ γυναικός.* Καὶ Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστής φησιν, ὅτι *Ἐξ αὐτῆς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.*

A gnovisset, haud sane dicerentur ipsius Domini fratres Jacobus, et Judas, et Jose, qui Josephi filii fuerunt. O insaniam! Fortasse tu hoc utens ratiocinio, apostolos quoque et populum reliquum tunc in templo præsentem suspicaberis de Deipara natos, quia extentis erga eos manibus Dominus dixit: *Ecce fratres mei: quicunque enim voluntatem Patris mei fecerit, hic meus frater et soror et mater est* [96]. An rursus putabitis apostolos atque turbas matris instar ortum Domino dedisse, quoniam ipse dixit, eos qui voluntatem illius fecerint, matrem suam esse? tunc enim non ab uno sed a pluribus fuisset genitus, quod impossibile est. Insuper cum facta resurrectione dixit Mariæ Magdalenæ: *Perge ad fratres meos, et dic illis: Ascendo ad Patrem meum et Pa-* B *trem vestrum, Deum meum et Deum vestrum* [97]; quod hoc quidem de apostolis dixerit, non autem de Joseph filiis, qui ejus fratres existimabantur, demonstratur in sequentibus. Venit enim, ait, Maria Magdalene nuntians discipulis se vidisse Dominum, et sibi hæc diserte dixisse. Quin adeo etiam apostolos deos esse decernes, pro verborum tuorum sono, ex patris substantia genitos, quod est impossibile. Nam Filii proprie Pater est, improprie autem Deus; sed quatenus ille caro est, Deus; quatenus vero divinam habet eamdem substantiam, Pater est. Contra, apostolorum proprie est Deus, improprie Pater: nam quatenus creationis causa fuit, Deus **68** est; gratia autem Pater. Quapropter et Dominus ac Deus noster C non est dedignatus frater noster vocari, dum ait: Hic est frater meus, gratia nimirum, qui Patris mei cœlestis voluntatem fecerit. Jamvero ex Deiparæ sanctissimo corpore templum sibi non manufactum solus confecit, ut ait Paulus: *Misit Deus Filium suum natum ex muliere* [98]. Et Matthæus evangelista dicit: *Ex ipsa natum esse Jesum qui dicitur Christus* [99].

Γ'. Ἀλλὰ δεῦρο, ἀνόητε, καὶ τῆς κακουργίας τὴν λύτταν ἀφέμενος, λέγε τρανῶς τῆς σῆς αἱρέσεως τὸ ἄτοπον· οὐρανόθεν δοκήσει καὶ φαντασίᾳ λέγουσι καταγαγεῖν τὸ σῶμα τὸν Κύριον, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Θεομήτορος διεληλυθέναι· ἀρχαίαν καὶ ταύτην ὑπάρχουσαν αἵρεσιν, ἐρανιζόμενοι πάντα τὰ δηλητήρια, ὥσπερ οἱ ἐχέφρονες τὰ ἀλεξιτήρια. Πόθεν τοῦτο λαβόντες; ἐκ τοῦ τὸν Ἀπόστολον εἰρηκέναι· *Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ.* Ὢ τῆς ἀναιδοῦς πωρώσεως τῶν πάντοτε, ὡς οἴονται, μανθανόντων, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυναμένων. Τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς διὰ πολλῆς σπουδῆς ἀγόμενον, τὸ ἐπὶ στόματος ἀπὸ στήθους φέρειν τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὸν Ἀπόστολον, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἀστικούς τε καὶ τοὺς ἀγροίκους· ὡς ἔστι θαυμάσαι πολλάκις πῶς καὶ οἱ παρ' αὐτοῖς ὑπάρχοντες [cod. f. 134.] Σκύθαι ὠνητοὶ δοῦλοι, ἐκ τού-

III. Sed huc adesto, insane, et omissa malitiæ rabie, explica clare hæreseos tuæ absurditatem. Aiunt Dominum corpus suum de cœlo apparenter tantum et phantasticum detulisse, et per Deiparam D quasi fistulam permeasse. Hanc quoque veterem hæresim, cum cæteris venenis sibi conquirentes, eodem studio quo cordati homines antidota comparant. Undenam porro id sibi sumpserunt? nempe Apostolus dixit: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de cœlo* [1]. O impudentem cæcitatem hominum semper ut putant discentium, et ad veritatis notitiam venire nunquam valentium! Hoc enim apud illos summo studio frequentatur, ut Evangelium et Apostolum a pectore ad os deferant, viri æque ac mulieres, urbani simul et agrestes: ita ut sæpe mirari liceat scythica etiam quæ apud ipsos sunt mancipia, ex his libris materiam disputandi sumere, etiamsi nondum lingua eorum

[96] Matth. xii, 49, 50. [97] Joan. xx, 17. [98] Gal. iv, 4. [99] Matth. i, 16. [1] I Cor. xv, 47.

ad Græcam dialectum satis sit inflexa, sed cespitet adhuc et vix articulate loquatur. Sic ergo ipsi. Nos vero dicimus, quod corpus suum de cœlo detulerit, nusquam esse scriptum aut credi. Nam si cœlitus advenisset, cur Davidis filius et Abrahami atque hominis nuncupatur, et ex his patribus secundum carnem natus? Alia plurima sunt hujusmodi, quæ in subjunctis propter summam quam postulant fidem dicentur.

των διαλέγονται, μήπω τῆς γλώττης αὐτῶν πρὸς τὴν Ἑλληνίδα διάλεκτον καθαρῶς ἀπευθυνθείσης, ἀλλὰ συγκεχομμένως μὲν καὶ ὡς εἰπεῖν ἀδιαρθρώτως· λέγουσι δ' οὖν· Ἡμεῖς δέ φαμεν ὅτι οὐρανόθεν τὸ σῶμα καταγαγεῖν τὸν Κύριον οὐδαμοῦ οὐδὲ γέγραπται, οὐδὲ πιστεύεται. Εἰ μὲν γὰρ οὐρανόθεν ἦν, τίνος χάριν υἱὸς Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ καὶ ἀνθρώπου ὀνομάζεται, καὶ ἐκ τῶν πατέρων εἶναι τὸ κατὰ σάρκα; καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν, ἅπερ ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις διὰ τὸ ἀξιοπιστότερον λελέξεται.

IV. Sed hoc apprime animadvertendum est, quod resurrectionis apud Corinthios assertor, mundi sol splendidissimus, vas electionis, sapientiæ inexhaustum pelagus, adhuc **69** illis discredentibus propterea quod ab alienis magistris et haud sana doctrina abrepti fuerant, primus, inquit, Adamus de terra terrenus, corruptelæ ac mortis hæreditatem natis suis reliquit, quia transgressionis auctor fuit. Non enim corpore tantum constabat de terra formato, verum etiam divino afflatu a quo anima creata fuit. Secundus homo Dominus de cœlo est, quatenus æternæ vitæ et incorruptibilitatis facit eos hæredes cœlestes, qui per aquam et Spiritum facti sunt familiares ejus in baptismate, quibus ipse tanquam obedientiæ magister præsidet. Quippe non est Deus simpliciter, sed incarnatus: neque vicissim est merus homo, sed hypostatice unitus. Ergo ut ille terrenus, sic et isti terreni sunt, nempe nondum baptismate in melius mutati. Atque ut ille cœlestis, sic isti similiter cœlestes, qui regeneratione per aquam et Spiritum sunt renati. *Atque ut portavimus terreni imaginem, ita cœlestis quoque portemus imaginem* [1]: sicuti corpore geniti fuimus, ita spiritu renascamur. Deinde concludens ait: *Quia caro et sanguis regnum Dei hæreditare non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit* [2]. Patet autem eum, qui natus est tantum in Adamo, et non renatus baptismate in Christo post novum hoc illius præceptum, regnum Dei hæreditare non posse, prout divinum vetitum fert. Hoc ergo significat dictio *Dominus de cœlo*, quod nempe regenerationis per aquam et Spiritum nobis fuerit auctor. Fortasse etiam hoc divina condescensione dictum esse recte æstimabis, quoniam Deus cœlitus descendens ad homines, humanitus conversatus est, manens tamen in sua claritate ac potentia ut nos ad se traheret infra positos. Nam idcirco hominem se ac Dominum nuncupavit duplici hac appellatione duas naturas et unam hypostasim innuens. Vocabulum autem *donec* nos hic non temporis demonstrativum dicimus sed indefinitum.

Δ'. Ἀλλὰ πάντως τοῦτο χρὴ σκοπεῖν ὅτι ὁ περὶ ἀναστάσεως τοῖς Κορινθίοις διαλεγόμενος, ὁ τῆς οἰκουμένης λαμπρότατος ἥλιος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ τῆς σοφίας ἀνεξάντλητον πέλαγος, διαπιστοῦσιν ἔτι διὰ τὸ τοῖς ἑτεροδιδασκάλοις καὶ μὴ τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ συνεπάγεσθαι, ὁ πρῶτος, ἔφησεν, Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκός, τὴν τῆς φθορᾶς καὶ τοῦ θανάτου κληρονομίαν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένοις καταλιπών, ὡς τῆς παραβάσεως αἴτιος. Οὐδὲ γὰρ ἐκ σώματος μόνου συνέστη τοῦ ἐκ γῆς διαπλασθέντος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ θείου ἐμφυσήματος ὃ τὴν ψυχὴν ἐδημιούργησεν· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, ὡς τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ τῆς ἀφθαρσίας κληρονόμους οὐρανίους ποιῶν τοὺς δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος οἰκειουμένους αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς τῆς ὑπακοῆς διδάσκαλος καὶ [cod. f. 134 b.] ἀρχηγέτης. Οὐδὲ γὰρ γυμνὸς Θεός, ἀλλὰ σεσαρκωμένος· οὐδὲ πάλιν ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος· οἷος ὁ χοϊκός, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί, οἱ μὴ τῷ βαπτίσματι βελτιωθέντες· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, οἱ τῇ παλιγγενεσίᾳ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἄνωθεν ἀναγεννηθέντες· *Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου*· καθὼς σωματικῶς ἐγεννήθημεν, ἀναγεννηθῶμεν καὶ πνευματικῶς· εἶτα συμπεραίνων ἐπάγει, ὅτι *Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται· οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομήσει.* Δῆλον ὅτι ὁ γεννηθεὶς τῇ φθορᾷ μόνον ἐν τῷ Ἀδάμ, καὶ μὴ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἀναγεννηθεὶς ἐν τῷ Χριστῷ μετὰ ταύτην τὴν καινὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν· καὶ τοῦτο δηλοῖ τό, *Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ* ἀναγεννήσεως γέγονεν ἡμῖν αἴτιος· ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν θείαν συγκατάβασιν τοῦτο ὑπολάβοις λελέχθαι, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς οὐρανόθεν συγκαταβὰς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος συνανεστράφη, ἐπὶ τῆς οἰκείας μένων περιωπῆς καὶ δυνάμεως, ἵν' ἡμᾶς ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὸν κάτω κειμένους. Τούτου γὰρ χάριν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον καὶ Κύριον ὠνόμασεν, ἐκ τοῦ συναμφοτέρου τῶν κλήσεων τὰς δύο φύσεις καὶ τὴν μίαν ὑπόστασιν αἰνιττόμενος· τὸ δὲ ἕως, ἡμεῖς ἐνταῦθα [cod. f. 135.] οὐ χρόνου δηλωτικόν φαμεν ὑπάρχειν, ἀλλὰ ἀόριστον.

70 V. Et hoc probe vos cognoscetis, qui futurum unice sæculum exspectare vos dicentes, in præsenti autem voluptatibus et incredulitati perti-

Ε'. Καὶ τοῦτο γνώσεσθε μὲν ὑμεῖς ἀκριβῶς, ὦ οὗτοι, οἱ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ μόνον, ὥς φατε, ἐλπίζοντες, ἐν δὲ τῷ παρόντι ταῖς ἡδοναῖς καὶ τῇ

[1] I Thess. II, 4. [2] Sap. VI, 7. 1.

ἀπιστίᾳ ἀκορέστῳ ἕξει καταχρώμενοι, οἵτινες οὐχ A ἐπιτεύξεσθε τῆς τοῦ μέλλοντος γλυκύτητος. Ὁ παρὼν γὰρ τοῦ μέλλοντος πρόξενος, διαμερίζων ἑκάστῳ τῶν βεβιωμένων, εἴτε φαύλων εἴτε ἀγαθῶν, τὴν ἀνταπόδοσιν· πόθεν δὲ περὶ τοῦ ἕως γνώσεσθε; ἐν τῷ τὸν Κύριον εἰρηκέναι τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς αὐτοῦ· *Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*. Τί δὲ ἄρα; μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, οὐκ ἔσται μετ' αὐτῶν; καὶ τίς ὁ λόγος; καθ' ὑμᾶς γὰρ πάντως ἀπὸ τότε θέλει εἶναι μετ' αὐτῶν, καὶ οὐ νῦν· καθὼς λέγετε, ὅτι τοῦ μέλλοντος καὶ οὐ τοῦ παρόντος αἰῶνος καὶ κόσμου ἔχει τὴν ἐξουσίαν· ἀλλὰ καὶ ἕως τότε καὶ ἀπὸ τότε ἔσται ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσονται σὺν αὐτῷ μὴ ὅρῳ τινὶ περατούμενοι· γνώσονται δὲ τοῦτο καὶ οἱ ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις Γραφαῖς ἐντυγχάνοντες, πολλὰς B καὶ ἄλλας μαρτυρίας ἔχοντες, κατὰ τὸ ἐν τῇ Γενέσει λεγόμενον, ὅτι οὐκ ἀνέστρεψεν ὁ κόραξ ἐν τῇ κιβωτῷ, *ἕως οὗ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς*· καίτοι γε οὐδὲ ὅτε ἐξηράνθη ἀνέστρεψεν· καί· *Ἕως πότε* (7), *Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος* [cod. f. 135 b.]; οὐ γὰρ ἐν τούτῳ χρόνον διορίζεται· καὶ ἄλλα μυρία εὑρήσεις.

Ϛ'. Ὃ δέ μοι ἐπὶ νοῦν ἦλθεν, ὅπερ αὐτόπτως αὐτοῖς πολλάκις προσωμίλησα, λέξων ἔρχομαι· ληρῳδούντων αὐτῶν πολλάκις καὶ φληναφούντων περὶ τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, ἔλεγον ἐγὼ πρὸς αὐτούς· Οὐ θαυμάζω, ὦ οὗτοι, ὑμῶν εἰς ταύτην βλασφημούντων τῶν καὶ τὸν Υἱὸν αὐτῆς τὸν ἀληθῆ C Θεὸν ἀνεπαισχύντως καὶ θρασέως ἔργοις ἐνυβριζόντων, εἰ καὶ λόγοις τιμᾷν σχηματίζεσθε, τὸν πάσης δόξης καὶ τιμῆς ὑπεραπείρως ἀνώτερον. Πῶς γὰρ οὐκ ἐναργῶς ὕβρεως ἄξιον, τὸ ἀποστερεῖν τὸν Κύριον τῆς δόξης τῆς δεσποτείας καὶ κυριότητος τῶν αὐτοῦ ποιημάτων, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, καὶ οὗ χωρὶς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐγένετο; Εἰ γὰρ πεισθείητε ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς παραινέσεσι, καὶ τὸν ὑμέτερον αὐχένα τὸν ἀκαμπῆ καὶ ἀγέρωχον τῷ χρηστῷ ζυγῷ ὑποκλίνοιτε, τοῦ εἰδέναι μόνον αὐτὸν Θεὸν σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, οὐδὲν τὸ κωλῦσον ὑμᾶς καὶ ταύτην ὁμολογῆσαι ὡς ἔστι δεδοξασμένη καὶ ὑπερευλογημένη, οὐ Θεὸς, ἀλλὰ μόνον Θεοῦ ἥττων [cod. ἧττον], πάντων δὲ κτισμάτων ὑπέρ; Εἰ δὲ μὴ τὸν Υἱὸν αὐτῆς ἀληθῆ Θεὸν ὁμολο- D γεῖτε, πῶς τὴν τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ Μητέρα τιμήσοιτε; οἱ γὰρ μὴ Θεὸν ὁμολογοῦντες ἢ τιμῶντες, πῶς ἄνθρωπον τιμήσωσιν; πῶς δὲ καὶ τὰς ἑαυτῶν μητέρας παρ' ἄλλων ἀτιμαζομένας [cod. f. 136.] διεκδικεῖτε, καὶ τοὺς ὑβριστὰς αὐτῶν ἀμύνεσθε, καὶ σωφρονεῖν αὐτὰς παντοίῳ τρόπῳ μηχανᾶσθε, τοῦ Θεοῦ δὲ τὴν Μητέρα, τὴν ἀσχέτῳ φωτὶ τῆς θεότητος καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένην, καὶ διὰ τοῦτο ἀνέπαφον πάσης χειρὸς ἀνθρωπίνης ὑπάρξασαν, τὴν Ἀειπάρθενον καὶ ἀεισέβαστον, ἣν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς εἰς κατοι-

A naciter dedití, futuri jucunditatem non consequemini. Nam præsens sæculum comparat nobis futurum, tribuens singulis qui vita sunt defuncti, malorum bonorumque actuum remunerationem. Undenam vero dictionis *donec* sensum cognoscetis? Nempe ex eo quod Dominus sanctis discipulis suis dixerit: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, donec sæculum consummetur* [4]. Quid ergo? post sæculi consummationem haud ulterius cum illis erit? Quid dicimus? Nam in vestra quidem sententia, ex illo prorsus tempore cum eis esse volet, non in præsenti; quoniam dicitis eum futuri, non præsentis sæculi ac mundi, habere potestatem. Atqui Christus et usque ad id tempus et exinde cum ipsis erit, et hi cum eo erunt nullo termino limitati. Cognoscent hoc etiam qui reliquas B sanctas Scripturas consulent, alia illic multa nanciscentes testimonia; velut illud in Genesi ubi corvus ad arcam dicitur non rediisse, *donec aquæ siccarentur in terræ superficie* [5]; quanquam ne postea quidem quam aquæ siccatæ fuerint rediit. Et illud: *Usquequo, Domine, oblivisceris mei in finem* [6]? non enim hac locutione tempus definit. Et plurima alia comperies.

VI. Nunc quod in mentem mihi venit, qui sæpe coram cum illis sum collocutus, dicere aggredior. Cum ii sæpe nugarentur ac blaterarent de semper virgine deipara Maria, equidem iis dicebam: Nil miror, vos in Mariam esse bla- C sphemos, qui Filio ejus, Deo vero audacter impudenterque conviciamini, verbis licet honorare simuletis, qui omni gloria et honore infinite superior est. Quidni enim manifesta injuria sit spoliare Dominum gloriæ potestate ac dominatu creaturarum suarum, per **71** quem omnia sunt facta, et sine quo nihil eorum quæ exstant productum fuit? Si enim evangelicis apostolicisque monitis pareretis, rigidamque vestram ac superbam cervicem suavi jugo supponeretis, ob cognoscendum solum ipsum Deum cum Patre et Spiritu, eum, inquam, qui vere Deus est; nihil jam vos impediret, quominus hanc quoque confiteremini, quod sit gloriosa et summe benedicta, haud sane Dea, sed uni Deo in- D ferior, omni autem creaturæ superior. Quod si Filium ejus verum Deum non confitemini, quomodo carnis ejus matrem honorabitis? Nam qui Deum nec confitentur nec honorant, qui fieri potest ut ei, quæ homo est, honorem tribuant? Cur autem matres quisque vestras a quibuslibet dedecore affectas defenditis, et earum offensores ulciscimini, easdemque omnino pudicas esse contenditis; Dei autem Matrem, cujus anima et corpus copiosissima deitatis lux purificavit, ideoque qualibet humana manu tangi non potuit, semper

[4] Matth. XIII, 48. [5] Act. XXVI, 29. [6] Matth. I, 20.

(7) Hic Latine dicere non potuimus *donec*, ex Græco ἕως πότε.

inquam, virginem semper augustam, quam sibi Deus ad inhabitandum delegit, quamque etiam in partu clausam esse sivit, virginitatis luce supra solis radios splendentem, impudenti vos audacique contumelia afficitis? Hanc sine dubio adversus vos ulciscetur Filius ejus et universi mundi Deus. Atque hinc patet nequitia vestra, dum non solum vestra panditis perversissima dogmata, verum etiam temere stultissimeque illam dehonestatis, quam ne cœlorum quidem virtutes digne unquam celebrare potuerunt.

VII. Aliud quoque considerandum est. Reges terreni, vel gentium principes vel præsides, aut liberi optimates, quædam habere solent vasa quibus ipsi soli utuntur, atque ab ipsorum subditorum manibus prorsus tangi non licet, quæ metum quemdam vel solo inspectu injiciunt. Sunt item nonnulli eorum cognati, eo magis ab omnibus honorandi, quo illos genere propius contingunt. Quid autem germanum magis aut propinquius matre? Quod si Dei **72** Mater est immutabiliter incarnati, novumque et mirum est patratum per eam mysterium, insuperque novum prorsus sub cœlo fuit virginem sine viri opera parere filium; quanta admiratione reverentiaque dignum sit sanctissimum illud et sacratissimum septum? Si ergo inanimata mortalium corruptibilium peccatorumque hominum vasa tanto honore dignamur, matresque eorum cunctis eorumdem subditis sunt inaccessæ, et cognatis omnibus honorabiliores; Creatoris omnium et Regnatoris sacratissimum habitaculum, animatum palatium, thronus sanctissimus mysticus ac sanctus regalis thalamus, quomodo abs? justo Josepho adeundus fuisset, a servo, inquam, fideli et justo incarnati ex ipsa Dei, quemadmodum vos nebulones blasphematis?

VIII. Multas ille quidem, utpote legis peritus, steriles audierat præter ætatem concepisse, non sine tamen virili opera. Verumenimvero virginem sine semine peperisse, nusquam noverat. Sed enim justus cum esset, divina visione dignus est habitus, qua monitus fuit ne verendo huic prodigio subservire metueret. Nisi enim ita fuisset, cur dociliter jubenti angelo credens, statim obtemperavit dicenti : Noli timere accipere Mariam conjugem tuam? Conjux enim illius interim prudenter dicebatur, ut mysterio velamen fieret, quod paulatim manifestandum erat, ceu sol sensim et non subito infirmis oculis objectus. Attamen post divinum partum, jam non ejus conjux, sed pueri mater ab angelo dicta est. Jamvero hinc apparet in metu et anxia dubitatione fuisse seniculum, atque ei prodigio obsecundare verentem. Ergo ait : Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto in ea natum est, non autem aliunde ingressum [44]. Rursusque alibi dicit angelus Virgini : *Et ecce concipies in utero et paries filium, dabitque ei Dominus Deus thronum Davidis pa-*

[44] Matth. I, 20.

A κίαν ἐξελέξατο, καὶ πάλιν διελθὼν κεκλεισμένην κατέλιπεν, τῷ τῆς παρθενίας φωτὶ ὑπὲρ τὰς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγὰς ἀπαστράπτουσαν, ἀνεπαισχύντως καὶ θρασέως ὑβρίζετε; ἣν διεκδικήσει πάντως ἐν ὑμῖν ὁ Υἱὸς αὐτῆς καὶ Θεὸς τοῦ παντός; Καίτοι γε ἐκ τούτου δείκνυται ἡ κακία ὑμῶν ἐν τῷ μὴ μόνον τὰ ὑμῖν δοκοῦντα διηγεῖσθαι πάνστρεβλα δόγματα, ἀλλὰ τὸ προχείρως καὶ ἀκορέστως μάτην ἐνυβρίζειν αὐτὴν, ἣν οὐδὲ τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις ἀξίως ὑμνῆσαι δεδύνηνται.

Ζ'. Σκεπτέον δὲ καὶ οὕτως · οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ἢ ἐθνάρχαι, ἢ ἄρχοντες, ἢ αὐτεξούσιοι ἔχουσί τινα σκεύη, οἷς αὐτοὶ καὶ μόνοι χρῶνται, καὶ τοῖς ὑποχειρίοις αὐτῶν πάμπαν ὑπάρχουσιν ἀπρόσιτα καὶ ἀνεγ-
B χείρητα, δέος ἐμποιοῦντα καὶ μόνον ὁρώμενα. Καὶ εἰσί τινες συγγενεῖς αὐτῶν οἵτινες ὀφείλουσι παρὰ πάντων πλείονα τιμὴν εἰσδέχεσθαι, καθ' ὅσον τῇ συγγενείᾳ προσεγγίζουσιν. Τί δὲ μητρὸς [cod. f. 136. b.] γνησιώτερον ἢ ἐγγύτερον; Εἰ δὲ καὶ Θεοῦ Μήτηρ ἐστὶ σεσαρκωμένου ἀναλλοιώτως, καινὸν δὲ καὶ παράδοξον μυστήριον πρόσεστιν τὸ δι' αὐτῆς τελούμενον, τοῦτο δὲ ἔτι μόνον καινὸν γεγονὸς ὑπὸ τὸν ἥλιον, τὸ παρθένον ἄνευ ἀνδρὸς τεκεῖν υἱὸν, πόσου θαύματος καὶ τιμῆς ἄξιον τὸ πανάγιον ἐκεῖνο καὶ ἁγιαστικὸν ὑπάρχει τέμενος; Εἰ οὖν τὰ σκεύη τὰ ἄψυχα τῶν θνητῶν καὶ φθαρτῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων τοιαύτης τιμῆς ἀξιοῦνται, καὶ αἱ μητέρες αὐτῶν τοῖς ὑπηκόοις αὐτῶν πᾶσιν ὑπάρχουσιν ἀπρό-
C σιτοι καὶ πάντων συγγενῶν τιμιώτεραι, τοῦ παντοκτίστου καὶ παμβασιλέως τὸ πανιερώτατον κατοικητήριον, τὸ ἔμψυχον παλάτιον, ὁ πανάγιος θρόνος, ἡ μυστικὴ καὶ ἁγία βασιλικὴ κλίνη, πῶς ἄρα προσιτὴ ἐγεγόνει Ἰωσὴφ τῷ δικαίῳ, δούλῳ πιστῷ καὶ δικαίῳ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος Θεοῦ ὑπάρχοντι, καθὼς αὐτοὶ, ὦ πλάνοι, δυσφημεῖτε;

Η'. Πολλὰς μὲν γὰρ αὐτὸς ὡς νομομαθὴς στείρας ἠκηκόει παρ' ἡλικίαν κυοφορησάσας, ἀλλ' ἐξ ἀνδρῶν σπερμανθείσας · τὸ δὲ παρθένον ἀσπόρως τεκεῖν, οὐδέπω ἠπίστατο. Δίκαιος δὲ ὢν ἠξιώθη τῆς θείας ὀπτασίας λεγούσης ὥστε μὴ φοβηθῆναι διακονήσασθαι τῷ φρικτῷ τούτῳ θαύματι. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, διὰ τί εὐπειθῶς τῷ προστάττοντι ἀγγέλῳ πεισθεὶς, εὐθὺς ὑπήκουσεν εἰρηκότι, *Μὴ φοβηθῇς παραλα-*
D *βεῖν Μαριὰμ* (cod. f. 137.) *τὴν γυναῖκά σου*; Γυνὴ γὰρ αὐτοῦ τέως οἰκονομικῶς ἐλέγετο, ὥστε συσκιάζεσθαι τὸ μυστήριον, καὶ κατὰ μικρὸν παρεκφαίνεσθαι καθάπερ ἥλιος ἠρέμα καὶ οὐχ ἀθρόως ταῖς ἀσθενέσιν ὄψεσιν ἐκφαινόμενος · μετὰ δὲ τὸν θεῖον τόκον, οὐ γυνὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ μήτηρ τοῦ παιδίου ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐλέγετο. Δείκνυσιν οὖν ἐντεῦθεν ὅτι ἐν φόβῳ καὶ ἀγωνίᾳ ἦν ὁ πρεσβύτης, μὴ τολμῶν διακονῆσαι τῷ θαύματι. *Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ*, φησὶ, *γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου* · ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, οὐχ ἑτέρωθεν ὑπεισελθόν. Καὶ πάλιν ἑτέρωθι ὁ ἄγγελός φησι πρὸς τὴν Παρθένον · *Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ Υἱὸν, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ* · ὥστε

εἰ μὴ ἐκ τῆς παρθένου τὴν σάρκα προσέλαβεν, ἥτις θυγάτηρ ἦν τοῦ Δαβὶδ, οὐκ ἂν Δαβὶδ υἱὸν αὐτὸν ἐκάλεσεν. Δαβὶδ γὰρ γηγενὴς ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἀδὰμ ἀπόγονος, οὐκ οὐρανόθεν τὸ σῶμα ἐσχηκώς· καὶ πάλιν, *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον*, ἐξ αὐτῆς δηλονότι γεννώμενον, οὐκ ἤδη γεγεννημένον καὶ ὑπεισελθὸν ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ ἀπαίδευτοι φάσκουσιν.

Θ'. Πότε δὲ καὶ ἀνήρ τις δίκαιος τὴν ἑαυτοῦ μνῆστιν ὁρῶν ἐγκυμονοῦσαν, εἰ μὴ πληροφορίαν δέξοιτο ὡς ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου τὸ τελούμενον, ἀνέχεται τῇ ἐγκυμονούσῃ συνοδεύειν καὶ συμπαραμένειν, καὶ συναπογράφεσθαι, [cod. f. 137 b.] καὶ συνοικεῖν; καὶ τὸν τεχθέντα παῖδα ἀφιεροῦν καὶ ἁγιάζειν κατὰ τὸν νόμον, τὸν τῶν ἁγίων ὑπεράγιον καὶ πάσης ἱεραρχίας δοτῆρα, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὑπάρχοντα; καὶ φυγαδεύειν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ φυγαδεύεσθαι; καὶ ἐκ τῆς φυγῆς σὺν αὐτῷ καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανέρχεσθαι, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἑαυτῷ συναγαγεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπομένοντι ὀδυνᾶσθαι, οὐχ ὡς πλανηθέντι οἷα παιδὶ, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὅτι τοιαύτης χαρᾶς τε καὶ δόξης κἂν πρὸς βραχὺ ἐχωρίσθη; καὶ ὁ τοιαῦτα φρικτὰ καὶ θαυμαστὰ ἰδὼν, πότε κἂν ἐννοῆσαι συνουσίαν, ἢ ἐνθυμηθῆναι κατὰ τῆς ἀειπαρθένου ἐτόλμησεν, ὁ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις εὐπειθέστατος ὑπάρχων καὶ δίκαιος; ἢ πότε ὁ Θεὸς Λόγος ἠνέσχετο ἵνα ἡ κατὰ σάρκα μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἄλλων τιθηνὸς γενήσεται; ἢ πότε ἡ παναγία Παρθένος, ἡ ψυχὴν καὶ σάρκα ὑπὲρ τὰς οὐρανίους δυνάμεις κεκαθαρμένη, φρίττω εἰπεῖν, τοῦτο κατεδέξατο; πολλαὶ γὰρ γυναῖκες παρ' ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς εἰσι, τοῖς ἐπωνύμοις Χριστοῦ καὶ τῆς ἁγίας Μητρὸς αὐτοῦ δούλοις, τοῖς ἐξ αὐτῆς νομοθετηθεῖσιν πρὸς ἁγνείας καὶ παρθενίας ἀσφαλεστάτην συντήρησιν, αἵτινες ἑνὸς παιδὸς μητέρες γινόμεναι, ἑτέρου ἀνδρὸς συνάφειαν οὐ προσίενται. Καὶ εἰσὶν ἄλλαι αἳ παντελῶς ἀνέπαφοι διαμένουσιν πάσης ἀνδρικῆς συναφείας τε καὶ ἀφῆς καὶ ὁμιλίας· [cod. f. 138] καί περ τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Μητρὸς ὑπὲρ πάντα εἰσὶ τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, πλὴν μόνου Θεοῦ, ἐνδοξότερά τε καὶ ἐξαισιώτερα· καὶ οὐ μόνον γυναῖκες, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες ἄπειροι τοιοῦτοι παρθένοι γεγόνασι καὶ εἰσίν (8). Εἰ οὖν οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀχρεῖοι δοῦλοι τοιούτων χαρισμάτων ἀξιοῦνται, ἡ πηγὴ τῶν χαρισμάτων καὶ θείων δωρεῶν ὑπάρξασα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ αὐτῆς, Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, πῶς ἄμοιρος ὑπῆρξε

A *tris ejus*[7]. Quamobrem, nisi carnem ex Virgine sumpsisset, quæ Davidis filia erat, profecto eum filium Davidis non appellavisset. **73** David enim de stirpe Abrahami erat, et de Adami posteris, non autem cœlitus corpus adeptus. Et denuo: *Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi*[7*]. Ideo et quod nascetur sanctum, ex ipsa scilicet genitum, non jam antea factum, et per suppositionem subinductum, ut aiunt ineruditi.

IX. Quandonam autem vir justus desponsatam suam gravidam videns, nisi confirmatum ei fuisset, a Spiritu sancto id effectum, passus esset cum uterum ferente iter facere et comitari, et simul describi, atque habitare? quomodo natum Filium
B consecrare et sanctificare ex legis præscripto, Sanctum sanctorum et totius ordinis sacerdotalis in cœlo et in terra auctorem? et eumdem fuga subducere, vel potius simul fugari? Et de fuga cum eodem ac matre ejus ex Ægypto reverti, atque ad dies festos Hierosolymam ipsum secum deducere, et illic eo remanente dolere, haud sane de errabundo ut puero, absit, sed quia tanto gaudio et gloria vel brevi tempore orbatus fuisset? Jam qui tam reverenda ac mira vidisset, quomodo de copula cogitasset, vel quidquam agitare animo adversus semper Virginem ausus fuisset, cum ipse inter servos Dei obedientissimus esset ac justus? Vel quomodo Deus Verbum suam secundum carnem matrem,
C aliorum quoque liberorum fieri nutricem tolerasset? Vel quomodo denique sanctissima Virgo, cujus anima et caro plus quam cœlestes virtutes purificata fuerat, quomodo, inquam, id quod dicere horreo passa esset? Multæ enim sunt mulieres apud nos Christianos, qui sanctæ Matris ejus famuli sumus, atque ab eadem ad puritatem virginitatisque arctam custodiam instituti fuimus, multæ sunt, inquam, quæ filio uno suscepto, alterius viri conjugium non admittunt. Sunt aliæ quæ prorsus immunes permanent virilis copulæ et contactus atque convictus. Decus alioqui Deiparæ visibilia omnia et invisibilia excedit, Deo solo excepto, quantumvis **74** gloriosa et eximia. Sed et viri innumeri pa-
D riter virgines fuerunt et sunt. Si ergo viles inutilesque famuli hujusmodi charismatibus digni habentur, illa quæ charismatum divinorumque bonorum fons est, in nomine Filii sui, Domini nostri Deique Jesu Christi, qui unus de sancta Trinitate est, quomodo expers fuerit tam proprio et tam peculiari charismate, quod eam solam pro digni-

[7] Luc. I, 31, 39. [7*] ibid. 35.

(8) En adhuc novam pii cœlibatus laudationem. Et quidem nobilis laudator apparuit cælibum multorum sui temporis Christianorum magnus quoque cæsariensis Eusebius in nuper detecto Theophaniæ opere lib. III 21, 22. Nihilo tamen minus hodierni sparguntur libelli, qui piæ virginitatis instituto acriter detrahunt. Nihil ergo valet honor perpetuus virginitati ab ecclesiæ habitus? Frustra virginitatem laudaverunt, primo quidem in evangeliis Christus Dominus, deinde Paulus in epistolis, et Joannes in Apocalypsi? Nihil deinceps effecerunt tot luculentissimis, quæ exstant, pro virginitate scriptis Clemens Romanus, Basilius, Gregorius Nyssenus, Chrysostomus, Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus, aliique?

tate decebat, præ alio mortali quovis, nempe ut sine semine regem Dominum pareret? Atque ob id inaccessum foret, quod reverentiam vel unice cogitatum incutit, sanctum illud et tremendum animatum vas; ita ut maxima convenientia esset, eo quem solus ipse scit modo, cum ejus honoranda et sancta, quam de Maria sumpsit, incarnatione?

X. Hoc etiam animadverte, quod ante divinum quidem partum angelus Josepho ait: *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam.* Conjugem appellat, ne is existimaret, suspicionem aliquam esse de virgine. Post Servatorem autem partu editum, haud ulterius conjugem dixit: Ceu sene ex patratis tunc miraculis satis confirmato, quod divinum illud non humanum esset negotium: videlicet ex Magorum adventu, angelorum hymnodia, peregrinæ et exorbitantis stellæ cursu insolito, pastorum interventu, atque in primis partu sine dolore. Sed enim quid ait? *Surge et accipe puerum ac matrem ejus, et fuge in Ægyptum.* Et postea: *Surge,* inquit, *et accipe puerum, et vade in terram Israelis* [7**]. Quanam vero in Scriptura comperisti ipsam alium quoque peperisse aliquando puerum? Nisi forte ex multa vestra nequitia ac stupore 75 contra semper virginem Deiparamque Mariam nugas, latrantium more canum, ex impuro ore vestro in cassum effunditis.

XI. De filiis autem a Josepho sene ante Christi adventum genitis, quis fide dignior testis sit, quam ipsi illi sancti, qui servos se non fratres appellant? Quorum unus dicit: *Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus* [8], videlicet nequaquam frater. Alter vero: *Judas Jesu Christi servus* et non dixit, frater. Statimque addit: *frater autem Jacobi* [8*], erroneam veluti corrigens multorum opinionem, palamque cunctis nuntians audire volentibus: Servus sum, o homines, Domini Jesu Christi. Cur me fratrem ejus vocatis, cujus stupenda nativitate cœlestes quoque virtutes attonitæ fuerunt, cum divinæ dispensationis mysterium enarrare nequirent? Etsi ille humanitus omnia audire non recusabat, infirmitatibus nostris indulgens. Nam et Josephi Filium appellari [9] se audiens, quanquam minime esset, non ægre ferebat: et quasi faber per contumeliam a mendacibus Judæis vocatus, non irascebatur. Et a nobis ante ejus adventum ex Josepho genitus, Jacobo, inquam, Jose, et Simone, et me quoque Juda [10], ob priorem nostram incredulitatem rejectus, non excanduit, sciens humanæ infirmitatis fragilitatem, dum eum alloqueremur tanquam ætate corporali priores, ideoque ei æmulantes, pro-

A τοιούτου ἰδιαιτάτου αὕτη καὶ ἐξαιρέτου χαρίσματος, ὅπερ αὐτῇ καὶ μόνῃ ἀξίως ἔπρεπεν, ἢ ἄλλῳ τινὶ, τὸ ἐξ αὐτῆς τεκεῖν ἀσπόρως τὸν βασιλέα Κύριον; καὶ διὰ τοῦτο ἀπρόσιτον, δέος ἐμποιοῦν καὶ μόνον νοούμενον, ἅγιον καὶ φοβερὸν ἔμψυχον σκεῦος, καὶ συγγένειαν ἀκροτάτην ὑπάρξαι τῆς αὐτοῦ τιμίας, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδεν, καὶ ἁγίας ἐξ αὐτῆς σαρκώσεως;

Ι'. Σκόπει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ θείου τόκου ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσὴφ φησιν· *Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου.* Γυναῖκα δὲ αὐτοῦ εἶπεν, ὥστε μὴ νομίζειν αὐτὸν ἐπιβουλευθεῖσαν ὑπάρχειν τὴν παρθένον. Μετὰ δὲ τὸν σωτήριον τόκον, οὐκέτι γυναῖκα αὐτοῦ εἶπεν, ὡς τοῖς θαύμασι τοῖς τότε γενομένοις τοῦ πρεσβύτου ἱκανῶς B βεβαιωθέντος θεῖον εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἀνθρώπινον· λέγω δὲ τῇ τῶν μάγων ἐπιδημίᾳ, τῇ τῶν ἀγγέλων ὑμνῳδίᾳ, τῷ ξένου καὶ παρηλλαγμένου ἀστέρος ἐξαισίῳ δρόμῳ, τῇ τῶν ποιμένων ἐπιστασίᾳ, καὶ πρὸ τούτων, τῇ ἀνωδίνῳ λοχείᾳ· ἀλλὰ τί φησιν; *Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον·* καὶ πάλιν· *Ἐγερθεὶς,* φησὶ, *παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ·* ἐν ποίᾳ δὲ γραφῇ εὗρες λεγούσῃ αὐτὴν καὶ ἕτερον υἱὸν γεννῆσαί ποτε; εἰ μὴ ἐκ κακουργίας καὶ πολλῆς ἐμβροντησίας κατὰ τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τὰς φλυαρίας, δίκην κυνῶν ὑλακτούντων ἐκ τῶν ἀνοσιουργῶν ὑμῶν στομάτων μάτην ἐκφέρετε.

C ΙΑ'. Περὶ δὲ τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ τοῦ πρεσβύτου τῶν πρώην αὐτῷ γεννηθέντων τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τίς ἀξιοπιστότερος μάρτυς ἐκείνων αὐτῶν ἐστι δικαίων, δούλους ἑαυτοὺς ὁμολογούντων οὐδ' ἀδελφούς; ὧν ὁ μὲν ἔφησεν· *Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος,* καὶ οὐκ ἀδελφὸς δηλονότι· καὶ ὁ ἕτερος· *Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος,* οὐκ ἀδελφὸς εἰπών· καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει, *ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου·* τὴν πεπλανημένην ἔννοιαν τῶν πολλῶν ὥσπερ ἐπιδιορθούμενος ἐν τῷ εἰπεῖν, *ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου.* καὶ σαφῶς πᾶσι διαγγέλλων τοῖς ἀκούειν ἐθέλουσιν ὅτι Δοῦλός εἰμι, ἄνθρωποι, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τί με καλεῖτε ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὗ ἐν τῷ φρικτῷ τόκῳ καὶ αἱ ὑπουράνιοι δυνάμεις ἐξεπλάγησαν, μὴ D εὐποροῦσαι τῆς θείας οἰκονομίας [cod. f. 139.] ἀναγγεῖλαι τὸ μυστήριον; εἰ καὶ ἀνθρωπίνως πάντα κατεδέχετο ἀκούειν, συγκαταβαίνων ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· καὶ γὰρ καὶ υἱὸς Ἰωσὴφ ἀκούων, καίπερ μὴ ὢν υἱὸς αὐτοῦ, οὐκ ἐδυσχέρανεν· καὶ ὡς τέκτων ὀνειδισθεὶς ὑπὸ τῶν πλάνων Ἰουδαίων, οὐκ ὠργίσθη· καὶ παρ' ἡμῶν τῶν πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας γεννηθέντων τῷ Ἰωσὴφ (9) Ἰακώβου, καὶ Ἰωσῆ, καὶ Σίμωνος, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Ἰούδα, ἐξ ἀπιστίας ἡμῶν τῆς πρώην ἀπελαυνόμενος, οὐκ ἐμηνίασεν, εἰδὼς τῆς

[7**] Matth. II, 20. [8] Jac. I, 1. [8*] Jud. 1. [9] Joan. VI, 42. [10] Matth. XIII, 55.

(9) Quod beatus Josephus ex priore conjuge, ante nuptias cum semper virgine Maria, liberos susceperit, qui idcirco latiore sensu fuerint fratres Domini, non Petri hujus tantummodo, sed et nonnullorum Patrum sententia fuit, quos citat ex Baronio Sandinius Hist. famil. sacr. p. 423; contradicente tamen apprime Hieronymo in Matth. cap. XII. his verbis: « Quidam fratres Domini de alia uxore Joseph filios « suspicantur, sequentes deliramenta apocrypho- « rum, et quamdam Esham mulierculam confin-

ἀνθρωπίνης ἀσθενείας τὸ εὔόλισθον, λεγόντων ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἅτε πρώτων τῇ σωματικῇ ἡλικίᾳ ὑπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦτο ζηλοτυπούντων αὐτῷ διὰ τὸ ἀκμὴν πεπωρωμένην ἔχειν τὴν καρδίαν, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής· καὶ λεγόντων αὐτῶν, *Μετάδηθι ἐντεῦθεν, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου, ἃ σὺ ποιεῖς*· ἀπιστοῦντες αὐτῷ διὰ τὸ ἀτελῶς διακεῖσθαι, καὶ μήπω τῷ ἁγίῳ Πνεύματι βαπτισθέντες. Τῆς γοῦν θείας ἐπιφανείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀξιωθέντες, ὥς φησιν ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις, νῦν ὡς τέλειοι τελείοις ὑμῖν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐπιστέλλομεν, ὅτι δοῦλοί ἐσμεν τοῦ Κυρίου, οὐκ ἀδελφοί· ἐγὼ δὲ Ἰούδας καὶ Ἰάκωβος, ἀδελφοὶ ἀλλήλων ὑπάρχομεν. Τάχα δὲ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ὡς προγνώστης οὐχ ἑνί τινι ἐξ αὐτῶν τὴν Ἀειπάρθενον καὶ Θεοτόκον ἐν τῷ σταυρῷ κρεμάμενος παρέθετο, ἀλλὰ τῷ [cod. f. 139. b.] Θεολόγῳ καὶ μαθητῇ Ἰωάννῃ τῷ υἱῷ Ζεβεδαίου, ἵνα τελείως τοὺς πλάνους ἀποδουκολήσῃ τῆς πεπλανημένης αὐτῶν ἐννοίας. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, πῶς ἐνεδέχετο ἵνα τοὺς υἱοὺς αὐτῆς, ὥς φατε, ἐάσασα μεθ' ἑτέρου συνοικήσει ἡ Ἀειπάρθενος; Ἀλλ' ὥσπερ οὗτος ὁ παρθένος καὶ Θεολόγος, ἀδελφὸς ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐλέγετο, οὕτως κἀκεῖνοι διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀδελφοὶ ἐλέγοντο, οὐχ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὄχλων· οὐδαμοῦ γὰρ εὑρήσεις τὸν Κύριον ἀδελφοὺς αὐτοῦ τούτους ἀποκαλέσαντα, εἰ μὴ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ὄχλοι τούτους οὕτως ὠνόμαζον· τοῦτο γὰρ ἡ οἰκονομία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Τῶν δὲ ἱερῶν μαρτυριῶν ἐντεῦθεν ἀπάρξομαι, δεικνύντων ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ γεγεννῆσθαι τὴν Θεοτόκον, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν ἐσχηκότα τὸ σῶμα.

A pter summam nostri cordis cæcitatem, ut ait evangelista, eique dicentes : *Transi hinc, et vade in Judæam, ut et tui discipuli opera tua quæ facis videant* [11]. Nimirum ei non credentes, propter nostram imperfectionem, **76** et quia nondum sancti Spiritus baptismum receperamus. Sed enim postea divino sancti Spiritus adventu digni habiti, ut dixerat ejus qui non mentitur promissio, nunc ut perfecti perfectis vobis omnibus quotquot in terra vivitis [12] scribimus, nos Domini servos esse non fratres. Ego vero Judas et Jacobus, fratres sumus. Fortasse autem ob id ipsum Dominus, futuri non nescius, neutri ex his semper Virginem Deiparamque in cruce pendens commendavit, sed Joanni discipulo, Joan- B ni, inquam, Zebedæi filio, ut omnino mendaces Judæos a sua falsa opinione retraheret. Nisi enim res ita se haberet, quomodo passus esset, ut filiis suis ut vos dicitis omissis, cum alio habitaret Virgo? Verum ut hic virgo et theologus, frater a Domino appellabatur, ita et illi dispensationis causa fratres non a Domino sed a turbis vocitabantur. Nusquam enim comperies hos a Domino fratres appellatos, sed ab apostolis tantum turbisque eo titulo denotabantur. Sic enim dispensationis ratio ferebat. Sed hæc hactenus. Nunc sacrorum testimoniorum initium faciam, quæ demonstrant, de Abrahami Davidisque stirpe ortam Deiparam, atque ex ipsa Dominum nostrum Jesum Christum natum esse, neque aliunde corpus suum habuisse.

Μαρτυρίαι τῆς θείας Γραφῆς συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, κ. τ. λ.

Divinæ Scripturæ testimonia, quæ recitato sermoni suffragantur.

Ex evangelio secundum Matthæum.

Liber generationis Jesu Christi, etc.

Sequuntur in codice a f. 139 b. ad f. 141, testimonia ex Genesi, Evangeliis Lucæ et Joannis, Pauli apostoli Epistolis ad Romanos, ad Galatas et ad Timotheum.

[11] Joan. VII, 3. [12] Matth. XXIV, 49.

« gentes. Nos autem, sicut in libro, quem contra « Helvidium scripsimus, continetur, fratres Domi- « ni, non filios Joseph, sed consobrinos Salvatoris, « intelligimus, etc. » Atque hoc vulgo pie jam creditur in tota Ecclesia.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Κατὰ τῶν αὐτῶν Παυλικιάνων λεγόντων ὅτι ὁ Κύριος ἐπὶ τοῦ δείπνου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἀληθῶς ἄρτον καὶ οἶνον, ἀλλὰ παραβολικῶς (10) εἶπεν, Λάβετε, φάγετε, τὰ ῥήματα αὐτοῦ λέγων· καὶ οὐδαμοῦ, φησὶ, παρείληπται τοῦτο ποιεῖν.

—

77 EJUSDEM PETRI SICULI

SERMO TERTIUS.

Contra eosdem Paulicianos, qui dicunt Dominum in cœna discipulis suis haud vere obtulisse panem ac vinum, sed parabolice locutum, Sumite, manducate; nempe verba sua denotando. Neque id usquam fecisse traditum dicunt.

—

I. En jam ad duas prædictas tertiam hanc adjungimus lucubrationem circa tremendam divinamque sanctorum mysteriorum initiationem, quæ media fuit inter Domini nativitatem et ejusdem crucifixionem. Jam vero quod evidens sit hæc institutio, sicut etiam sancti baptismi ex aqua et Spiritu sancto quo Christiani omnes imbuimur, neque ab ipsis fieri calumnia possit, propter ejus rei simplicissimam in divina Scriptura demonstrationem, cunctis est exploratum. Nihilominus in hoc etiam simpliciores decipere conantur hi scelesti dicentes, non oportere hanc liturgiam peragere, neque sacrum pretiosi corporis ac sanguinis Domini Deique nostri nutrimentum participare, causam quidem nullam prorsus afferentes, propter evangelicorum apostolicorumque testimoniorum minime variam sententiam; sed aientes tantummodo, dictum fuisse symbolice a Domino : *Sumite, manducate, et bibite ex eo omnes* [13]; ipsa sua videlicet verba denotante, quoniam nihil ibi reapse erat panis et vini. Quod commentum ideo fortasse ipsis excogitavit **78** invidus diabolus, ne divinæ communionis lumine illustrentur. Certe hoc ipsis jam non licet, quia divino baptismo non sunt perfecti, neque in fide orthodoxa confirmati. Nam divina communio a perfectis atque fidelibus participatur : imperfectis autem et non consignatis atque infidelibus prorsus est inaccessa et incommunicabilis, quia sponte ad veritatem cæcutiunt. *Omnis enim qui male agit*, ut ait sacrum oraculum, *lucem odit : ac propterea ad lucem non veniunt, ut non arguantur opera eorum* [14].

II. Nos ergo unius ejusdemque Dei credimus esse

A Α'. Ἰδοὺ πρὸς τοῖς δυσὶ τρίτον ἡμῖν προκείσθω κεφάλαιον περὶ τῆς φρικτῆς καὶ θείας τῶν ἁγίων μυστηρίων μυήσεως, ὅτι μέση τῆς τοῦ Κυρίου γεννήσεως καὶ τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ αὕτη γέγονεν. Ὅτι μὲν γὰρ φανερόν ἐστι τοῦτο, ὡς καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα τὸ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου, ὃ πάντες Χριστιανοὶ βαπτιζόμεθα, καὶ μὴ διαβληθῆναι παρ' αὐτῶν δυνάμενον, ὡς ἁπλουστάτην ἔχον ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ τὴν δήλωσιν, πᾶσι πρόδηλον [cod. f. 141 b.]· ὅμως καὶ ἐν τούτῳ πειρῶνται τοὺς ἁπλουστέρους ὑποκλέπτειν οἱ ἀνόσιοι λέγοντες, μὴ δεῖν λειτουργίαν τοιαύτην ἐπιτελεῖσθαι, μηδὲ τῆς ἱερᾶς τροφῆς τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν μετέχειν αἰτίαν ἐντελῶς μὴ ἐπιφέροντες, διὰ τὸ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν μαρτυριῶν
B ἀποίκιλον γνώρισμα· λέγοντες δὲ μόνον ὅτι συμβολικῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὸ, *Λάβετε, φάγετε, καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες*· τὰ ῥήματα αὐτοῦ λέγων, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀληθῶς ἄρτος καὶ οἶνος· τάχα καὶ τοῦτο τοῦ πονηροῦ σόφισμα βασκαίνοντος αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ τῷ φωτισμῷ τῆς θείας ἐλλαμφθῆναι κοινωνίας· οὐδὲ γὰρ τοῦτο θεμιτὸν αὐτοῖς ὑπάρχει μὴ τῷ θείῳ βαπτίσματι τελεσθεῖσιν, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει βεβαιωθεῖσιν· ἡ γὰρ θεία κοινωνία, τῶν τετελειωμένων καὶ πιστῶν ἐστι μετάληψις· τοῖς δὲ ἀτελέσι καὶ ἀσφραγίστοις (11) καὶ ἀπίστοις, πάμπαν ἀπρόσιτος ὑπάρχει καὶ ἀμέτοχος, διὰ τὸ ἐξ ἑκουσίου γνώμης τυφλώττειν αὐτοὺς περὶ τὴν ἀλήθειαν· *Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων*, ὥς φησι τὸ ἱερὸν λόγιον, *μισεῖ τὸ φῶς· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχονται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα, μὴ ἐλεγχθῶσιν αὐτῶν τὰ ἔργα.*

Β'. Ἡμεῖς τοίνυν ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ εἶναι

[13] Matth. XXVI, 26. [14] Joan. III, 20.

(10) Ita hic codex. Sed tamen p. 14, nec non paulo infra συμβολικῶς

(11) Vides Manichæos sine Baptismo et sine Confirmatione, atque usu Eucharistiæ.

πιστεύομεν τὸ παντοδύναμον πρόσταγμα, ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει τοῦ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντος εἰρηκότος· *Βλαστησάτω ἡ γῆ* [cod. f. 142] *βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα*· καὶ εἰσέτι καὶ νῦν τῷ θείῳ ὑπείκουσα προστάγματι πάντα τὰ φυτὰ ἀνελλειπῶς ἐτησίως ἐκφέρει· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ δείπνῳ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἄρτον ἀληθῶς καὶ οἶνον δόντος καὶ λέξαντος, *Λάβετε, φάγετε* [*τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*], *καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*· καὶ νῦν καὶ εἰσέτι τὸ αὐτὸ διαφυλάττεται πρόσταγμα τῇ τῶν ὑπηρετῶν ἱερουργίᾳ τελειούμενον· ὁρατῶς μὲν τοῦ ἄρτου προκειμένου, ἀοράτως δὲ τοῦ παναγίου ἐπιφοιτῶντος Πνεύματος, καὶ τὰ προτιθέμενα ἁγιάζοντος· καὶ οὐκ ἀντίτυπα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πανάγιον σῶμα καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀποτελοῦντος (12), ἐξ οὗ καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁγιαζόμεθα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μεταλαμβάνοντες.

Γ'. Ἄγε δὴ καὶ τὰς περὶ τούτου ἱερὰς ῥήσεις, ὡς διάκεινται ἐν ταῖς ἱεραῖς πτυκταῖς ὑπογράψωμεν, τῷ ἁπλουστάτῳ καὶ ἀποικίλῳ τῆς φράσεως αὐτῶν πρὸς ἀξιοπιστίαν τοῦ παρόντος ζητήματος ἀρκούμενοι. Τίς γὰρ ἀξιοπιστότερος τοῦ Θεοῦ; τίς δὲ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, πλὴν τῶν αὐτοπτῶν αὐτοῦ καὶ ὑπηρετῶν [cod. f. 142. b.], τῶν εὐαγγελιστῶν λέγω καὶ ἀποστόλων, ὑπάρχει πιστότερος; ὄντως οὐδείς· καὶ μάρτυς καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ βίος αὐτῶν καὶ τὰ θαύματα ἄληπτα παρὰ πᾶσιν ὑπάρχοντα καὶ ἀνεπίληπτα, καὶ δεικνύντα δούλους τοῦ Θεοῦ ἀληθινοὺς αὐτοὺς ὑπάρχειν καὶ μάρτυρας. Διὸ καὶ νῦν αὐτῶν λεγόντων ἀκούσωμεν.

Μαρτυρίαι τῆς θείας Γραφῆς συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Ἐποίησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ Πάσχα, κ. τ. λ.

A præceptum omnipotens, initio quidem mundi ab eo conditi, dicentis : *Germinet terra herbam feni, facientem semen in suo unamquamque genere ac specie*[14]. Et ea usque hodie divino præcepto obtemperans omne genus stirpium annuatim indeficienter producit. In sacra vero cœna sanctis apostolis panem vere vinumque cum exhibuerit Dominus, dixeritque: *Sumite, manducate* [*hoc est corpus meum*] ; *et bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus novi testamenti, quod pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum : hoc facite in meam commemorationem*[15] ; nunc adhuc idem observatur mandatum divinorum ministrorum sacro officio consummatum ; visibiliter quidem pane proposito, invisibiliter autem superveniente sanctissimo Spiritu, et oblata B sanctificante ; nec sane antitypa, sed sanctum ipsum corpus pretiosumque sanguinem Domini ac Dei nostri efficiente ; ex quo nos quoque peccatores sanctificamur, dum in remissionem culparum sumimus.

III. Agesis de hoc quoque dogmate sacras locutiones, prout in sacris voluminibus jacent, infra scribamus, simplicissimo ipsarum et constante verborum tenore ad præsentis controversiæ auctoralem definitionem **79** contenti. Quis enim Deo fide dignior ? Quis post eum alius, præter eos qui ei oculati testes adfuerunt, evangelistas dico et apostolos majorem nostram fiduciam postulat ? Prorsus nemo. Testis sermo eorum et vita itemque miracula, quæ C apud omnes indubia sunt, nullique reprehensioni obnoxia, quæque ipsos veros Dei famulos testesque fuisse demonstrant. Ergo ipsos nunc loquentes audiamus.

Divinæ Scripturæ testimonia, quæ recitato sermoni suffragantur.

Ex Evangelio secundum Matthæum.

Fecerunt autem discipuli prout jusserat illis Jesus, et paraverunt Pascha, etc.

In hac pagina 142 b desinit abruptus tertius sermo, seu testimonia illum confirmantia, quæ certe petita fuerunt post Matthæum ex Marco et Luca Pauloque ubi de sanctissima Eucharistia loquuntur. In amissis autem reliquis operis quaternionibus perierunt tres posteriores libri, quos auctor promisit in historia p. 15-16, nempe de sanctæ crucis cultu, de Veteris Testamenti auctoritate, et de ecclesiastica hierarchia. Alium operis pleniorem codicem optare magis quam sperare licet. Sed antequam de hoc opere dicere desino, nequeo non mirari Joan. Christoph. Wolfium, qui in præf. ad anecd. Gr. t. II, Petrum nostrum Siculum facit Constantinopolitanum, sanctum Thaumaturgum, et Argivorum episcopum, citato Bollando t. II Febr., p. 610 (cum citare debuisset t. I Maii, p. 428). Sed reapse nihil commune habent Petrus Siculus et Petrus Argivus, non ætatem, non patriam, non miracula, non vitæ denique professionem.

[15] Matth. xxvi, 26, 27.

(12) Animadverte præclarum testimonium de sanctissima Eucharistia.

MONITUM.

Orationi sequenti ea tantum præmittenda censemus quæ de ms. Græco codice, deque auctore versionis quam Benedictus Piazza edidit, adnotata reperiuntur ad calcem exemplaris, quod in Panormitana Collegii Soc. Jesu bibliotheca asservatur. Sunt autem quæ sequuntur : TESTIMONIUM EXSCRIPTORIS ET INTERPRETIS : *Requisitus ab Adm. Rev. Patre Antonio Maria Portio Soc. Jesu, Ego infrascriptus Græcæ linguæ lector,*

et bibliothecæ hujus Magni et Regii monasterii SSmi Salvatoris Messanæ in lingua Phari custos, annuente Rmo S. Th. M. D. Basilio de Neapoli, ejusdem monasterii abbate, exscripsi ex codice XLII dictæ bibliothecæ, et Latine reddidi superiorem orationem S. P. N. Petri, episcopi Argorum, in Conceptionem S. Annæ, quando S. Dei Genitricem concepit.

Est autem codex hujusmodi, integer, membranaceus, in folio majori, Græco numero MB, id est XLII obsignatus, tabulisque leucophæa pelle a tergo contectis coopertus, inscriptusque exterius sic, MET. nempe Metaphrastæ. Cæterum qui illum scripsit Daniel, πανηγυρικὸν *vocat.*

Totum hoc opus πανηγυρικὸν *duobus voluminibus ejusdem ferme molis et characteris continetur; atque in iis varias per annum legendas, vel orationes, vel sanctorum historias reperies. In priori igitur volumine, quod festivitates exhibet ab Kal. Septembris usque ad* III *Non. Aprilis,* V *Idus Decembris habetur dicta Oratio S. P. N. Petri episcopi, undecim ferme columnis comprehensa : incipit ab ultimis decem lineis ultimæ columnæ quaternionis 20 usque ad lineam 30 columnæ 11 quaternionis sequentis. Singulæ vero columnæ lineis 43 ut plurimum concluduntur. Scriptus est autem codex hic anno 6816 ab O. C.* (hoc est sexmillesimo octingentesimo decimo sexto ab orbe condito) *ut Græci calligraphi supputant, id est anno Incarnationis Dominicæ 1308. Etenim in fine codicis legitur nota hæc :* « Ἐτελειώθη τὸ παρὸν Πανηγυρικὸν διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Δανιὴλ καὶ σκευώφυλας (*sic*) τῆς μεγάλης μάνδρας τοῦ Σωτῆρος ἀκρωτηρίου Μεσσήνης. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ εἰς β' ἡμέρᾳ Σαββάτου, ὥρᾳ θ', ἔτους ϛωις', ἰνδίκτου ϛ'. Εὔχεσθε, καὶ μὴ καταρᾶσθε, ὅτι ὁ γράφων παραγράφει. » *Scilicet* : « Explicitus est hic Panegyricus liber manu peccatoris Daniel, et Scevophylacis magnæ Mandræ Salvatoris promontorii Messanæ, IV Non. mens. Septembris, die Sabbati, hora 9, anno 6816, indictione VI, Orate pro me, et non maledicatis mihi, quoniam qui scribit, scribendo errat. »

In quorum fidem, etc. *Prid. Non. Februarii An. Domini 1744.*

BENEDICTUS MONALDINIUS HIEROMONACHUS.
Ita est, ABBAS BASILIUS DE NEAPOLI.

Locus † Sigilli.

PETRI ARGORUM EPISCOPI

ORATIO.

A *Sancti Patris nostri Petri Argorum episcopi oratio in Conceptionem sanctæ Annæ quando concepit sanctam Dei Genitricem.*

Benedic, Pater.

1. Cum magna maximis, inauditaque videam portentis præcurrere portenta, ingenti cordis gaudio gestiens in admirationem rapior, et Dominicæ erga nos misericordiæ viscera, providentiamque divinam omni cogitatione majorem stupens demiror. Hodie enim nostræ cum Deo reconciliationis aperta conspiciuntur indicia. Hodie natura nostra, olim rejecta, jam suæ in pristinum restitutionis primordia aspiciens hilarescit. Hodie primi parentes, dum assonat eorum auribus, jam solvendam illam esse sententiam, qua editum fuerat hominem in terram reversurum [16], lætissimam frontem explicant, certioresque dum fiunt, modo in agro sterili fragrantissimam illam rosam plantari, quæ odore suo quidquid sub sole est, perfundet, ac prævaricationis fetorem abiget, lætitiam gratulationemque ingeminant. Omnes quotquot sunt creaturæ dum purissimi templi Regis omnium Christi nunc jaci fundamenta cernunt, gratanter tripudiant, manibusque plaudunt et Deum bonorum omnium auctorem cum gratiarum actione laudibus prosequuntur. Nunc arido in

[16] Gen. III, 19.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου ἐπισκόπου Ἀργῶν λόγος εἰς τὴν Σύλληψιν τῆς ἁγίας Ἄννης, ὅταν συνέλαβεν τὴν ἁγίαν Θεοτόκον.

Εὐλόγησον, Πάτερ.

Α'. Μεγάλα βλέπων καὶ ξένα, μεγίστων προτρέχοντα θαύματα, μεγάλως ἄγαμαι τῇ καρδίᾳ γηθόμενος, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς τοῦ Δεσπότου εὐσπλαγχνίαν καὶ ὑπὲρ λόγον προμήθειαν καταπλήττομαι. Σήμερον γὰρ τῆς ἡμετέρας πρὸς Θεὸν καταλλαγῆς τὰ μηνύματα· σήμερον ἡ ἀπωσθεῖσα φύσις ἡμῶν, τῆς ἀνακλήσεως τὰ προοίμια κατοπτεύουσα, γέγηθε· σήμερον οἱ προπάτορες τῆς εἰς γῆν ἀποστροφῆς τὴν ἀπόφασιν, ὅσον οὔπω, λύεσθαι μέλλουσαν ἐνωτιζόμενοι χαίρουσιν. Ἄρτι τὸ εὐωδέστατον ῥόδον ἐν ἀκάρπῳ φυτευόμενον ἀρούρᾳ, πάσῃ τῇ ὑφηλίῳ μέλλον εὐ-
B ωδιάζειν, καὶ τῆς παραβάσεως ἐλαύνειν τὸ δυσῶδες, εὐαγγελιζόμενοι γήθονται. Νῦν τὸ καθαρώτατον ἀνάκτορον τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ θεμελιούμενον, πᾶσα ἡ κτίσις ὁρῶσα σκιρτᾷ, χαριστήρια καὶ χεῖρας κροτεῖ, καὶ τῷ πάντων αἰτίῳ τῶν ἀγαθῶν εὐχαριστοῦσα γεραίρει Θεῷ. Νῦν ὁ θεῖος παράδεισος ἐν ἀνίκμῳ νηδύϊ φυτεύεται, τοὺς ἐκ τοῦ πρώτου ἐξορισθέντας ἡμᾶς καὶ θανάτῳ κατακριθέντας, πρὸς ζωὴν, διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ βλαστήσειν μέλλοντος, ἐπανάξων ζωηφόρου φυτοῦ· νῦν τοῦ πνευματικοῦ ἔαρος

τὰ ἄνθη μυρίζουσιν, καὶ τὴν αὐτοῦ προαγγέλλουσιν εἴσοδον· νάρδος, κρόκος, καὶ κρίνα κυπρίζουσι, καὶ τὴν ἡδίστην ὄψιν προδεικνύντα, τοὺς ἐν τῇ κατηφείᾳ τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς κατατέρπουσιν· προέκοψε μετὰ τῆς νυκτὸς τῆς ἁμαρτίας ὁ κατηφείας πλήρης χειμὼν, καὶ ἤγγικεν, μετὰ τῆς ἡμέρας τῆς εὐσεβείας, τὸ χαριέστατον ἔαρ, καὶ τὴν ἀλέαν τοῦ θείου συνεπαγόμενον Πνεύματος.

A utero divinus ille plantatur Paradisus, qui nos a priori expulsos, mortique damnatos, per vivificum germen ex ipso oriturum ad vitam revocabit. Nunc flores spiritualis veris spirant odorem, illiusque prænuntiant ingressum. Jam vernant cum nardo crocus et lilia ac suavissimo, quem exhibent, aspectu nos peccati pudore squalentes erigunt et oblectant. Præcessit jam cum nocte peccati plena tristitiæ hiems : jucundissimum autem ver cum pietatis die divini Spiritus calorem secum adducens appropinquavit.

Β'. Ἀγαλλιασώμεθα τοίνυν, καὶ *ψαλμικῶς ἀλαλάξωμεν* ἅπαντες, ὁρῶντες τὴν τῆς ἡμετέρας εὐγένειαν φύσεως ἀρχομένην ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Ἄννης φυτεύεσθαι· κροτήσωμεν χεῖρας, καὶ πνευματικοὺς χοροὺς συστησώμεθα, τῆς αἰτίας ἡμῖν εὐφροσύνης ἁπάσης, καὶ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου προξένου γενησομένης ἑορτάζοντες σύλληψιν.

Ἄσωμεν συμφώνως τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾄσωμεν· ὡς τὴν τῆς ἡμετέρας πρόξενον ἐλευθερίας τῶν καταδουλωθέντων τῇ ἁμαρτίᾳ Παρθένον διὰ τῆς Ἄννης καὶ τοῦ Ἰωακεὶμ πλουτοῦντες πανάμωμον Δέσποιναν· εἴπωμεν οὖν ἡμεῖς ὡς ἐν ἐκπλήξει μετὰ τοῦ θείου Δαβίδ· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας!* Τίς γὰρ αὐτοῦ τὰς δυναστείας λαλῆσαι δυνήσεται; ποίας δὲ καὶ καρδίας πλάτος τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων ἀναμετρῆσαι τὴν ἄβυσσον; Οἱ προσκεκρουκότες, τῆς καταδίκης ἀπολυόμεθα· οἱ τῷ ἀρχεκάκῳ δαίμονι πεισθέντες διὰ τοῦ ὄφεως συμβουλεύοντι, παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς Δεσπότου, καὶ παραχ[ρ]ουσθέντες προσλαμβανόμεθα· οἱ ἑκόντι τοῦ ἡμετέρου τραχήλου τὸν αὐτοῦ ζυγὸν ἀποῤῥίψαντες, καὶ τῷ δυσμενεῖ προσχωρήσαντες, πρὸς τὸν χρηστὸν ἐκείνου πάλιν διὰ σπλάγχνα ἐλέους ὑποβαλλόμεθα· οἱ τὰ δύσοιστα τῶν ἁμαρτάδων φορτία ἑαυτοὺς ἐπιφορτίσαντες, πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν προσκεκλήμεθα.

II. Nobilitatis itaque ac decoris naturæ nostræ primam in Annæ utero plantationem intuentes, *exsultemus* omnes *et in psalmis jubilemus* [1]. Plaudamus manibus, spirituales choreas instituamus, Conceptionem illius festive celebrantes, quæ nobis omnis lætitiæ auctrix ineffabilisque gaudii conciliatrix exsistet.

B Cantamus concordi voce Deo nostro, cantemus; utpote qui per Annam et Joachimum plane immaculata Domina et Virgine ditemur, quæ nos peccati servitute pressos in libertatem asseret. Et nos igitur, stupore in exstasim veluti rapti, cum divino Davide clamemus : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti!* Ecquis enim potentias ipsius eloqui poterit? Aut cujusnam amplitudo cordis investigabilium judiciorum ejus abyssum (poterit) dimetiri [3]? Qui (indignationem ejus) incurreramus, a damnatione absolvimur. Qui dæmoni, malorum omnium architecto, prava per serpentem consilia suggerenti obtemperaveramus, a Domino, Conditore nostro, utut prævaricatores, suscipimur. C Qui sponte jugum ipsius a cervice nostra excusseramus, et facta deditione ad inimici partes transiveramus, rursus suavi illius jugo propter misericordiæ suæ viscera subjicimur. Qui onere peccatorum miserrime opprimente nosmetipsos gravaveramus, ad refectionem vocati jam sumus.

Τούτων ἁπάντων ἀρχὴ καὶ αἰτία ἡ παροῦσα καθέστηκεν ἑορτὴ, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καθάπερ τις ἡλίου ἑωσφόρος, προανατέλλουσα, καὶ δι' ἑαυτῆς ἁπάσας μηνύουσα.

Horum porro bonorum omnium origo et causa præsens exstitit solemnitas, quæ reliquis insuper omnibus, ceu quædam solis aurora, ortum parat, cæterasque seipsa solemnitates prænuntiat.

Γ'. Ἰωακεὶμ γάρ τις τῶν ἐξόχων, καὶ μέγα παρ' Ἑβραίοις ἔχων τὸ ὄνομα, ἐκ Δαβιδικοῦ φύλου κατάγων τὸ γένος, τὴν τῆς θείας χάριτος ἐπώνυμον Ἄνναν τῆς αὐτῆς συγγενείας οὖσαν ἐκτήσατο σύνοικον· οὐ γὰρ ἐξῆν κατ' ἐκείνους ἐξ ἄλλης φυλῆς τὰς συζυγίας ἁρμόζεσθαι· καὶ δὴ τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμως καὶ ὁμοψύχως ἀμφότεροι ἐξασκήσαντες, οὐχ ἧττον θάτερος θατέρου, πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνον καιροῦ ἐν ταύτῃ, ὁπόσον οὐχ ἦν εἰπεῖν, ῥᾳδίως ὑπερηκόντισαν· καὶ τούτου σαφὴς τὰ μετὰ τὸν τόκον ἀπόδειξις. Μόνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοιούτῳ μυστηρίῳ διακονῆσαι κατηξιώθησαν, ὡς Θεοῦ Μητρὸς χρηματίσαι γεννήτορες, καὶ τούτου πρόγονοι τῆς κάτω γεννήσεως. Ἀλλά γε καίπερ τοιοῦτοι πρότερον ὄντες, ἄπαιδες κατεγήρων τὸν βίον, καὶ τὴν ἐκ τούτου λύπην συναύξουσαν παρ' ὅλον εἰσέκτηντο, ὡς τῶν παρ'

III. Joachim, unus e primoribus, magnique apud Hebræos nominis, et e Davidis familia ducens originem, Annam, a divina gratia nomen habentem et ortum ex eadem stirpe trahentem (neque enim apud eos ex diversa tribu matrimonia jungi fas erat), uxorem habuit. D Atque ambo sane concordi animo, parique studio virtutem excolentes, hujus præstantia unus æque atque altera omnes ætatis illius homines, quantum nec verbis dici posset, facile excesserunt. Cujus rei evidens suppeditabunt argumentum quæ post partum secuta sunt. Et sane ex aliis omnibus ipsi soli digni habiti sunt, qui hujus mysterii ministri forent, ut proinde Dei Matris genitores, ac Dei ipsius secundum generationem terrestrem avi exstiterint. Verum enimvero, licet tantis vel antea meritis insignes essent, sine liberis tamen senescebant;

[1] Psalm. xciv, 1, 2. [2] Psalm. ciii, 24. [4] Psalm. cv, 2. [5] Psalm. xxvii, 7.

et exinde dolore jugiter acerbiori conficiebantur, utpote eo bono carentes, quod inter promissa a Deo per illud tempus potissimum habebatur.

IV. Cum vero magna apud eos dies adventasset, (puto autem hanc esse scenopegiam, quæ mense Gorpiæo, Septembri scilicet, celebrabatur : oportebat vero, ut omnes ex universis tribubus secundum legem Hierosolymis congregarentur, ter anni ordine id præscribente, hac nempe recurrente solemnitate, tum decima quarta primi mensis, tum denique Pentecoste, qua de causa hæ festivitates *magnæ* vocabantur; et omnes quidem ad divinum illud et celeberrimum templum accurrentes, pro sua quisque facultate, Deo munera offerebant : illud enim, *Non apparebis in conspectu meo vacuus* [a], Deus ipse lege illis constituerat, periculum sic avertens, ne cui deorum eorum, qui nihil reipsa sunt, tanquam Deo vero honorem aut quidpiam aliud offerrent, sed ut sibi soli eos devinciret; nam cæterum haud indigus est bonorum nostrorum Deus, qui omnia ex non exstantibus creavit; sed tanquam omnis fons bonitatis per hæc sollicitam salutis nostræ curam gerit.

Cum omnes igitur, ut dixi, e singulis tribubus sua Deo munera offerrent, aderat et illud divinum par, Joachimus videlicet et Anna, legalis illud religionis firmamentum, et evangelicæ philosophiæ gloria, tribus Judæ nobilissimum ornamentum, atque præclarissima gloriatio, utpote Christi omnium Domini generationis secundum carnem principium ac radix, Davidis augustissimum decus, et nostræ omnium salutis tessera splendidissima. Aderant autem non sicut alii cervicem erigentes, nec supercilia insolenter attollentes ad Rubenis præsertim exemplar, qui et adversus alios sese efferebat, et horum oblata dona superbe metiebatur; sed quiete ac tacite et magis quam res sensibiles, cor contritum et humiliatum Deo, qui istud non despicit, offerentes.

V. At ore impudenti Ruben sese iis fert obviam, et eos quidem utpote nullam sobolem sortitos contumeliis lacessere non veretur; tum vero ipsorum dona oblata, quasi Deo indigna, rejicit.

Quid est quod ita agas, o Ruben? Quid hosce insontes ipse, qui multis probris inhonestaris, ceu reos publice criminari fidenter audes? Quis unquam de iis postulatur, quibus præstandis sit impos? Quisnam Deo leges ferenti potuit contradicere, et contra stimulos præsumit audacter calcitrare? Ubinam audisti Deum illos, qui careant prole, repellere? Nonne Abelem, quanquam liberorum expertem, cum offerret munera, acceptum habuit? Nonne Abrahæ et Saræ, utut filios non habentibus, benedixit? Nonne Annam Phenennæ æmulam, licet sobole destitutam, deprecantem demum exaudivit? Quandonam gignendis liberis operam dedere magnus ille Elias atque Elisæus, quorum tamen Deus et preces exaudivit, et oblata sacrificia maximis decoravit miraculis? Vel nonne saltem fateberis

[a] Exod. XXIII, 15.

αὐτοῖς ἐπηγγελμένων ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν ὑπάρχοντος τὸ κεφάλαιον ἐν τούτῳ ἐφυστερίζοντες.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ τῆς παρ' ἐκείνοις φθασάσης μεγάλης ἡμέρας· ταύτην δὲ οἶμαι τὴν σκηνοπηγίαν εἶναι κατὰ τὸν Γορπιαῖον τελουμένην, ἤτοι Σεπτέμβριον· ἔδει δὲ πάντας ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν κατὰ τὸν νόμον ἐν Ἱεροσολύμοις ἀθροίζεσθαι· τρὶς τοῦ ἔτους τοῦτο προστάττοντος, ἐν ταύτῃ τε καὶ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, καὶ τῇ Πεντηκοστῇ, καὶ διὰ τοῦτο καλουμένας *μεγάλας*· πάντες, κατὰ τὸ ἐνὸν, εἰς τὸν θεῖον καὶ περιώνυμον ἐκεῖνον νεὼν προσερχόμενοι, δῶρά τε προσέφερον τῷ Θεῷ· *Οὐ γὰρ ὀφθήσῃ κενὸς ἐναντίον μου*, παρ' ἐκείνου τούτοις ἐνομοθετεῖτο· ἀπάγων αὐτοὺς, τοῦ μή τινι σέβας, ἢ ἄλλο τι προσφέρειν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν, καὶ μόνῳ προσοικειῶν ἑαυτῷ· οὐ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἐν χρείᾳ Θεὸς, ὁ ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα παραγαγὼν, ἀλλ' ἡμῶν, ὡς πάσης ἀγαθότητος ὑπάρχων πηγὴ, τὴν σωτηρίαν ζητεῖ.

Πάντων τοίνυν, ὡς ἔφην, κατὰ φυλὰς προσφερόντων τὰ δῶρα Θεῷ, παρῆν καὶ τὸ θεῖον ζεῦγος, Ἰωακεὶμ, φημὶ, καὶ Ἄννα, τῆς νομικῆς λατρείας τὸ στήριγμα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς φιλοσοφίας τὸ καύχημα, τὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς εὐγενέστατον γνώρισμα, καὶ τοῦ πάντων Δεσπότου Χριστοῦ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως περιφανέστατον, ὡς ἀρχὴ καὶ αἴτιον, σεμνολόγημα· τὸ τοῦ Δαβὶδ ἱερώτατον ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας ἀστειότατον γνώρισμα· καὶ παρῆν, οὐκ αἶρον κατὰ τοὺς ἄλλους τὸν τένοντα καὶ μάλιστα τὸν Ῥουβὶμ, οὐκ ἀνασπῶν τὰς ὀφρῦς, καὶ τῶν ἄλλων κατεπαιρόμενον καὶ τὰ τούτων δῶρα παραμετρούμενον· ἀλλ' ἠρέμα καὶ ἡσυχῇ, καὶ πρὸ τῶν αἰσθητῶν καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην τῷ ταύτην μὴ ἐξουθενοῦντι προσάγοντες.

Ε'. Ἀλλ' ἀναιδῶς κατὰ πρόσωπον ὁ Ῥουβὶμ ἀπαντᾷ, καὶ τούτους ὡς ἄπαιδας κατονειδίζειν καταθρασύνεται, καὶ τὰ τούτων δῶρα, ὡς παρ' ἀξίαν, ἐκκρούεται προσφερόμενα.

Τί ταῦτα πράττεις, Ῥουβίμ; τί τοὺς ἀναιτίους, ὁ πολλῶν αἴτιος ἀπηχεστάτων, θρασέως γράφειν αἰτίας κατατολμᾷς; τίς ὑπὲρ ὧν οὐ πέφυκε πράττειν εὐθύνεται; τίς Θεοῦ προστάττοντος ἀντιστῆναι δεδύνηται, καὶ πρὸς κέντρα λακτίζειν καταθρασύνεται; Ποῦ Θεὸν ἄπαιδας ἤκουσας ἀποστρέφεσθαι; οὐ τὸν Ἄβελ τὰ δῶρα προσφέροντα προσεδέξατο ἄπαιδα; οὐ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Σάῤῥαν εὐλόγησεν ἄπαιδας; οὐ τὴν Ἄνναν τῆς Φενάννης ἀντίθετον προσευχομένην, ὕστερον ὑπήκουσε τυγχάνουσαν ἄπαιδα; τὸν δὲ μέγαν Ἠλίαν, καὶ τὸν Ἐλισαῖον πότε τεκνογονήσαντας προσευχομένων ὑπήκουε, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν προσαγομένας θυσίας ἀπείροις ἐδόξασε θαύμασιν; ἢ οὐδὲ Ζαχαρίαν ὁμολογήσεις ἀποδεκτέον εἶναι προσφέροντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχιερέα γινόμενον, καὶ τὰ τῶν ἄλλων δῶρα δεχόμενον καὶ τῷ Δε-

σπότῃ προσάγοντα; ἄλλως δὲ ἱερέως ἀντικρὺς τὰ τοιαῦτα κρίνειν, οὐχὶ σοῦ τοῦ τὴν πατρῴαν εὐνὴν ὑβρίσαντος· Λευὶ τοῦτο τὸ γέρας δέδωκε Μωσῆς, οὐχὶ σοὶ, μᾶλλον δὲ δι' ἐκείνου Θεός.

A Deo acceptum esse, dum offert, Zachariam, ac propterea summi sacerdotis munus obtinere atque aliorum etiam dona excipere et Domino dedicare? Cæterum palam est sacerdotis esse de ejusmodi judicare; non autem tui, qui paternum cubile violasti [6*]: Levi, non autem tibi, hocce munus Moyses, imo per Moysen Deus ipse demandavit.

ϛʹ. Πῶς οὐ φρίττεις τοῦ ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ γένους κατεξανίστασθαι; μὴ γὰρ εὐλογῶν ὑμᾶς ὁ πατριάρχης, ἢ προλέγων τὰ μέλλοντα ὑμῖν ἀπαντήσασθαι, σὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αἰνέσειν προήγγειλεν, καὶ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ἡττήσειν προανεφώνησεν; Ἰούδᾳ τοῦτο τὸ γέρας ἀπένειμεν, σοῦ δὲ καὶ τὴν πρᾶξιν πικρῶς ἐστηλίτευσεν, καὶ ἥττονα τῶν ἄλλων φυλῶν ἀπέφηνεν ἔσεσθαι· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐκλάμπειν προεῖπεν μυστήριον, *τὴν τῶν ἐθνῶν προσδοκίαν* τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν χρόνον καθ' ὃν τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ἡμῖν ὁ μέγας τῆς δικαιοσύνης ἐπιφανήσεται Ἥλιος, εἰρηκώς· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μερῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν*. Προλέγει καὶ τούτου τὸ πάθος, τὸ πᾶσιν ἀπάθειαν πρυτανεῦσαν, καὶ τὸν ἀθανασίας πρόξενον θάνατον καταλύσαντα θάνατον· *Ἀναπεσὼν*, φησὶν, *ὡς λέων ἐκοιμήθη, τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Καὶ πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ*. Εἶτα τὸ τῆς ἀναστάσεως χαριέστατον· *Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὑπὲρ οἶνον, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ μᾶλλον ἢ γάλα*. Καὶ πάλιν τὸ τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ ἐνεργέστατον· *Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ*, τῷ τῶν ἀποστόλων κηρύγματι τὰ ἔθνη παρασκευάζων ἀκολουθεῖν, *καὶ τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου τὴν ὄνον αὐτοῦ*. Οὐ γάρτοι μόνοις τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις οἱ θεῖοι μυσταγωγοὶ, καὶ τούτοις γε πρώτοις, τὸ σωτήριον διεπόρθμευσαν κήρυγμα.

VI. Quomodo adversus sacerdotale simul ac regale genus insurgere non penitus reformidas? Nunquid enim cum bene vobis patriarcha (Jacob) diceret, aut cum ea, quæ vobis eventura erant, prænuntiaret? nunquid, inquam, prædixit fore, ut te fratres tui laudarent, seu tibi universos hostes subjectum iri vaticinatus est? Judæ [7] hos honores attribuit; tua contra facinora amare redarguit, tuamque tribum
B inferiorem aliis futuram declaravit [8]. Ex illo autem (Juda) absconditum quoque mysterium, *exspectationem gentium* [9], nempe Christum Jesum Dominum nostrum, novissimis diebus proditum esse prædixit. Neque vero id solum, sed et tempus ipsum, quo nobis sedentibus in tenebris et in umbra mortis, Sol justitiæ oriturus esset [10], his verbis prænuntiavit: *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat, cui repositum est, et ipse est exspectatio gentium* [11]. Prænuntiat etiam hujus passionem, quæ impassibilitatem omnibus suppeditavit, et mortem quæ mortem destruxit, atque immortalitatem conciliavit: *Recumbens*, inquit, *ut leo dormiit; quis suscitabit eum* [12]? *Et lavabit in vino*
C *stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum* [13]. Deinde et jucundissimam resurrectionis gratiam (vaticinatur inquiens): *Læti sunt oculi ejus præ vino, et dentes illius lacte candidiores* [14]. Et rursus efficacissimam prædicationis ejus virtutem, dicens: *Alligans ad vitem pullum suum* [15], præparans nempe gentes ad apostolorum prædicationem animo morigero excipiendam, *et ad helicem vitis asinam suam* [16]: quoniam non tantum gentibus, sed Judæis quoque, imo et ipsis prius, divini illi mysteriorum dispensatores salutare prædicationis verbum proposuerunt.

Ζʹ. Τί οὖν ἡ θεοχαρίτωτος καὶ ἁγία ἐκείνη δυὰς, Ἄννα, φημὶ, καὶ Ἰωακεὶμ, ἀντιτιθέασι ταῖς ἀγερωχίαις τοῦ ἀδικοῦντος τὰς ἰδίας εὐλόγους αἰτίας, καὶ συνιστάναι ἑαυτοὺς κρεῖττον ἐκείνου σπουδάζουσι, πολλὰ τὰ εἰς τοῦτο συντείνοντα ἔχοντες εὔλογα; Μηδαμῶς· ἀλλὰ δριμείαις μὲν καὶ πικροτάταις τὴν καρδίαν ὀδύναις κατατιτρώσκονται, οὐ τοσοῦτον διὰ τὸν ἔλεγχον, ὅσον διὰ τὸ ἀπρόσδεκτα μεῖναι τὰ δῶρα, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀποσόβησιν· ἡσυχῇ δ' ὅμως καὶ πραέως στένοντες καὶ δακρύοντες ὑποστρέφουσιν οἴκαδε· ἤδη γὰρ αὐτοῖς τὸ τοῦ κατὰ σάρκα ἀπογόνου Χριστοῦ κατηύγαζε θέλημα· *Ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων, οὐκ ἠπείλει·* οὗ καὶ διὰ Ἡσαΐου βοῶντος πρότερον ἤκουον· *Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω,*

VII. Quid igitur? Num Deo accepti et sancti conjuges, Anna inquam et Joachim, arrogantiæ calumniatoris sui propriam opponunt eamque optimam causam? num tueri sese et commendare ni-
D tuntur, cum potiori id jure præ illo possent, multa scilicet, quæ huc spectarent, præclara ad manum habentes? Nullatenus; sed acerbis sane amarisque doloribus in corde suo excruciantur, non tam ob illatum sibi probrum, quam quod oblata dona non fuissent suscepta, atque adeo etiam a Deo, prout videri poterat, rejicerentur. Tranquillo nihilominus mansuetoque gemitu ac fletu sese continentes domum revertuntur. Jam enim eorum mentibus illucescebat voluntas Christi ipsorum secundum carnem nepotis, *Qui cum malediceretur, non maledicebat;*

[6*] Gen. XLIX, 4. [7] Ibid. 8: *Juda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum.* [8] Ibid. 4: *Effusus es sicut aqua; non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* [9] Ibid. 10. [10] Isa. IX, 2; Matth. IV, 16. [11] Gen. XLIX, 10. [12] Ibid. 9. [13] Ibid. 11. [14] Ibid. 12. [15] Ibid. 11. [16] Ibid.

cum pateretur, non comminabatur [17]? quem et antea per Isaiam clamantem audiverant: *Ad quem respiciam, nisi ad mansuetum, et tranquillum, et trementem sermones meos* [18]?

A *ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους μου;*

VIII. Cum vero domum reversi essent, ad Deum semet totos convertunt, ac reliquis omnibus votis posthabitis hoc unum ac solùm ab eo efflagitant, ut sibi prolem largiatur, in memoriam ipsi revocantes, quanta ab initio mirabilia fecerit; quod sterilitate sublata liberorum patres effecerit; quot omni spe gignendi prolem prorsus destitutos, propterea quod ad extremam devenissent senectutem, ipse exhibuerit, ut sic ex molesta quadam ac tristi conditione ad vitam lætitia plenam ac suavitate jucundissimam transferret.

Η'. Ἐπειδὴ ὑπέστρεψαν, ὅλους πρὸς Θεὸν ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσιν· καὶ πάντα λιπόντες, ἓν τοῦτο καὶ μόνον αἰτοῦσι, παῖδα αὐτοῖς χαρίσασθαι, ὑπομιμνήσκοντος αὐτὸν ὅσα παραδόξως πεποίηκεν ἐξ ἀρχῆς, ὅσων τὴν στείρωσιν λύσας, παίδων πατέρας ὀφθῆναι πεποίηκεν· ὅσους ἀπογνωσθέντας διὰ τὸ εἰς ἔσχατον γῆρας ἐληλακέναι, παρ' ἐλπίδας τεκνογονίας παρέσχετο· ὅπως ἐξ ὀδυνηρᾶς τινος καὶ κατηφοῦς διαθέσεως πρὸς εὐφροσύνης μετήγαγε βίον καὶ θυμηδίας ἀνάπλεων.

IX. Hunc in modum noctu diuque enixis ad Deum, qui justorum vota non despicit, precibus una cum jejuniis atque omni bono opere, incessanter insistunt; atque adjiciunt, si voti compotes fiant, Deo tribuenti se dono, quidquid accepissent, oblaturos. Exaudivit Deus, qui preces ratas habens *voluntatem timentium se facit* [19], et *prope est invocantibus illum in veritate* [20]. Et sane eos non genitores utcumque, sed genitoribus omnibus præstantiores efficit. Quanto enim reliquis omnibus liberis hæc ipsorum filia superexcelluit, tanto illi quibusvis genitoribus præcellentiores probantur. Et re quidem vera cum morti et corruptioni propter peccatum subacti, indigeremus, ut Deus carnem nostram assumeret; oporteret autem, ut quæ tam admirandi operis administra foret, quippe quæ (proh mirum!) Dei mater futura erat, universos homines puritate antecelleret; necesse profecto erat, ut parentes quoque ejusdem Deiparæ, utpote Dei, quæ ex illa nasciturus erat progenitores, aliis parentibus supereminerent. Neque enim res ferebat, ut aut alterius quam hujus illi parentes essent, aut aliorum quam istorum hæc filia nominaretur.

B Θ'. Οὕτω νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τῷ τῆς δεήσεως τῶν δικαίων Θεῷ εἰσακούοντι ἀδιαλείπτως μετὰ νηστειῶν καὶ πάσης εὐποιίας, ταῖς ἀνενδότοις σχολάζουσι προσευχαῖς· καὶ προστιθέασιν, ὡς εἰ τοῦ αἰτουμένου τύχοιεν, προσάξωσι δῶρον τῷ δεδωκότι Θεῷ. Εἰσήκουσεν ὁ *θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν*, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων Θεὸς, *ὁ τοῖς ἐν ἀληθείᾳ ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐγγίζων*. Καὶ δὴ οὐχ ἁπλῶς γονεῖς, ἀλλ' ἁπάντων ὑπερέχοντας δείκνυσιν· ὅσῳ γὰρ τῶν ἄλλων παίδων ἡ τούτων ἀσυγκρίτως ὑπερανέστηκεν, τοσούτῳ τῶν γεννητόρων ἁπάντων οὗτοι γνωρίζονται προὔχοντες. Ἐπεὶ γὰρ ἐδεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου, διὰ τὴν ἁμαρτίαν θανάτῳ κατακριθέντες καὶ τῇ φθορᾷ, ἔδει δὲ τὴν τὸ C τοιοῦτον μεγαλεῖον διακονήσασαν κρείττονα πάντων ἀνθρώπων ὑπάρχειν εἰς καθαρότητα, ὡς γενησομένην, ὢ τοῦ θαύματος! Μητέρα Θεοῦ· ἔδει πάντως καὶ τοὺς ταύτης γεννήτορας Θεοτόκου, ὡς τῶν ἄλλων εἶναι κρείττονας, Θεοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς τεχθησομένου προπάτορας. Οὐ γὰρ ἄλλου ἐξῆν ἢ ταύτης εἶναι πατέρας ἐκείνους, οὐδὲ ταύτην ἄλλων θυγατέρα ἢ ἐκείνων ὀνομασθῆναι.

X. Hodie propterea universæ creaturæ gaudio gestiunt, et natura nostra laudis et gratiarum actionis voces ad Deum attollit, inquiens: Gratias tibi ago, Domine, quod me, quæ sterilis eram ac gignendi impos, ad sobolem procreandam excitasti: quod spinas, quibus germinandis damnata fueram, avellere a me cœpisti, et ad plantarum culturam per divinam Annam et Joachim me aptam effecisti. Gratias ago tibi, qui me castigasti, atque iterum hodie suscipis. Quid retribuam tibi, qui me ad pariendum in doloribus propter prævaricationem juste damnasti; ac deinde per hunc partum iterum fausta gaudii nuntia (mihi) præbes? Nunc in Annæ utero ex edita rosa, Maria, inquam, meum, qui est ex corruptione, fœtorem e medio tollit, suumque ipsa odorem tribuens, divinæ exsultationis participem me efficit. Per mulierem hucusque ipsa infelix, per mulierem modo beata effecta sum. Impleri enim cœpisse jam video, quæ de te per prophetas tuos prænuntiata sunt, perfectumque eorum exitum jamjam me visuram comperio.

Ι'. Διὰ τοῦτο χαρᾶς τὰ σύμπαντα γέγηθε σήμερον, καὶ ἡ φύσις ἡμῶν χαριστηρίους προσφέρει φωνὰς τῷ Θεῷ· Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα, λέγουσα, ὅτι με στεῖραν οὖσαν καὶ ἄγονον πρὸς τεκνογονίαν διήγειρας· ὅτι μου τὰς τῆς κατακρίσεως ἀκάνθας καθαίρειν ἀπήρξω, καὶ πρὸς φυτουργίαν διὰ τῆς θείας Ἄννης καὶ τοῦ Ἰωακεὶμ καθωμάλισας. Εὐχαριστῶ σοι τῷ D παιδεύσαντι καὶ πάλιν προσλαμβανομένῳ σήμερον. Τί ἀνταποδώσω σοι τῷ ἐν λύπαις με τίκτειν διὰ τὴν παράβασιν κατακρίναντι, καὶ πάλιν με διὰ τοκετοῦ χαρᾶς εὐαγγελιζομένῳ μηνύματα; Νῦν ἐξ ἐμοῦ ῥόδον προφανὲν ἡ Μαριὰμ, ἐν νηδύϊ τῆς Ἄννης, τὴν ἐκ φθορᾶς μου δυσωδίαν ἐκ μέσου ποιεῖ, καὶ τὴν ἑαυτῆς εὐωδίαν διδοῦσα, θείας ἀγαλλιάσεως μεταδίδωσι· διὰ γυναικὸς μέχρι τοῦ νῦν ἀθλία ἐγώ· διὰ γυναικὸς ἄρτι μακαρία γεγένημαι. Ὁρῶ γὰρ τὰ διὰ τῶν σῶν περὶ σοῦ προφητῶν προλελεγμένα τελεῖσθαι ἀρχόμενα, καὶ τὸ τέλος τούτων ὅσον οὔπω κατιδεῖν ἀπεκδέχομαι.

[17] I Petr. II, 23. [18] Isa. LXVI, 2. [19] Psalm. CXLIV, 19. [20] Ibid. 18.

ΙΑ. Νῦν ἡ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν Παρθένος ἕξουσά σε τὸν Ἐμμανουὴλ καὶ τέξουσα, τῆς γῆς στείρας νηδύϊ φυτεύεται· καὶ ἡ κούφη νεφέλη συνίσταται καὶ ἡ ῥάβδος ῥιζοῦται, ἐφ' ᾗ στηριχθήσομαι. Νῦν ἡ κατὰ ἀνατολὰς κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ βλέπουσα πύλη, καὶ σοὶ μόνῳ τηρουμένη πρὸς εἴσοδον, κατασκευάζεται· ἄρτι τὸ κατὰ τὸν Δανιὴλ ὄρος αὐξάνεται, ἐξ οὗ σὺ ὁ ἀλάξευτος λίθος τμηθεὶς, πάσας τὰς ἀντιπάλους σοι βασιλείας ἐκ μέσου ποιήσας, τὴν σὴν αἰώνιον δήλην ἀπεργάσειας ἅπασιν. Σήμερον τὸ ὄρος, ὃ *εὐδοκήσεις κατὰ τὸν Δαβὶδ κατοικεῖν*, ἐν γαστρὶ τῆς Ἄννης ἐπαίρεται, καὶ τὴν Δαβιδικὴν φυλὴν αὐξανομένην προδείκνυσιν ἅπασιν· σήμερον κατὰ τὸν μέγαν πατριάρχην πρὸς οὐρανὸν ἀπὸ γῆς ἡ κλίμαξ στηρίζεται, δι' ἧς ἑνωθήσῃ μοι καταβὰς, καὶ πρὸς τὸν πατρικόν με θρόνον ἀναβιβάσεις τὴν ἔκπτωτον.

XI. Nunc Virgo illa, quæ secundum Isaiæ oraculum te Emmanuel in utero habebit et pariet [21], in terræ sterilis (Annæ) sinu plantatur, et levis nubes [22] formatur, et radices agit virga [23] cui innitar. Nunc exstruitur porta illa quæ secundum Ezechielis oraculum ad orientem respicit [24], et cujus tibi uni servatur ingressus. Nunc exsurgit mons ille a Daniele prævisus [25], e quo delapsus, tu non excisus lapis, universis tibi repugnantibus regnis e medio sublatis, æternum regnum tuum omnibus manifestum exstrues. Hodie mons ille, *in quo*, juxta Davidis vaticinium, tibi *beneplacitum erit inhabitare* [26], in Annæ utero attollitur, ac Davidicæ tribus nomen usque præclarius apud omnes efficit. Hodie secundum magnum illum patriarcham Jacob e terra ad cœlos scala firmatur [27], per quam descendens mihi unieris et me lapsam ad paternum thronum provehes.

ΙΒ'. Χαίρετε, μετ' ἐμοῦ σήμερον, καὶ τῆς Ἄννης τῆς στείρας καὶ τοῦ μεγάλου Ἰωακεὶμ οἱ προπάτορες· ἡ ὑμῶν ἀνάκλησις ἤδη ἤγγικεν· ἡ ὑμῶν λύτρωσις πραγματεύεται· ἡ ὑμᾶς διὰ τοῦ ἑαυτῆς τοκετοῦ τῆς μακρᾶς καταδίκης ἐξάξουσα κτίζεται. Χαίρετε, ἅπαντες δίκαιοι· χαίρετε, πατριάρχαι καὶ προφῆται ἅπαντες· τὸ τοῦ γένους ἄνθος ἀνέτειλεν, τῶν ὑμετέρων προῤῥήσεων ἡ ἔκβασις ἤγγικεν· αἱ τῶν ἐπαγγελιῶν προθεσμίαι πεπλήρωνται· αἱ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ὑμῖν ἐκ Θεοῦ λαληθεῖσαι ὑποσχέσεις πρὸς τὸ πέρας κατήντησαν· οὐκ ἔτι ἐν ἐλπίσι τὰ προσδεχόμενα, αὐταῖς ταῖς ὄψεσιν ὡς ὁρώμενα. Νῦν χαίρει καὶ ἡ οὐράνιος τῶν ἁγίων ἀγγέλων πληθύς· εἰσὶ γὰρ λίαν φιλάνθρωποι τὸν ἴδιον Δεσπότην μιμούμενοι. *Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαίρουσι*, πῶς τῆς πάντων ἡμῶν ἀνακλήσεως οὐ χαρήσουσι τὰ προοίμια βλέποντες; πῶς τὸ καθαρώτατον τοῦ Δεσπότου καὶ Παμβασιλέως Χριστοῦ βλέποντες ἀνάκτορον, οὐχ ἀγαλλιάσονται κατασκευαζόμενον; πῶς τὸν φραγμὸν ὁρῶντες λυόμενον καὶ εἰς ἓν τὰ διεστῶτα συνερχόμενα, καὶ μίαν ποίμνην ἅπαντας γινομένους Χριστοῦ, οὐχ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν πληρωθήσονται;

XII. Congaudete nunc mecum, vos quoque, o sterilis Annæ et magni Joachim progenitores. Appropinquavit jam restauratio vestra: redemptio vestra jam ad opus deducitur: jam creatur ea, quæ partu suo a diuturna vos damnatione eripiet. Gaudete, justi omnes: gaudete, universi patriarchæ ac prophetæ: generis nostri flos ortus est: prope est vestrarum prædictionum exitus: præstituta promissionum tempora jam impleta sunt: quæ multifariam multisque modis Dei voce nobis promissa sunt, ad exitum suum jam adventarunt. Haud amplius mera spe continentur, quæ exspectabantur; sed oculis ipsis jam prope subjiciuntur. Lætatur nunc et cœlestis sanctorum angelorum multitudo, quippe qui Dominum suum imitantes, humanum genus impense diligunt. Sane si *gaudent super uno peccatore pœnitentiam agente* [28], quomodo non gaudebunt, restaurationis omnium nostrum initia intuentes? Quomodo non exsultabunt, purissimum Domini ac Regis omnium Christi palatium parari videntes? Quomodo jam disruptam cernentes sepem, atque adeo in unum coire quæ dissita erant, et universos in unum Christi gregem convenire, lætitia et gaudio supra quam dici cogitarique possit non replebuntur?

ΙΓ'. Χαίρετε, καὶ αὐτὴ ἡ συζυγία ἡ πανθαύμαστος, ἡ πᾶσι σήμερον τὴν χαρὰν προξενήσασα. Χαίροις, Ἄννα, χάρις ἡ ἔνθεος· χαίροις, ἡ στεῖρα, ἡ πάντως τὸ γένος τῇ εὐπαιδίᾳ νικήσασα· χαίροις, ἡ ἄνικμος γῆ, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ παράδεισον καταρδεύσασα· χαίροις, ἡ ἄπαις διὰ τὴν στείρωσιν καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα βλαστήσασα· χαίροις, ἡ συλλαβοῦσα ἐν γαστρὶ τὴν συλλήψεσθαι μέλλουσαν τὸν κατέχοντα τὸ πᾶν τῇ δρακί· χαῖρε, τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς πλατυτέραν ἐν γαστρί σου χωρήσασα· χαῖρε, πασῶν ὑπερανεστηκυῖα μητέρων, ἄτερ τῆς σῆς θυγατρός· παρὰ ταύτης γὰρ μόνης τὰ πρῶτα φέρειν κεκώλυσαι· χαῖρε, τὴν ὄντως χαρὰν τῷ ἡμετέρῳ γένει γεννήσασα· χαίροις, ἡ ἐν νόμῳ καλῶς τῷ Θεῷ λειτουρ-

XIII. Gaudete et vos, conjuges plane admirandi, qui universis hodierna die gaudii auctores exstitistis. Gaude tu, Anna, cujus nomen cœlestem præfert gratiam: gaude, o sterilis, quæ universum genus fecunditate longe vicisti. Gaude, arida tellus, at quæ ipsum Dei paradisum irrigasti. Gaude, quæ, filiorum expers ob sterilitatem cum esses, nunc tandem Dei matrem progerminasti. Gaude, quæ in utero eam concepisti, quæ hoc universum pugillo continentem conceptura erat. Gaude, quæ (filiam) cœlo ac terra ampliorem utero tuo continuisti. Gaude, quæ matribus omnibus superemines præter filiam tuam; hæc enim una prohibet, ne prorsus inter omnes principem locum teneas. Gaude, quæ

[21] Isa. VII, 14. [22] Isa. XIX, 1. Deiparæ symbolum SS. Patres viderunt in nube illa, de qua Isaias: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum.* [23] Is. XI, 1. [24] Ezech. XLIV, 1, 2. [25] Dan. II, 34. [26] Psal. LXVII, 7. [27] Gen. XXVIII, 12. [28] Luc. XV, 10.

genereri nostro verum genuisti gaudium. Salve, quæ in lege rite Deo servivisti, et ipsa uti a gratia nomen habens, sic vicissim gratiam nobis induxisti. Salve, o Mater Matris Domini, et Christi avia, et omnium matrum ornamentum. Salve, quæ senectutis pondus et sterilitatis mœrorem exuisti, novamque stolam divinitus contextam per tuum partum induisti.

XIV. Tu quoque salve, o Joachim, justorum omnium gloriatio, et patrum singulare decus. Salve, o Genitor Genitricis Dei, et Dei ipsius avus augustissimus. Salve, qui dignus effectus es, ut eam ulnis tuis complectereris, quæ incomprehensibilem, Deum quippe, ulnis suis comprehendit. Salve, qui per filiam tuam ad æqualem cum angelis honorem evectus es. Salve, qui patres omnes terrenos antecellis. Salve, qui diuturnis ad Deum precibus sobolem consecutus es, quæ uno excepto ejus Filio ac Deo sobolem omnem... superexcelluit. Salve, qui et secundum legem justissimus, et per gratiam, utpote hujus primitias consecutus per filiam tuam, sanctissimus fuisti.

Vos magno Abraham et Sara tanto præstantiores in generando fuistis, quanto germen vestrum præ Isaaco præcellentiorem honorem promeruit. Vos Rebecca ejusque conjuge nedum prolis præstantia sed et cæteris omnibus incomparabiliter eminentiores; neque enim, ut modo illum (Esau) improbitate famosum prætercam silentio, cum Dei Matre eorum filius (Jacob) in comparationem venire potest. Vos et Jacobum multa sobole ex Lia et Rachele auctum, quantum nec fari licet, excessistis. Longe sublimiores fuistis Phenenna et Elcana, ac vestris ipsis cognatis Zacharia et Elisabeth, utpote qui in lucem protulistis eam, quæ Dominum universorum peperit.

XV. At vos, o Dei Genitricis parentes Deique progenitores sanctissimi, o dulcissimum naturæ nostræ solatium, o legis et gratiæ primitiæ sacratissimæ et augustæ, nobis omnibus pacificum rerum statum largimini! Frenum gentium ferociæ imponite; earumque erectam in altum cervicem inclinate; elatum earum deprimite supercilium, quemque contra nos acuunt, gladium retundite. Deprecamini Christum, ut *levet manus in superbias eorum* [29], neque patiamini, ut nefaria eorum ac sanguinolenta manu tanquam fenum vastemur. Neque irruat rabie furens barbarus, clypeos, ensemque et arcus atque hastas contra nos intendens; nec ultra *supergaudeant nobis inimici nostri* [30]. Intuemini, quam multos, qualesque jaculis misere illi confoderint. Intuemini, quomodo innumerabilium sanguine effuso, insepultos eos pabulum bestiis terræ et cœli volucribus reliquerint, ac soli, et stellis, et hiemi, et æstati projecerint, iisque, qui reliqui sunt homines, miserum effusisque plorandum lacrymis spectaculum paraverint.

[29] Psal. LXXIII, 3. [30] Psal. XXXVII, 17.

A γήσασα, καὶ τὴν χάριν ὡς χάρις ἀντιπαρεισάξασα. Χαίροις, Μήτηρ τῆς τοῦ Δεσπότου Μητρὸς, καὶ προμήτωρ Χριστοῦ, καὶ μητέρων ἁπάντων τὸ σεμνολόγημα· χαίροις, ἡ τὸ γῆρας καὶ τῆς στειρώσεως ἄχθος ἀποθεμένη τῷ τόκῳ σου, καὶ νέαν ἐνδυσαμένη διὰ τοῦ τόκου σου στολὴν θεοΰφαντον.

ΙΔ. Χαίροις καὶ αὐτὸς Ἰωακεὶμ, ἁπάντων δικαίων ἐγκαλλώπισμα, καὶ πατέρων ἐξαίρετον σεμνολόγημα. Χαίροις, ὁ Πατὴρ τῆς Μητρὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ προπάτορ τούτου σεβασμιώτατε· χαίροις, ὁ καταξιωθεὶς κρατῆσαι χειρὶ τὴν κρατήσασαν τὸν ὡς Θεὸν
B μηδαμοῦ χωρητόν· χαίροις, ὁ πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμίαν ἀναβιβασθεὶς διὰ τῆς σῆς θυγατρός· χαίροις, ὁ πάντας ὑπερακοντίσας πατέρας τοὺς ἐπὶ γῆς· χαίροις, ὁ διὰ τῆς ἐμμόνου προσευχῆς πρὸς Θεὸν θυγατέρα πασῶν ἐξ αὐτοῦ καὶ Υἱῷ ὑπεραίρουσαν κληρωσάμενος, πλὴν καὶ μόνου τοῦ ταύτης Υἱοῦ καὶ Θεοῦ· χαίροις, ὁ ἐν νόμῳ δικαιότατος, καὶ ἐν τῇ χάριτι, ὡς καὶ τὰς ταύτης ἀρχὰς διὰ τῆς σῆς θυγατρὸς παρασχόμενος, ἁγιώτατος.

Ὑμεῖς τοῦ μεγάλου Ἀβραὰμ καὶ Σάῤῥας κατὰ τὴν γέννησιν κρείττονες, ὅσον τὸ ὑμέτερον γέννημα τοῦ Ἰσαὰκ τιμιώτερον· ὑμεῖς Ῥεβέκκας καὶ ταύτης συνεύνου κατὰ τὴν γέννησιν, καὶ τἄλλα ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενοι, ὅτι μηδὲ Μήτηρ Θεοῦ πρὸς τὸν ἐκείνων παῖδα συγκρίνεσθαι πέφυκεν· οὐ γὰρ ἐν τούτῳ τὸν
C ἐπὶ κακίᾳ κατατάξαιμι περιβόητον· ὑμεῖς Ἰακὼβ τὸν πολύπαιδα μετὰ Λίας καὶ Ῥαχὴλ, ὅσον οὐδ' εἰπεῖν ἔστιν, ὑπερηλάσατε· ὑπέρτεροι κατέστητε σφόδρα Φενάννας καὶ Ἐλκανᾶ, αὐτῶν τῶν ὑμῶν συγγενῶν Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, ὡς τὴν τὸν ἁπάντων Δεσπότην τετοκυῖαν γεννήσαντες.

ΙΕʹ. Ἀλλ', ὦ πατέρες τῆς Θεοτόκου καὶ Θεοῦ προπάτορες ἁγιώτατοι, ὦ τῆς ἡμετέρας φύσεως τὸ γλυκύτατον παρηγόρημα, ὦ νόμου καὶ χάριτος ἱερώτατα καὶ σεβάσμια ἀκροθίνια, νέμοιτε πᾶσιν ἡμῖν εἰρηναίαν κατάστασιν! Παύσατε τὸ φρύαγμα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν εἰς ὕψος τούτων αἰρόμενον καταβάλλετε τένοντα, καὶ τὴν ἐπηρμένην αὐτῶν ὀφρὺν κατασπάσατε, τὴν αὐτῶν καθ' ἡμῶν τεθηγμένην μάχαιραν
D ἀμβλύνατε· *Ἐπᾶραι Χριστὸν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν* ἱκετεύσατε, καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐάσητε ἡμᾶς λῄζεσθαι καθάπερ τινὰ χόρτον ὑπὸ τῆς ἀνοσίου καὶ μιαιφόνου αὐτῶν χειρός· μὴ λυσσῶν βάρβαρος ἐπέλθῃ καθ' ἡμῶν ἐπανατείνων ἀσπίδας καὶ μάχαιραν καὶ τόξα καὶ δόρατα· *Καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον ἡμῖν ἐπιχαρείησαν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν*. Ὁρᾶτε ὅσους καὶ οἵους ἐλεεινῶς κατηκόντισαν· ὁρᾶτε ὡς ἀριθμοῦ κρειττόνων ἐκχέαντες αἵματα, τοῖς θηρίοις τῆς γῆς καὶ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ θοίνην ἀτάφους κατέλιπον καὶ ἡλίῳ καὶ ἄστροις, καὶ χειμῶνι καὶ θέρει, καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἀνθρώποις ἐλεεινὸν καὶ πολλῶν δακρύων ἄξιον προσέθηκαν θέαμα.

Ἀλλὰ διεγέρθητε, σπεύσατε, κινήσατε πρὸς τὴν A πρεσβείαν τὴν ὑμῶν θυγατέρα, καὶ Μητέρα Θεοῦ· οὐ γὰρ παρόψεται γονέας καθικετεύοντας· ὁμοῦ δὲ πρὸς τὸν ταύτης Υἱὸν, καὶ Θεὸν, καὶ ὑμέτερον, τὸν κατὰ σάρκα, ἀπόγονον. Ἴσμεν γὰρ ὡς οὐδαμῶς Μητρὸς καὶ προπατόρων ἐκκρούσηται δέησιν· ἀλλ' εἰσακούσεται καὶ σώσει ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐπεμβαινόντων ἡμῖν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πικρῶς δυσμενῶν· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμετέρας ζωῆς, εὐσταθὲς καὶ εἰρηνικὸν καὶ ἀτάραχον διατηρήσει λείψανον· ὅτι Θεὸς αὐτὸς ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας ἐστὶν, καὶ αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

At exsurgite, festinate: filiam vestram ac Dei Matrem ad supplicandum pro nobis excitate (neque enim genitores deprecantes despiciet): atque una (intercedite) apud hujus Filium, ac Deum, vestrumque secundum carnem nepotem. Non enim, certo id scimus, Matris, avorumque preces repellet, sed exaudiet, nosque tuebitur ab hostibus visibilibus atque invisibilibus, qui nefario odio incensi acerbissime nobis insultant; quodque in posterum reliquum est vitæ nostræ, incolume, pacificum, et a perturbationis vacuum conservabit. Quoniam ipse misericordiæ et benignitatis Deus est, et ipsum decet gloria omnis, honor et adoratio, cum coæterno ejus Patre, et cum sanctissimo et bono et vivificante ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM IN ORATIONEM SEQUENTEM.

(Bolland. *Acta Sanctorum,* Januarii tom. II, p. 1125.)

Methone, clarissima Messeniorum in Peloponneso civitas, insignem sanctitate episcopum sæculo Christiano nono Athanasium habuit. Is Catanæ in Sicilia natus, insula a Saracenis, Michaele Balbo imperante, circiter annum Christi 827 occupata, in Peloponnesum cum parentibus adolescens profugit. De eo Octavius Cajetanus noster in Idea operis de SS. Siciliæ 29 Julii ita scribit: *Catanæ commemoratio sancti Athanasii Catanensis, Methones episcopi et confessoris.* Cajetanum sequitur Ferrarius, nec alio die ejus meminerunt. Agi Catanæ illius natalem pridie Kalend. Februarii significavit nobis Franciscus Blanditius noster; qui et illius Vitam a Petro Siculo Argivorum episcopo scriptam, e mss. codicibus magni monasterii Sancti Salvatoris ordinis Sancti Basilii Messanæ, Latine a se versam, nobis transmisit: monuitque hunc illum videri Petrum Siculum esse, qui anno 2 Basilii Macedonis, Christi 868, Tibricam Armeniæ civitatem pro captivorum permutatione legatus, novemque isthic menses moratus, scripsit de Manichæorum, quos isthic didicit, erroribus librum, qui a Matthæo Radero nostro Latine versus, exstat t. IX *Bibliothecæ PP.* Meminit hujus Petri Baronius ad an. 870, num. 62. Hanc Vitam in capita, more nostro, distribuimus.

PETRI SICULI, ARGORUM EPISCOPI,

ORATIO FUNEBRIS IN S. ATHANASIUM, METHONES EPISCOPUM.

Interpretè Francisco Blanditio Societatis Jesu.

Cap. I. — *Exordium et Propositio.*

1. Qui heroicarum virtutum splendore vitam illustrarunt suam, seseque ab omni fæculenta, humique repente vitiositate secreverunt, atque ad divinum cœlesteque illud fastigium sustulerunt, congruum est beatos judicare, laudumque præconiis commendare; si quid aliud eorum inferioris ordinis, quæ vulgo bona existimantur: quæ cum facillimum B ad utramque partem habeant momentum, commutantur secundum utentium propensionem, eosque ad sui delectationem traducunt. Sic enim incrementum capiet virtus eorum, qui eam sectantur, quos admiratio consequitur: atque ejus luminum splendores disseminati per auditorum aures cum fausta acclamatione, ad eamdem virtutem capessendam diligentes ac vigiles animos exstimulant:

vitium autem exsulabit, atque omnino despectum A odio habebitur, si cum virtute conferatur; de loco etiam, veluti nocturnæ tenebræ diurnis splendoribus, illi concedet. Hujusce rei gratia vel ipse Christus Dominus humanæ reparator naturæ, ac solertissimus moderator eos viros (ut liquido suadet Evangelium) in album refert beatorum. Quamobrem et eos, qui Christum ipsum imitari student, pro virili parte laudibus prosequi debemus, utpote digna talis capitis membra, dignasque tali prototypo imagines, quasique munusculum animo quamvis inopi offerre, atque orationem habere commendatitiam.

2. Sed hisce me de causis excitans vereor, ne mihi audaciæ inuratur nota, dum laudare gestio B Athanasium, qui cognominem habuit immortalitatem (1). Tamen cum tantus ac talis sit, ejusdem bona tacere, atque utilitatem, quæ ab eo capi posset, haudquaquam decet compressis labris occultare, ne illi persimilis appaream, qui creditum sibi talentum per vanos timores celatum humo male commendavit. Atque alius quidem inter rhetores dicendi industria expolitus, qui nolit sese intra encomiorum fines continere, ex hisce laudibus, quas subjiciam, famosissimum hunc virum poterit pro dignitate celebrare. Quare de ejus luce vitæ, splendoreque natalium, de optima corporis constitutione, de florida puraque sermonum suavitate, et præ omnibus, sapientium more brevitatem affectans, de gradibus dignitatum, et his similibus commodis C eloqueretur: ut hisce enumeratis, quasi prius sparsis hujusmodi oblectamentis, sibi apud auditores benevolentiam conciliet. Nobis vero, qui, sicut pleraque alia vitæ ejus illustria, etiam hæc consulto præterimus, cum sola ac sincera veritas arrideat, cordique sint præclare facta, quæ orationi nostræ fidem faciant, quoquo modo hæc dabitur excusatio, cum probe noverimus nec illis ipsis, qui totius vitæ cursum dicendo, novaque semper audiendo exercuerunt, facile esse verbis assequi dignitatem ejus, qui nobis laudandus proponitur. Sed vero mihi contumaciæ crimen ac multam juxta metuenti, atque elationis humilitatem fugienti, quæ vel reipsa serpat, vel nutriri apud me existimetur, parcendum omnino si quid supra vires aggrediar: et- D enim non modo divites, sed egeni etiam jubemur dilargiri petentibus, quandoquidem vicissim non ingentium dignitatum ac munerum, sed promptæ voluntatis præmia a largitore Deo conferuntur. Quocirca ejus potentia fretus, qui ad primum oris hiatum facundiam subministrat, ad solidas illustris divinique viri laudes, qui me etiam invitat, oratione complectendas morem gerens accessi.

CAP. II. — *Sancti Athanasii ortus, exsilium, vita monastica.*

3. Patria igitur hujus, qui nunc mihi laudandus est, beati Patris Athanasii, prima quidem ac vera, illa est cœlestis, ubi una cum sanctis ab æternitate fuerat adscriptus, et a teneris unguiculis ab electione non excidit: altera vero patria, tantum a prima distans, quantum a veritatis luce caligo tenebrarum, vanaque simulacra rerum, Catana quidem urbs præclara in Sicilia excellens in primis. Igitur in præsenti si omnia eximia vellem recensere, situm, pulchritudinem, magnitudinem, aeris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feracium ac sterilium arborum silvas, frequentem virorum sapientia, prudentia, fortitudine, justitiaque illustrium multitudinem, ab incepto intempestive digrederer: quemadmodum longe celeberrimam Virginem Agatham martyrem (2), quæ ea in urbe et nata et educata, et cruciatibus affecta est propter Christum, quæque ut sacrosanctæ sui corporis reliquiæ ibidem conquiescerent gratum acceptumque habuit: quas quidem ignei torrentes ex superimpendente Ætna defluentes præter omnium exspectationem venerabundi sunt reveriti; quinimo (sicut priscis temporibus pium illud, Deoque gratum onus, id est, parentes senio confectos humeris filiorum, Amphinomi (3), inquam, et Anapiæ, grato animo ferentium impositos venerati) retro properare sunt jussi. De ipsa quoque Ætna ignem, et sulphureum fumum, ac nidorem eructante, piceasque flammas, et crassos nigrores de summis faucibus evomente, necnon et horrendos fragores, bombosque valde immoderatos promente (dabitur quippe his admirabile scrutinium) si orationem tenere velimus, ab instituto egredi videremur. Et quidem si is, qui nobis nunc laudatur Athanasius, alterius patriæ amoribus incensus mortalem hanc ut exsilium contempsit, ideoque beatum finem, ubi prima nobis domus, ac lætantium omnium habitatio, sortitus

(1) Idem infra repetit n. 6, Ἀθανασία, *immortalitas.*

(2) De S. Agathæ patria dissertatio est ad illius Acta 5 Febr

(3) « Amphinomus et Anapus patrem et matrem humeris per medios ignes Ætnæ portarunt, » inquit lib. V, cap. 4 Valerius Maximus. Strabo lib. VI, Ἀμφίνομον καὶ Ἀναπίαν *vocat.* De his Solinus, cap. 5: « Inter Catinam et Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diversæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapius fuit et Amphinomus: si quod malunt Syracusæ, Emantiam putabimus et Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto, in quam se cum Ætnæ incendia protulissent, juvenes duo sublatos parentes evexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas muneratа est, ut sepulcri locus nominaretur Campus piorum. » De his Seneca, lib. III, *De beneficiis*, cap. 37: « Vicere Siculi juvenes, cum Ætna majore vi peragitata, in urbes, in agros, in magnam insulæ partem, effudisset incendium, vexerunt parentes suos: decessisse creditum est ignes, et utrinque flamma recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent juvenes dignissimi qui magna tuto auderent. » Celebrant eos et alii, ac fere Anapim appellant, qui hic Anapias est.

est; qui fieri potest, ut quam despicere optimum factu censuit, ex eadem nunc deductis laudibus oblectetur?

4. Itaque ex hujus patriæ ruinis, atque occasu veluti quidam phosphorus exoriens, parentes suos æque religiosos ac Deo amicos inde a puero declaravit, cum ab iis filium Christo pie offerentibus, primumque fructum producentibus, optime per totius vitæ cursum fuerit Athanasius enutritus ad obsequium divinum. Quid autem refert singula eorum præclare facta recensere, cum ex fructu arborem admirari probe cognoscamus? Declararunt etenim celsum ac generosum animi sui robur vehementes obortæ contra eos tentationes, quasi procellosæ tempestates et grandines, sed minime illud labefactantes. Sicut enim fornax probat aurum; venti autem, et pluviæ, et grandines, et torrentes probant ædium fundamenta; ita inopinæ calamitates vel firmum ac munitum, vel imbecillum ac detritum animum detegunt: Ismaelitarum enim atque Agarenorum Barbara gens, per quam (sic nostris promerentibus peccatis) Sicilia insula devastata est, pœnas a nobis de prævaricationibus quasi carnifex exigens (siquidem Deo non ut patri obedivimus, neque facilem eidem vocanti cervicem inclinavimus) multas quidem diripuit civitates ac vastavit; earumque cives cum finitimis accolis, alios quidem amarissimo mortis genere, qua gladio, qua fame delevit, marique submersos suffocavit; hos autem gravissimis molestiis, ac vinculis damnavit; et alios procul a nutrice terra miserum in modum aufugere, et per exteras nationes coegit divagari.

5. Hisce tempestatibus Athanasii parentes una cum communi filio domesticis rebus valedicentes (neque enim poterant siccis oculis intueri hinc Christi ovile, gentem sanctam, et regale sacerdotium male habitum ab impiis, inde hos superbe despicientes, nostrasque calamitates deridentes, ut in injuriam rerum omnium conditoris Dei quas percusso fœdere exterminarent perfectum populum Christianum, utque nulla ejus memoria remaneret) in antiquam Peloponnesi Patrarum (4) urbem commigrarunt: ubi olim qui primus ad apostolatum vocatus fuerat Andreas (qui et Petrum germanum fratrem, et illius beatæ phalangis jam futurum principem advocavit ad Christum, qui se prius advocaverat) post longum evangelicæ prædicationis cursum, felicissimum vitæ finem actus in crucem consecutus est, ipsum quoque Dominum in morte, sicut etiam aliis in rebus omnibus, imitatus. Audiverant quippe Athanasii parentes divinum illud Abrahami patriarchæ oraculum, patriam terram, propriam domum, et cognationem sibi relinquentibus eo loci commigrandum. Quid vero in hisce? A aliquane hæsitatione, aut ingrati animi vitio fuerunt perculsi, aut adversus divina judicia murmurarunt quod non condigne, atque eorum totius anteactæ vitæ mores promerebantur, indigna paterentur? minime vero: imo vero etiam ex iis, quæ in nostra potestate non sunt, quod solum placere Deo arbitrabantur, illud unum sequebantur.

6. Eorum vero filius, qui ab immortalitate deduxit nomen, divini amoris incendio cor habens inflammatum, pene immemor ærumnarum, quibus obsidebatur, ad præclariora facinora aggrediebatur. Etenim firmus ac stabilis animus Athanasii, et ab omni perturbationum sorde expiatus non ad jam collectum, sed ad reliquum virtutum thesaurum oculos adjiciebat. B Illud etiam in seipso exsequi studebat, ut quæ retro essent ex magni Apostoli Pauli sensu oblivisceretur [1], et ad ea, quæ ante oculos essent sita, nunquam non aspiraret: atque identidem tametsi terreno adhuc pulvere involutus, ac terrena perlustrans, ad cœlum contendebat evolare. Monastico igitur jugo collum subjungit, quod cum a mundano strepitu, et intempestivis negotiorum vorticibus emancipat, tum suos candidatos in expeditam a rebus omnibus tranquillamque vitam, velut in portum undequaque tutum, adducere consuevit. Itaque rebus omnibus caducis, ipsis quoque parentibus valere jussis, ut remotis arbitris una cum Deo communicaret, cum eoque assidue versando divini particeps amoris fieret, illi operam dando contemplationi, quod Dominus ipse est Deus, inter primos C huic vitæ operam navantes plusquam secundas tulit, tametsi esset ætate adolescentulus. Etenim præter asceticas exercitationes, cum a mundanis negotiis abhorreret, simul cum iis, qui in desertis agebant, jucundissimam Deo operam dabat. Hoc enim laboriosum vitæ institutum, quasi jugum ferre a prima ætate, ac per solitudines vivere, mirum quantum exoptabat?

CAP. III. — *Monasterii præfectura.* — *Episcopatus.*

7. Diutius ergo ad vitæ genus callentem, atque luctam obeuntem non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, contraque spiritualia nequitiæ, conspiciens ille, qui inibi monachorum erat Antistes (fortiter enim ac strenue, D et ex monasticæ legis instituto in arenam descendebat, et ad supernæ vocationis bravium quam celerrimo cursu, meritoque assequendum festinabat), collegio monachorum præfecit Athanasium. Cui quamvis recusanti, ut ne qua ratione sollicitudo circa illos cogitationem ejus ex altissima contemplatione avocaret, præfecturam tamen detulit. Non enim æquum erat multo tempore stabilitam spectatamque probitatem consenescere otiosam et im-

[1] Philipp. III, 13.

(4) Patræ, Πάτραι, urbs celebris Achaiæ proprie dictæ in Peloponneso, ubi, ut hic dicitur, martyrium subiit S. Andreas apostolus.

munificam, cumque iis, quibus opus erat, haudquaquam communicari. Etenim qui divitiarum copiam caducarum restricta tenacitate apud se retinet, neque eam in egenos diffundit, fons item aquas haurire negans sitientibus, ipsa quoque tellus suis celans arcanis adytis thesauros, non perinde sunt vituperabiles, atque is qui apud sese spiritales divitias celat, neque aliis impertitur: siquidem non tam sibi quisque, quam aliis percepit charismata gratis a Deo collata. Ideoque Christus Dominus dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [2].

8. Ubi vero majores in Athanasio divitiarum cœlestium accessiones fieri perspexit, quæ compluribus locupletandis satis superque essent, ejusque splendorem idoneum ad illustrandos sibi adjungentes, post omnes honorum Ecclesiæ gradus rite citraque cujuspiam contentionem conscensos, eum ad summum archiepiscopalis dignitatis apicem sustollere decrevit, ut ex editiore veluti specula plurimos dirigendo, eis veritatis viam demonstraret, et per eam dispulsis tenebris, citraque offendiculum, veluti clara luce incedentes erudiret. Neque enim fas erat exiguis anguli angustiis magnam occultare facem, neque perenni ingentium fluminum inundatione pomariolum hortulumve exiguum irrigare. Quamobrem Methonensis Ecclesiæ cathedram ingressus (ea vero est clarissima Messeniorum civitas in Peloponneso) multis illam, ut diligentissimus agricola, Christianæ pietatis plantis consitam reddidit fecundiorem, atque adeo ad maturos jucundosque fructus procreandos perennibus suæ doctrinæ irrigationibus, nec non ad delicias, et amores rerum omnium Domino adornavit. Non enim turpi otio ac desidia languens, ut quis alius mercede conductus, assignatum sibi pensum explevit; sed ut bonus pastor Domini sui oves existimans quasi suas peculiares, vitam periculis exponere, cum res tempusque postularet, nihil sane verebatur. Quapropter in adversis casibus præcedebat reliquos, in periculosis propugnabat, et ægrotantibus medicus inveniebatur peritissimus, nudis item tegumentum, nutrimentum famelicis, mœstis consolatio, dolore exanimatis voluptas: atque, ut summatim complectar, spectandus erat pater orphanis, viduis patronus, nulloque habito delectu, omnibus omnia factus, ut plurimos Christo lucrifaceret. Quis autem commemoret nocturnas ac longas pervigilationes propter eos? assiduos labores ac sollicitudines, ne qua de suis ovibus ferarum præda interiret, neu qua (evangelicæ prædicationis tuba non canente) diabolico transfigeretur telo, atque abs se tandem, cujus fidei gregem crediderat, jugulatarum ovium sanguinis rationem repeteret Deus? Neque noster Athanasius aliquis ex iis censendus erat qui pinguia mactarent, fortiora divenderent, vellera induerent

A ut sanctus propheta loquitur [3]), quique dicerent, *Benedictus sit Dominus, divites facti sumus;* sed vere ex iis, qui infirmos corroborarent, excitarent prostratos, debiles ac mancos colligarent, et ad currendum exstimularent, animumque et vires sufficerent.

9. Agebat vero is dignitatem episcopalem non animi gratia, sed majorum causa certaminum ac laborum, quam superiore vita exantlaverat, sicut multo plures in fidem suam administrationemque susceperat: ideoque non verbis solis eos, quibus opus erat, erudiebat, sed exemplo multo magis ad ea quæ fuerat cohortatus trahebat. Et quidem illustrium virtutum partes ita recte egit, itaque subsequentibus eas reliquis usus est, ut nullo modo præ

B exsuperantia vel defectu contra illas pugnantibus, de regia rectaque illarum via deflectere, vel præfixos terminos unquam transilire visus sit. Et primo quidem menti, ubi vis consilii inest, eos addidit prudentiæ nervos, ut omnes illius motus in Deum evehere exoptaret. Eam deinde animi partem, quæ voluptate capitur, temperantiæ frenis moderatam, facili negotio ut a terrenis ad cœlestia subvolaret condocefecit: atque illuc omne suum desiderium ita traduxit, ut quasi ad res caducas, earumque amorem, qui ab imperitis innatus censetur, non natus esse, sed potius hac ex parte mortuus Athanasius videretur. Robore quoque animi eatenus iracundiam edomuit, quoad dimicaret contra serpentis astutiam, unde ad nos mortis venenum per-

C vasit; quoad etiam adversus malas perturbationum appetitiones, easque suggerentes cacodæmonas audacter castrametaretur, strenueque manus consereret. Tum si quid modum excederet, atque in vitæ partibus adulterinum censeretur, per justitiam resecuit, æquabilemque distributionem dividens omnibus, corpori, inquam, et animo opportuna tempestive subministrabat. Servabat vero ita firmum librile inter illud justitiæ lances interpositum jugum, ut ne tantillum quidem nutaret: atque ideo justum omnibus sententiæ suæ tulit suffragium, violentique commercii fraudes dissolvit. Itaque cadentibus fuit levatio, stantibus fulcimentum, uberrima omnibus ærumnosis liberalitas, corpore vel animo claudicantibus idem pes fuit et sustentacu-

D lum. Hominibus de via, secundum divinum Jobum [4], suæ domus fores patebant omnibus: nudorum humeros vestimenta ab Athanasio distributa ad vitam tutandam, mirum quantum fovebant.

CAP. IV. — *Efficaces ad suos exhortationes.*

10. Quas ob res a Deo tandem sortitus est gloriam sempiternam, communi omnium testimonio jam comprobatus unus inter omnes sine cujuspiam querimonia justus et verax. Atque eos qui superbam cervicem in altum efferrent, suavique Christi jugo nollent subjugare, magna cum prudentia con-

[2] Matth. v, 16. [3] Ezech. xxxiv, 1 seqq. [4] Job. xxxi, 32.

vincebat, qua exemplis, qua adhortationibus, qua etiam idoneis objurgationibus, nunc terrifica oratione delineans horribilis judicii tribunal, severissimam in throno sedentis Judicis æquitatem, acerbissimas pœnarum dissolutiones ab omnibus pro suis cujusque meritis exigentem : ipsas quoque angelicas mentes torvis ardentibusque oculis despicientes, neque miserantes vicem hominum æternis ignibus mancipatorum, eo quia tempus non pœnitentiæ, sed remunerationis advenisset. His igitur alloquiis complures ad bonam frugem correxit, in suaque coegit retia, itaque ad mensam Christi, cui in pretio ac deliciis est salus hominum, veluti opiparum obsonium transmisit. Sic igitur attributum sibi talentum multo pluribus adaugens Athanasius, vir jam spectatæ fidelitatis, multarum urbium obtinuit principatum : sic in Domini sui gaudium est ingressus [5], cum sese suæque curæ commissos filios intaminatos atque innocuos exhibuisset.

11. Eapropter gloriosos honores a Deo est consecutus, omnesque suppeditatam sibi bonorum affluentiam concelebrant mortales, insolitos utilitatis fructus ex una ejus memoria decerpentes. Sicut enim cogitatio et collocutio rerum sua natura vetitarum auditoribus pariter, pariterque colloquentibus, nec non etiam cogitantibus identidem nocuit ; sic e contrario bonarum rerum commemoratio non mediocres conciliavit utilitates. Itaque docens, et faciens (ut divinum inquit oraculum [6]), fecit omnes docibiles Dei, atque perspicaces ad discernendum bonum a malo, honestum a turpi. Non quemadmodum Zamolxes et Anacharsis olim, quorum quamvis barbarorum sapientiam Græci admirantes suspexerunt: neque etiam ut apud Spartiatas legumlator Lycurgus, Mnesion apud Argivos, apud Pylios Nestor, cujus sermonem melle dulciorem edixit Homerus ; non demum uti legum sanctores Solon et Clisthenes apud Athenienses : qui sane omnes non modo finitimis Græciæ populis ut suas reciperent leges, earumque præscripto viverent, non suaserunt ; sed ne illis quidem, apud quos leges tulerant, ut ad finem usque retinerent. Nunc etenim, cum easdem illorum leges velleribus coronarint, aut unguento velut hirundines perlinierint, nequaquam eas audire patiuntur. Sed vero Christi Domini, ejusque perpessionum leges suo ferens gregi, effusa admodum cum lætitia complecti, et illæsas ad finem usque vitæ custodire persuasit noster Athanasius. Vir enim vero beatus, quippe qui non rudem, et Deo servire aggredientium, sed perfectum ibi comparaverat divinum timorem : etenim vehementi Christum amore prosequebatur. Cujus propria rei nota, nobisque fide dignum esto argumentum, diligentissima in proprios greges vigilantia ac providentia, quam unam præ multis virtutum formis, Petrum interrogans Christus Dominus, in eo præoptavit [7], eamque aggrediendam præ reliquis discipulo sui amantissimo, jamjam Christianæ rei imperium capessenti, proposuit.

12. Operam etiam dabat Athanasius secundum Prophetæ oraculum [8], ut in divinis præceptis non quod esset satis, sed vere nimium ac summum concupisceret : ideoque in cœlestium mandatorum terra permansit semen ejus, sive id exstiterit sermo præceptoris in auditorum atque intuentium cordis agro per admirabilia opera disseminatus ; sive etiam ii, qui ab eo quasi concepti, in lucem editi, atque educati genuinos seminantis se filios reipsa comprobarent. Omnino gloria, maximæque divitiæ in domo ejus, in Ecclesia, inquam, cum ejus item justitia in æternum perseveret : non vacuus, inquam, gloriolæ inanis tumor, et quasi inflata aquarum bulla, quæ ocissime evanescit : neque etiam illæ divitiæ, quæ in cœleste regnum contendentibus reluctantur, quæ suis amatoribus sexcentas calamitates conciliant, quæ in laqueos et insidias diaboli impellunt eos, qui effrenata quadam cupiditate insaturabiliter se illis volunt mancipare : non demum illæ scelerum expeditæ administræ, quæ abunde materiam illorum suggerunt incendiis : sed illa, illa quidem gloria, quæ beatis angelorum mentibus pares honorum dignitate præstat ; quæ ter sanctum Deum inter sanctos degentem nobis quatumvis in terra vexatis, sancte tamen venerantibus, conciliat ; quæ præsens est pignus cœlestis gloriæ sanctorum ; quæ nostra mortalium præcordia eo complet gaudio, ut inde lætitiæ immortalis cumulus redundet. Divitiæ demum non inanes, quas nec fures, nec latrones effodiunt.

CAP. V. — *Heroicæ virtutes.* — *Miracula.*

13. Beatus, et re quidem vera sanctus Athanasius : etenim is, neque in concilio impiorum unquam versatus est, neque in blaterantium obscœna, turpiave perpetrantium cathedra consedit [9] ; sed tanquam immortalis arbor sata secus irriguum Christi Salvatoris profluentem, quem hic de ventre in se credentium emanaturum pollicitus est. Nullus in ore ejus dolus inveniebatur, sed sola Dei eloquia, in quibus sanctissimum sibi quoddam hospitium secreverat. Visus etiam est ter ille felicissimus, sicut mons Sion, qui habitat in nova Jerusalem, non enim commovebitur in æternum [10] ; oculosque ad Deum attollens non tardum inde sensit auxilium. Quapropter quæ gaudia, atque hodiernæ lucis lætitiæ proponuntur, iisdem non ad breve tempus, sed immortaliter hic frequens auditorum numerus oblectetur : quippe quæ cum animos voluptate quadam perfundant, ad Divinitatem ex Athanasii imitatione sustollunt. Eo quia etiam is adhuc mortalitatis pulvere obductus, ad hoc virtutis fastigium, tanquam procera, comataque arbor, pervenit, ad eos respi-

[5] Matth. xxv, 21. [6] Joan. vi, 45. [7] Joan. xxi, 20. [8] Psal. cxi, 1. [9] Psal. i, 1 seqq. [10] Psal. cxxiv, 1.

ciens, qui Deo fuerant gratiosi, atque eorum vitæ A exemplis, quasi luce quadam sibi viam gradiendo constravit.

14. Quis enim Athanasii hospitalitatem, fidei quoque inimitabilem puritatem intuendo, sibi patriarcham Abrahamum videre non videatur? quis constantem ejus tolerantiam, atque in rebus omnibus, quas destinarat Deus, tractabilem facilitatem considerans, alterum Isaacum oculis cernere sibi non persuadeat? Quis in adversis casibus ejus animi magnitudinem ac soliditatem, morum item sine fuco et fallaciis integritatem attendens, Jacob sibi jam adesse non opinetur? Quis in Athanasio Josephi temperantiam, modestiam et injuriarum tolerantiam, a fratribus odio se prosequentibus ac divendentibus B gratiam inire studentis, ante oculos habere non censeret? Quis ejus minime abjectum, sed vere generosum animum in occursantium ærumnarum repentinis molestiis patiendis perpendens, invictissimi Jobi imaginem ob oculos sibi obversari non diceret? Moysis etiam et Aaron placabilitatem, mores citra reprehensionem mites, divinamque eorum contemplationem, mortales rapientem sublimes, imitabatur. Justam quoque Phinees indignationem æmulabatur, non ferreo pugione legum violatores confodientem, sed nunc asperis et severis mulcentem, nunc mollibus et blandis alloquiis coercentem, scelerum cursus, et injuriosos in obvia quæque impetus. Verumenimvero eum se præstitit, qui nec dehiscentem terram efficeret sepulcra eorum, qui C in sacrosanctum sacerdotium audacter petulanterque per superbiam efferebantur; nec flammis addiceretur quod impius legum violator abstulerat; hujuscemodi enim prodigia id ætatis exposcebat. Sed vero hominem quemdam similia patrantem Athanasius suarum precum vi insensibilibus solum viduavit capillamentis, quæ quidem corpori ex superfluitate adnascuntur, neque cum adsunt ad humanæ essentiæ faciunt constitutionem, neque ablata nocent: sed cum piaculare nefas audaculo ac temerario solum indicent, ad pœnitendum adigunt, et ad nefarii sceleris fugam, et vitii succrescentis tonsuram.

15. Imitandam etiam suscepit Davidis malorum D atque injuriarum perpessionem, et eximiam erga Deum pietatem: qua de causa non modo in cacodæmonas occinuit, sed in eas, quæ, iisdem suggerentibus, exstimulantur magisque efferantur, animi perturbationes. Atque horum facinorum testes sunt complures, quorum quidem aliquot, dum adhuc superviveret, curavit, bonæque valetudini restituit Athanasius: aliquot etiam, qui ardenti cum fide ac desiderio accesserunt ad ejus sepulcrum, cum jam ad Christum, quem desideraverat, transmigrasset, propter quem exoptaverat corporeis vinculis exsolvi, uti liberius ac sanctius illi convivens ejusdem contemplatione frueretur. Eliæ atque Elisæi asceticam duramque vitæ rationem, zelum quoque, sed non ignes exspirantem, est imitatus, neque etiam flammas de superiore loco deducens, impiosque cœlestibus incendiis comburens: neque injuriosis contumeliis conviciantes exhibens epulum feris sanguinariis (nam etiam hæc antiqua illa exposcebat ætas, Deo vulneribus curandis severiora remedia adhibente), sed gravibus, quæ talem decebant doctorem, alloquiis, divinæ sapientiæ sale conditis, vitæque innoxiæ consonis, complures facinorosos ad bonam frugem corrigens: novit enim more Christi Domini pacificare eos qui sunt Spiritus filii [11]. Fuit etiam vir, beatum Danielem secutus [12], spiritalium desideriorum, viriliter corporeis illecebris obsistens, et sola divina deperiens, in quibus Deum manifestius inveniret. Idem quoque trium exemplo adolescentum apud Babylonem corporearum flammas voluptatum, veluti sopitas jam favillas despiciens, et subinde reviviscens incendium de subito conculcavit, ne qua ratione sibi in corde hujusmodi imagines immorarentur, ipsarumque lethifera contagiosaque idola venerari Athanasius videretur.

16. Quod si sanctissimi illius Joannis (quo nemo inter natos mulierum surrexit major, qui primum vivens apud vivos, deinde mortuus apud inferos verus Christi prodromus præcucurrit, qui venientem Salvatorem et liberatorem edixit, et in Jordane abluit illum, qui peccatorum nostrorum labes ibidem demersit) expressam imaginem, vivamque effigiem desideres intueri; tibi ponas, quæso, ob oculos fluxarum terrenarumque rerum despicientiam, cibi sobrietatem, uberem dicendi libertatem, mentem nullis perturbationibus obnoxiam; quomodo in primates ac dynastas invectus eos redargueret, quod sacrosanctæ Dei leges posthabitæ jam submoverentur, atque etiam conculcarentur. Attendas etiam adhortationes ad pœnitentiam, et indicantem digito Christum ab illo baptizatum, iterum venturum ad omnes judicandos, ac pro suis cujusque meritis condignas vices repensurum. Quod si Christi discipulorum vestigium aliquod expetat quis adinvenire, pergat is, ac speculetur; spectabitque in Athanasio totius vitæ aspernationem, ut Christum lucrifaciens inveniret: intentam quoque in Evangelii prædicatione sollicitudinem, in turbulentis rerum eventibus animi magnitudinem, familiaritatem cum Christo memoriæ beneficio assiduam, ut inde nullo modo abstrahi posset, vel avocari: spectabit etiam illum Christi crucem toto vitæ tempore bajulantem, Christoque famulantem, ac vestigia sequentem, reliqua vero omnia existimantem retrimenta et quisquilias. Apostolorum igitur vitam imitatus Athanasius, adeo ex eorum architypo vivam imaginem in seipso ad amussim effinxit, ut si quis intueri vellet singulorum characteres, attentius dispiciendo, nihil fere

[11] Matth. v. [12] Dan. ix, 23.

dissimiles, sed omnino veros atque ipsissimos inveniret.

CAP. VI. — *Extrema suis data monita.*

17. Sed tandem aliquando venit ejus profectionis tempus; neque enim alio censeam nomine ejus vitæ exitum appellandum, quam reditus in patriam ab exilio. Et quidem de seipso nonnulla obtestanti aderant complures graviter affecti, ejusque sejunctionem quasi summam jacturam lamentantes: audiebant vero illum vili lectulo jacentem, neque quod ad divitiarum thesauros attinet statuentem, neque auri argentique copiam tutoribus relinquentem, quorum egestatem, sicut alii adeptionem, ille magno studio consectatus fuerat: nec terræ jugera, B arborum silvas, vineas, greges, armentaque, a quibus, quoad vixit super terram, quam maxime is fuit alienus: sed ea, de quibus semper disputavit, quandoque propter morbi molestias concise recensentem (homo enim erat, quanquam magni animi ejus celsitudo humilitatem corpusculi superabat): Operæ pretium esset, inquiens, in meipsum conversum de præsenti solum digressu ab hac vita pensitare, et formidabile atque horrendum jussum capessere, quique meam suscepturi sint animam, et quonam locorum sit mihi iter faciendum, hostes etiam infestos in insidiis semper locatos, viamque nobis tanquam latrones ac prædones præpedientes, cogitare: sed quoniam et mea, et vestra commoda, ut semper, nunc etiam vehementer desidero, hoc C enim divinæ leges præscribunt, quæcunque permittit indulgentia temporis, et quod reliquum est vitæ, etiam nunc eloquar. Ego equidem, ut videtis, longam ad meos parentes ingredior viam; neque amplius in hac mortali vita me aspicietis: sed ne mea, (amabo vos) admonita per oblivionem contemnatis, quæ vobis pro eo divini amoris ardore, quo vos prosequor, sum impertitus. Apud vos ero, imo vero potius ipse vobis aderit Christus cum Deo Patre, ac divino Spiritu: itaque divinum eritis domicilium, animataque illius templa, cujus thronus est cœlum, cujus scabellum est terra. *Ego enim*, Salvator inquit, *et Pater ad eum veniemus, et mansionem faciemus apud eum* [13], qui nimirum ejus capessit jussa. At inter divina præcepta longe præclarissi- D mum, et quidem primum est, ex tota anima, conatu, mente, totoque pectore Deum peramare, et proximum sicut seipsum: hoc enim cætera omnia consequuntur, uno alterum complectente; et quod jubet amore prosequendos inimicos, idem pro amico propriam vitam, si tempus poscat, profundendam jubet. Debita item dimittenda nostris debitoribus, sicut et nobis nostra debita Pater cœlestis dimittit. Horrendum etiam pensitandum patrisfamilias decretum erga servum, apud quem plurima beneficia collocarat, magnamque æris vim jam condonarat, hic autem propter minuta æra conservum suffocabat suum. Miserendum etiam per innatum sanctumque animi sensum necessitudinum egenorum, uti benignas aures iis applicuimus, ut quantumvis terreni ac mortales (quoad fieri tamen potest) Deo similes efficiamur, qui ejusmodi homines in regnum introducit suum, seseque ipsum eleemosynæ ac misericordiæ indigum confitetur; at eos qui ferarum ritu insaniunt, et erga homines inhumaniter grassantur, in æternos ignes una cum nequissimo Satana, et angelis ejus conjiciendos interminatur. Igitur Jesum Christum Dominum nostrum identidem redigemus in memoriam, judicem æque incorruptum ac severum, formidabili solio insidentem, e cujus conspectu ignitum flumen erumpit, omnesque patefacta conscientia ad ejus tribunal sistendos, rationemque reddituros quæ recte, quæve secus patraverimus. Quotquot in Christo sacro fonte abluti sumus, Christum induimus: ne itaque propter propensionem ad res terrenas hujusmodi vestem rejiciamus, ne vicissim a cœlesti thalamo, sanctorum lætitia ac tripudiis repudiemur. Turpe verbum, ut divinus inquit Apostolus [14], ex ore vestro nullum dimanet, sed in solum, quod virtutum exemplar effingat, vel alienæ utilitatis fructum referat: neque enim de malefactis tantum, verum de otiosis etiam verbis, atque adeo de pravis cogitationibus, rationem nos Deo reddituri sumus. Unusquisque ab omnibus gratiam inire, honestisque in rebus comes esse curet: sic enim singuli animati esse debemus, ut de aliis per emolumenta bene mereri studeamus. Nemo profecto nostrum etiamsi ignorantiæ velamentum obtendat, divinum judicium evertet: omnes enim quotidie divina Evangeliorum præcepta, apostolorum admonita, prophetarum adhortationes exaudimus.

18. Quid mihi nunc recenseantur, si cum legitimis hisce nostræ philosophiæ disputationibus comparentur inveteratæ Socratis quæstiones? quarum gratia superbientes Græci supercilium attollunt, quod (ut ipsi se jactant) is philosophus timore mortis superior exstiterit. Hujusmodi enim disputationes auram vanæ captant gloriolæ, scenæque sunt figmenta, et solum induunt philosophiæ speciem, ejusque personam præseferunt, quod in se, non in alios convertat, quidquid elaborat. Atque hoc crocitat Æsculapio immolatus gallus a Socrate, ejusque hominibus placendi studio pleni sermones, quos (discipulis suadentibus, ut ipse periculum evitaret, quod ei Anytus et Melitus accusatores suscitarant) passim cæteri dictitabant. Sed vero noster hic Athanasius, rebus omnibus id temporis posthabitis, ad illud unum incumbebat, ad gloriam, inquam, Christi, rerum omnium inspectoris ac Ephori amplificandam; perinde æque nihil sibi esset antiquius studioque dignum, quam gregis sibi crediti salutem accurare, cujus studio mirandum in modum ipse Deus homo factus est, idemque studium

[13] Joan. XIV, 23. [14] Coloss. III, 8.

ut perspicuum symbolum, reliquit Deum amantibus. Atque ideo quanquam esset proximus occasui vitæ, jamjamque animæ corporis discidium, quæ natura optime conglutinarat, opperiretur; tamen ea, quæ effecerat vitam agens episcopalem, tanquam advena et peregrinus, in memoriam revocavit. Itaque cum in Deum, tum in homines charitatem arctissimo virtutis vinculo colligavit Athanasius, qui non solum recte factis, sed ad extremum usque habitum etiam verbis ea nobis reliquit virtutum exempla, ad quæ oculos attollentes, tanquam ad stellas dum per caliginosam noctem in vitæ hujus pelago miserabiliter jactamur, omnes ejus decumanos fluctus, obortasque tempestates, et a communis infestique hostis insidiis excitatas procellas eludendo enavigabimus, et ad tranquillum Christi regni portum applicabimus, habentes pro magistro Athanasium; qui quasi peritissimus gubernator clavum tenens ad puppim sedeat, nostram fiduciam excitet, et ad ea demum, unde nostra pendet salus, animos tollat.

CAP. VII. — *Mors, miracula.*

19. Hanc igitur filiis suis relinquens hæreditatem sanctissimus Athanasius, protensis speciosis pedibus, et innocuis compositis manibus, oculisque graviter ac religiose ad cœlum sublatis, atque ita extremum locutus: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, jucundus et valde hilaris animam ab angelis jamjam adducendam exhalavit. Homo nimirum dierum Spiritus sancti plenus, plenus item divinæ munificentiæ donis, cum cœlestem laborum remunerationem liquido perspiceret jam affuturam, effecit, ut sapientem decet, ut minime se pœniteret vitæ anteactæ, sed potius lætaretur. Maturum dixisses frumentum in cœlestibus horreis condendum, ab omni collectarum frugum vitio alienum et incorruptum: atque ideo in concilio justorum vitam vivit immortalem, ejusque merces est multa nimis apud altissimum Deum. Floret igitur ut palma, utque cedrus augetur et amplificatur, qui nobis eum imitantibus fructus affert uberrimos, atque calore tentationum æstuantibus umbram saluberrimam exhibet. Quapropter memoriam apud nos immortalem consecutus, inexstincta etiam gloria perfruitur.

20. Reliquit vero nobis una cum ter beato corpore sepulcrum, quod veluti perennis fons curationum rivos omnibus cum fide accedentibus ubertim effundit. Quamobrem in eo inspicere existimemus Athanasium ipsum, quem dolore pariter, ac desiderio incomparabili ad illud accedentes complectamur, sicut Patrem venerantes, et qua par est pietate prosequentes; sicut benemerentissimo gratias agentes immortales; sicut medico cum animi ægritudines tum corporis exponentes, atque ad hujus medicamenta festinantes. Enimvero huc ad Athanasii sepulcrum invisendum veniunt etiam qui longioris peregrinationis iter instituunt, ubi prosperum item reditum beneprecati domum suam revertuntur. Mulieres quoque nunc viris, nunc filiis præsens medicamentum, et mortis prolationem precabundæ impetrant: qui rigida potentioris manus tyrannide opprimuntur, patronum invocant Athanasium: quibus per calumniam aliena facinora ascribuntur, atque injuste ad forum rapiuntur, strenuum propugnatorem sentiunt Athanasium. Denique, ut summatim dicam, omnes Athanasium, omnia factum, ejusque auxilium implorantes votorum jam compotes effecti, ac lætantes revertuntur. Hunc etenim experimur quasi alteram Siloen, omnia nobis perturbationum incendia exstinguentem, omniumque animos, et corpora irrigationibus unguentorum fragrantiam spirantibus recreantem. Atque horum beneficiorum nos quoque participes fieri exoptamus; bonorum omnium auctori, et in sanctis suis glorioso gratias agentes Deo: eum enim decet omnis gloria, honor, veneratio, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nunc, et semper, et in omnium sæculorum æternitatem. Amen.

ANNO INCERTO.

BARTHOLOMÆUS,

EDESSENUS MONACHUS.

NOTITIA.

(CAVE, *Dissert. prim.*, pag. 168.)

Bartholomæus, gente, ni fallor, Syrus, civis, certe monachus, Edessenus; quin non raro se simpliciter Edessenum vocat; ætatis admodum incertæ scriptor, cujus ne levissima quidem, quod sciam, habetur mentio, cujusque in toto suo Opere nec vola, nec vestigium; vir non inelegantis ingenii, non contemnendæ eruditionis, in scriptis et ritibus Chaldæorum, Arabum, Muhammedanorum versatissimus. Scripsit *Elenchum* seu confutationem Agareni, qua non sine magno ingenii acumine et mordaci sale, Alcorani ineptias et Muhammedis ortum, vitam, mores, ritus et dogmata, eleganter exponit. Opus hoc ἀκέφαλον Gr. Lat. extulit Steph. Le Moinius, et inter *Varia* sua *Sacra* locum dedit, Lugd. Batav. 1685, p. 302; subnectitur, *ibid.* p. 429, tractatus alter Gr. Lat. *Contra Muhammedem*, an ejusdem auctoris, non liquet. Sunt quæ id suadere videantur materiæ affinitas, auctoris ingenium, accurata rerum Muhammedanarum peritia. Nec desunt quæ assensum plane retrahunt, præcipue haud levis in utroque discrepantia. Bartholomæus in recensendis Muhammedis uxoribus et liberis, cum anonymo, nec nominibus, nec numero, convenit. Monacho Nestoriano, primario Muhammedis in condendo Alcorano ἐργοδιώκτῃ nomen apud Bartholomæum est *Pachuras*, apud anonymum *Baira*, ut alia jam mittam. Ut ut sit, utrumque opus jucunditate et utilitate sua se magnopere commendat *.

* Conf. Fabric. *Biblioth. Græc.* ed. Harles t. VIII, p. 86 not. *mm*; t. LX, p. 586; et Catal. biblioth. Leidens. p. 340, n. 21.

MONITUM IN SEQUENTIA OPUSCULA.

(LEMOYNE, *Varia sacra*, Prolegomena, p. 17.)

Cum ex legato Warneriano, ad Scaligeranum pergerem, et desultoria quadam libidine, modo illo, modo isto oculos meos pascerem, et utriusque opes mirarer, ac explorarem, incidi in Disputationem Bartholomæi Edesseni, sequioris ævi, ni fallor, monachi, contra Saracenos. Opus Scaligero, Vulcanio, Mursio notum, illorumque doctis manibus diu tritum ac versatum, sed huc usque ineditum, nec Latinitate donatum. Cum vero illius lectio non leviter animum afficeret, ac in illo multa occurrerent, de Mahumete, de Mahumetanis, de religione Muhamedanorum, de variis apud illos ritibus, grata ac jucunda, quæ a lectoribus sicut nec a me, non sine quadam voluptate legi posse videbantur, statim de opere cum aliis jam paratis sociando cogitavi, versionem adornavi. Ad calcem vero istius codicis mss. Bartholomæi Edesseni, quædam addita legebantur, quæ Mahumetem ipsum spectabant. Quæ cum superiori disputationi, concilio quodam addita fuissent, ea in editione nostra noluimus desiderari.

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΥ ΤΟΥ ΕΔΕΣΣΗΝΟΥ

ΕΛΕΓΧΘΣ ΑΓΑΡΗΝΟΥ.

—

BARTHOLOMÆI EDESSENI

ELENCHUS ET CONFUTATIO AGARENI

—

A

. . . .

Et hæc inveni scriptis mandata in tuo Alcorano. Quod vero dicis, quare Christum confiteris Deum quem cruci affixistis, et sepulcro condidistis? et rursus quomodo Deum rerum omnium opificem et creatorem in utero feminæ comprehendi potuisse existimatis, et generari et nasci, ut alii homines solent, et vocatis terrenam Mariam, Theotocon et Dei Genitricem? quomodo dicitis illam esse matrem Dei, et Filium Dei ab illa generatum? et si est Filius Dei, quomodo ea quæ illum peperit, potest esse Dei genitrix? Dicitis insuper Christiani: Deum agnoscimus substantiam sine causa, rerum omnium causam potentissimam, verissimam, omni alia substantia et natura superiorem, sine principio et fine: quod est vero sine principio est omnino increatum. Quandoquidem ergo est rerum omnium Deus, quomodo potest esse particeps ingenerationis et generationis, ut vos Christiani asseritis? Qui non habet genitum Patrem, quomodo factus est Pater? ostendatis etiam nobis quomodo Deus generavit Filium. Si dicatis ab æterno, quomodo vos recens et nudius tertius nati, ad cognitionem eorum quæ sunt ab æterno potuistis assurgere? Quis vobis revelavit talem generationem? Rursus vos Christiani dicitis quod Filius genitus, idem habet cum Patre principium, quomodo ergo habet aliam generationem et quidem increatam? sed quod genitum est, creatum et conditum esse debet. Et quoniam rerum omnium Deus exsistit ante sæcula, et unus est numero, non tres, sequitur commune illum habere nomen, non communia nomina, et quandoquidem communia nomina dicitis, quomodo commune nomen rursus potestis proferre et asserere; sequitur enim tres personas propriam habere naturam et substantiam. Iterum Christiani, quomodo docetis quod Deus vester sit unitus homini, et vocetur simul homo et verus et perfectus Deus. Non sic unitur substantia et essentia Divinitatis naturæ terrenæ et corruptibili, sicut ignis unitur ligno. Rursus audio vos dicentes dari Patrem, Filium, Spiritum, et tres personas et unum postea memorare, sed eadem ratione possetis et

Καὶ οὕτως εὗρον ταῦτα ἐν τῷ Κουρανίῳ σου γεγραμμένα. Καὶ ὅτι λέγεις· Διὰ τί τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖς Θεὸν εἰς τὸν σταυρὸν ἀναβιβάσαντος, καὶ ἐν τῷ τάφῳ τεθείκατε; Καὶ αὖθις τὸν τὰ πάντα δημιουργήσαντα Θεὸν εἰς μήτραν γυναικὸς πῶς ἐχωρήσατε, καὶ τεχθέντα ὡς ἄνθρωπον, καὶ λέγετε καὶ τὴν χοϊκὴν Μαρίαν Θεοτόκον; πῶς καὶ λέγετε αὐτὴν Μητέρα Θεοῦ, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα; ἐπεὶ Υἱός Θεοῦ, πῶς καλεῖται Θεοτόκος ἡ τοῦτον γεννήσασα; λέγετε δὲ ὑμεῖς αὖθις οἱ Χριστιανοί· Τὸν Θεὸν γνωρίζομεν οὐσίαν ἀναίτιον· αἰτίαν οὖν παντοδύναμον, παναληθῆ, πάσης οὐσίας καὶ φύσεως ὑπερ-B οὐσιον, ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον. Τὸ γὰρ ἄναρχον, ἄκτιστον λέγεται. Ἐπεὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς παρὲξ ὤν, ὡς λέγετε οἱ Χριστιανοί, τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, πῶς γέγονεν; Γεννητὸν Πατέρα μὴ ἔχων, πῶς γέγονεν Πατήρ; Καὶ δείξατε ἡμῖν καὶ πῶς ἐγέννησεν ὁ Θεὸς Υἱόν· εἰ μὲν λέγετε πρὸ τῶν αἰώνων, ὑμεῖς χθεσινοὶ ὄντες, πόθεν οἴδατε τὰ πρὸ αἰώνων; Τίς ἔδειξεν ὑμῖν τοιαύτην γέννησιν; καὶ πάλιν φατὲ οἱ Χριστιανοί· Ὁ γεγεννημένος Υἱὸς, σύναρχος τῷ Πατρὶ, καὶ πῶς ἄλλην γένεσιν, καὶ ἄκτιστον; ἀλλὰ τὸ γεννητὸν κτιστόν. Καὶ ἐπεὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ὑπάρχει πρὸ αἰώνων, καὶ εἷς ἐστι, καὶ οὐ τρεῖς, λοιπὸν, κοινὸν ὄνομα ἔχει, καὶ οὐ κοινά. Καὶ ἐπεὶ κοινὰ ὀνόματα λέγεις, πῶς πάλιν κοινὸν ὄνομα ἀναφέρεις; λοιπὸν καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις ἔχουσι C ἰδίαν φύσιν καὶ οὐσίαν. Καὶ πάλιν πῶς λέγετε οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι ὁ Θεὸς ὑμῶν ἡνώθη τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἄνθρωπος ἐκλήθη, καὶ τέλειος Θεὸς, πῶς ἑνοῦται τὸ πῦρ τῷ ξύλῳ, οὐχ ἑνοῦται ἡ οὐσία τῆς θεότητος τῇ χοϊκῇ φύσει. Καὶ αὖθις ἀκούω μὲν ὑμῶν λεγόντων καὶ Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα, ἐπεὶ ἕνα λέγετε. Καὶ συνάγειν καὶ ἑτέρους, καὶ τέσσαρας, καὶ πέντε καὶ πλείονας δυνήσῃ συνάγειν. Καὶ πάλιν, διὰ τί γλυπτὰ ξύλα, καὶ εἰκόνας προσκυνεῖτε θεοπρεπῶς; διὰ τί μιγνύετε τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μεταδίδοτε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ λαμβάνετε δῶρα ἐξ αὐτῶν; Βαπτίζετε δὲ καὶ ἐν ὕδατι τούτους, καὶ ὁμοίως οὐ λαμβάνετε δῶρα. Διὰ τί τὸ κατελθὸν Εὐαγγέλιον ἐκρύψατε, καὶ νέον ἐγρά-

ψατε; καὶ πῶς μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ὑμῶν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐξαπέστειλεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις; Πῶς τοῦτο οὐκ ἐχαρίσατο αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἀναληφθῆναι, καὶ οὐ λούεσθε ἐν τῷ ὕδατι, καθά φησιν Ἡσαΐας; Διὰ τί ἁμαρτάνοντες τρέχετε εἰς ἄνθρωπον χοϊκὸν ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, φάσκοντες, Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ; Διὰ τί ἐν ταῖς ἐσχάταις ὑμῶν ἀναπνοαῖς τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου μεταλαμβάνοντες, λέγοντες, ὡς ἀπὸ τοῦ νῦν μέτοχοί ἐστε τοῦ παραδείσου; Ἀλλὰ καὶ τοῦ Μουχάμετ ἡμῶν τὸ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὑμῶν γεγραμμένον ἦν, καὶ ἐξεώσατε.

A alias, quatuor, quinque, plures coacervare et multiplicare. Deinde quare sculptilia et imagines adoratis cultu divino et religioso. Quare miscetis panem et vinum, et illa traditis hominibus in remissionem peccatorum, et ab illis dona accipitis? quare illos aqua et baptismate tingitis, et ab illis similiter dona mutuo accipitis? Quare quod descendit Evangelium occultastis, et novum cudistis et conscripsistis? Et quare post asccensiōnem Domini vestri in cœlos misit Spiritum sanctum in apostolos, cur non antequam eveheretur in cœlum, isto beneficio illos cumulavit? Quare non lavamini aqua, ut docet Isaias? Quare peccato contaminati curritis ad hominem terrenum confitentes peccata vestra, et dicentes: Miserere mei peccatoris? quare in ultimo vitæ vestræ articulo, et animam efflaturi pani et vino communicatis, asserentes vos ab illo momento paradisi jam esse participes? Sed quod magis est nomen ipsum Mahumetis nostri erat olim scriptum in vestris Evangeliis, sed illud removistis et expunxistis.

B Πρὸς οὓς ἀντιλέγει αὐτὸς ὁ μοναχὸς Βαρθολομαῖος ὁ Ἐδεσηνὸς ὁ ἀμαθέστατος τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἔσχατος πάντων ταῦτα, μὴ ἐρυθριῶν τὴν ἀφροσύνην ὑμῶν ἀνοιγόντων καθ' ἡμῶν τὸ αἰσχρὸν καὶ παμβέβηλον στόμα ὑμῶν, ὅτι οἱ Χριστιανοὶ τρεῖς Θεοὺς σέβονται· τοῦτ' ἔστιν τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Νῦν ἐλέγχω κατὰ πρόσωπον τὰ σφαλερὰ ὑμῶν ῥήματα, οἵπερ ἐξ οὐρανοῦ ὑπὸ Θεοῦ κατενεχθῆναι λέγετε Εὐαγγέλιον ἢ ἐξ αὐτοῦ ἀντερεῖν λέγετε δικάζοντες ψευδῶς ἡμᾶς τοὺς Χριστιανούς. Σὺν Θεῷ δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ χάριτι ἐκθήσομαι ἄρτι πρὸς ἐπιθρυλλοῦντας τὰ τοιαῦτα, ὅτι οἱ ἐν αὐτοῖς πιστεύοντες, ὅτι τρεῖς Θεοὺς σεβόμενοι βλασφημοῦμεν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτι οἱ ἐν αὐτοῖς πιστεύοντες οὐκ ἀφεθήσονται αὐτοῖς αἱ ἁμαρτίαι οὔτε ἐν τῷ νῦν, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι καιρῷ. Κἀγὼ C ὁ Ἐδεσηνὸς λέγω ὑμῖν· Ὁ μὴ γινώσκων λογικὸν Υἱὸν καὶ ἀθάνατον Θεὸν, οὗτος ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Διότι Θεὸν ἐλεοῦντα καὶ ἐλεήμονα ὀνομάζεις. Καὶ οὗτός ἐστι προφανῶς, ὃν οἱ Ἀῤῥάβοι δογματίζετε τὸ Ἑωσφόρον ἄστρον, Ζέβω, Ἀφροδίτη, Κρόνος, καὶ Χαμὰρ λέγετε. Αὐτοὺς καλεῖτε θεούς; ἐλέγχω γὰρ ὑμᾶς ἐκ τῆς γραφῆς ὑμῶν. Οὗτοι οἱ θεοὶ ὑμῶν κτιστοί εἰσιν, καὶ κτίσμα ἔχουσιν. Καὶ φθαρτοί εἰσιν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, καὶ εἴδωλα. Καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα, οὗ ἀρχὴ ἐν αὐτοῦ Κουρανίου σου, ὅντινα ἐλεοῦντα καὶ ἐλεήμονα μὲν ἀποκαλεῖτε, οὗτοί ἐστιν οὓς καλεῖτε διὰ τῆς γλώττης ὑμῶν Ἀλὰχ, Σαμὲτ, Τζαμὲτ, τοῦτ' ἔστιν προφανῶς ὁλόσφυρος, καὶ ὁλόβολος, οἷος κρατεῖται, καὶ σχῆμα D ἔχει. Οἱ τὸν τοιοῦτον θεὸν σεβόμενοι, οὗτοι εἰσιν οἱ τοῖς ἐκεῖ κολαστηρίοις ἔνοχοι. Οἱ δὲ γινώσκοντες καὶ ὁμολογοῦντες τὸ ὄνομα τοῦ λογικοῦ καὶ ζῶντος καὶ ἀθανάτου Θεοῦ, οὗτοί εἰσιν οἱ κληρονόμοι τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ παραδείσου. Περὶ δὲ ὧν με ἠρώτησας, πάντα ὕστερόν σοι ὁμολογήσομαι.

Ad quæ ego ipse Bartholomæus Edessenus monachus, Christianorum ignarissimus, et omnium ultimus, hæc respondeo non erubescens propter insipientiam vestram qua impudens et omnino profanum os vestrum contra nos audetis aperire, asserentes Christianos tres Deos colere; nimirum Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Nunc in faciem singula vestra erronea dicta arguo et confuto. Dicitis quippe Evangelium a Deo ex cœlo delapsum, et ex illo contradictiones nectitis, judicantes et condemnantes, falso nos Christianos; sed cum Deo et fretus illius gratia, omnia nunc exponam contra eos qui vulgo talia jactare et disseminare solent, quasi nos blasphemi tres Deos coleremus, et similia quæ si aliquis credat non remittentur illius peccata nec in præsenti nec in futuro sæculo. Ego vero Edessenus dico vobis: Qui non cognoscit rationalem et immortalem Deum Filium, næ ille dignus est qui in gehennam ignis detrudatur. Quare vero tu Deum miserantem et misericordem vocas. Revera ille ipse est quem vos Arabes dicitis Astrum matutinum seu phosphorum, et qui Zebo, Venus, Saturnus et Camar dicitur. Illos vocatis deos, et istud contra vos ex ipsis scripturis vestris possum evincere. Isti dii vestri sunt conditi, et habent naturam creatam, et sunt corruptibiles, sunt idola et opera manuum hominum. Et nomen ipsum quod est in principio tui Alcorani quod per miserentem et misericordem designatis, illo designantur ii quos in lingua vestra vocatis, Alah, Samet, Tsamet, quod manifeste notat totum rotundum et malleo ductum, quemadmodum illum admittitis, et qua forma et figura apud vos induitur. Qui talem deum colunt, illi ipsi sunt qui digni sunt suppliciis gehennæ; qui vero cognoscunt, amant, confitentur nomen rationalis, viventis et immortalis Dei, illi fiunt hæredes regni Dei et paradisi. Ad ea vero de quibus me interrogasti, ad ea, inquam, omnia postea respondebo.

Νῦν δὲ ἐρωτῶ σε περὶ τοῦ νέου θεοῦ σου, καὶ τῆς πίστεώς σου. Πῶς καὶ πότε γινώσκεις καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ τὴν τοιαύτην θεολογίαν ἐδιδάχθης; Θεὸν, ὃν γινώσκομεν ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ, οὐδεὶς ἑώρακε

Sed primo mihi liceat quæstiones etiam tibi movere de tuo isto novo deo, et de fide quam foves. Quomodo et unde ad te pervenit cognitio tua? Qua via, tali doctrina et theologia imbutus fuisti? Quoad

nos, nullus unquam vidit Deum quem nos Christiani colimus, neque angelis, neque prophetis, neque ulli hominum visus est, neque multoties manifestavit seipsum cuiquam mortali et terrenæ creaturæ, sicut tu inepte asseris Deum multoties salutasse et adhuc singulis diebus salvare jubere tuum Mahumetem. Si vero asseris te Deum novisse ministerio Mahumetis, sequitur quod ille sit dux et consummator vitæ tuæ; hinc illum vocas prophetam et apostolum Dei. Omnibus vero notum est Mahumetam nec prophetam nec apostolum Dei esse, sed illum tantum fuisse alumnum Abutalepi, et servum Cadizæ, cujus camelos regebat et ducebat Damascum oneratos variis mercibus, et ad alios etiam populos de loco in locum pergebat, negotia gerens et administrans prædictæ suæ dominæ. Et Alcoranus tuus de illo testatur, nimirum spatio triginta duorum annorum illum vixisse sine fide. Memorat quippe illum implevisse quadraginta septem annos, spatio quindecim annorum illum religiosissime vixisse, sed aliorum triginta duorum intervallo toto illum vixisse, sine Deo, sine lege, impie, et pessimis dogmatibus obnoxium. Quin et ipse duxit decem uxores, et sexdecim concubinas captivas. Jam, quæso, declara quando illas habuerit, an tempore suæ impietatis, an vero cum Deum colere cœpit et religiose vivere. Si memoria suppetit, ostende aliquid quo hoc possit comprobari. Insuper Mahumet ex peccato et semine humano formatus est, et ille ipse peccavit et liberis procreandis operam dedit; quomodo ergo dicis illum fuisse fratrem Christi; cum non solum fuerit peccator, sed infensissimus Dei hostis ut ipse agnoscis et confiteris: nam antequam vitam religiosam amplecteretur, erat fur, latro, nocturnus viarum insessor qui quamplurimos in insidias quas struxerat delapsos violenta morte peremit. Præterea propter uxores, et impotentem intemperantemque coitum herbas solebat emere quibus venerem et libidinem effrenem conciliaret; adeo ut nunquam satiatus recederet ab istis pravis desideriis, quibus per totum vitæ curriculum fuit obnoxius, usus istis moribus tanquam exercitio quo sibi lucrum et quæstum compararet.

A πώποτε, οὔτε τοῖς ἀγγέλοις, οὔτε τοῖς προφήταις, οὔτε τινὶ τῶν ἀνθρώπων ὡράθη, οὔτε πάλιν ἐφανέρωσεν ὁ Θεὸς ἑαυτὸν χοϊκῷ τινι, ὡς σὺ φλυαρεῖς λέγων ὅτι καθ' ἑκάστην ὁ Θεὸς ἐχαιρέτιζεν καὶ χαιρετίζει Μουχάμετ. Καὶ εἰ μὲν λέγεις, ὅτι τὸν Θεὸν ἐκ τοῦ Μουχάμετ γινώσκεις, λοιπὸν κἀκεῖνός ἐστιν ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς σου, καὶ διὰ τοῦτο καλεῖς αὐτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον Θεοῦ. Πᾶσι γνώριμον ἔνι, ὅτι ὁ Μουχάμετ οὔτε προφήτης, οὔτε ἀπόστολος Θεοῦ ὑπάρχει, εἰ μὴ ἀναθρεπτὸς τοῦ Ἀπουταλεπὶ, καὶ μισθάργος τῆς Χατίζας εἰς τὰ καμήλια, ἃ ἐπεφέρετο εἰς Δαμασκὸν, καὶ εἰς ἑτέρους τόπους πεφορτωμένων πραγματειῶν, μεταβιβάζων ταῦτα ἐκ τόπου εἰς τόπον, καὶ πραγματευόμενος ὑπὸ τῆς ῥηθείσης κυρίας αὐτοῦ. Καὶ τὸ Κουράνιόν σου μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, ὅτι B τριάκοντα δύο χρόνους ἄπιστος ὑπῆρχεν, καὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ οὔσης χρόνων τεσσαράκοντα ἑπτὰ, πῶς τοὺς πέντε καὶ δέκα χρόνους ὑπῆρχεν θεοσεβὴς, τοὺς δὲ τριάκοντα δύο μήτε Θεὸν γινώσκων, μήτε νόμον ἔχων, ἀλλὰ ἀσεβὴς καὶ κακόδοξος ὑπῆρχεν. Καὶ λαβὼν γυναῖκας δέκα, καὶ σκλάβας ις', πότε ταύτας ἔλαβεν, δεῖξόν μοι. Μετὰ τὸ θεοσεβῆσαι, ἢ πρὸ τούτου; ὑπόδειξόν μοι τὴν περὶ τούτου δήλωσιν, ἐὰν οἶδας. Καὶ πάλιν ὁ Μουχάμετ ἀπὸ ἁμαρτίας καὶ σπέρματος ἀνθρωπίνου ἐστίν. Καὶ αὐτὸς ἥμαρτεν, καὶ ἔσπειρεν. Πῶς οὖν αὐτὸν λέγεις, ὅτι ἀδελφός ἐστι τοῦ Χριστοῦ; ὅτι οὐ μόνον ἁμαρτωλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλου ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ, καθὼς γινώσκεις, ὅτι πρὸ τοῦ θεοσεβῆσαι, καὶ κλέπτης, καὶ νυκτοπόρος ὑπῆρχεν καὶ λῃστὴς, καὶ ἐπὶ τὰς στρωμνὰς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων C ἐφόνευσεν. Καὶ ταῦτα διὰ γυναῖκας, καὶ δι' ἄκρατον μίξιν ἐξωνήσατο βοτάνια συμβαλλόμενα ταῦτα εἰς πορνείαν ἄσχετον, ὡς μὴ ὅλως κόρον ἔχων τῆς τοιαύτης ἐπιθυμίας, ὅνπερ δι' ὅλου μεθ' ἑαυτοῦ εἶχε, χρώμενος τῷ τοιούτῳ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἐργασίᾳ.

Quare ergo prophetam et apostolum Dei vocatis illum qui fuit impurissimus, omni criminum labe contaminatus, latro, injustus, homicida, raptor. Dic mihi, quæso, quid significet prophetia et apostolatus. Certum est et Deus novit, te hoc prorsus ignorare, nisi hoc a Christiano prius didiceris. O impudens et inverecunde! tu confiteris Muhammedem spatio triginta duorum annorum nec fuisse prophetam, nec prophetizantem, nec apostolum, nec docentem, nec Dei cultorem, nec orantem, nec cognoscentem Deum, sed post elapsum istorum annorum curriculum, cognitione divina imbutum fuisse. Sed si ista omnia negares quasi quæ non contigerint isto triginta duorum annorum spatio, quare eadem ratione ego Christianus non negarem ea quæ Muhammedi contigisse asseris quindecim illis annis post triginta duos annos posterius elapsis? Sed primo, quæso, doce me quomodo cognovit Deum, et in qua forma? Si enim dicis

Λοιπὸν διὰ τί αὐτὸν προφήτην καὶ ἀπόστολον Θεοῦ καλεῖς λάγνον ὄντα, καὶ τοιοῦτον παμμίαρον, καὶ λῃστὴν, καὶ ἄδικον, καὶ φονέα, καὶ ἅρπαγα; Φράσον μοι, τί ἑρμηνεύεται προφητεία, καὶ ἀπόστολος. D Οἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι οὐ γινώσκεις, εἰ μὴ διδαχθῇς ἀπὸ Χριστιανοῦ. Ὦ ἀνερυθρίαστε καὶ ἀναίσχυντε! σὺ ὁμολογεῖς, ὅτι ὁ Μουχάμετ τριάκοντα δύο χρόνους μήτε προφήτης, μήτε προφητεύων ἦν, μήτε ἀπόστολος, μήτε διδάσκων, μήτε θεοσεβὴς, μήτε εὐχόμενος, μήτε γινώσκων Θεὸν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα Θεὸν ἐγνώρισεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τούτων ὅλος ἔξαρνος γένηται, ὡς μὴ γεγονότων ἐκ τοῦ Μουχάμετ κατὰ τοὺς τριάκοντα δύο χρόνους· πῶς κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἀρνοῦμαι τὰ μετὰ ταῦτα αὐτοῦ, ἤγουν τὰ τῶν πεντεκαίδεκα χρόνων; πρῶτον γνώρισόν μοι τέως, πῶς ἐγνώρισεν Θεὸν, καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ· εἰ μὲν λέγεις, ὅτι ὁ Θεὸς [ἀπέστειλεν] τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐδίδαξεν αὐτὸν περὶ θεογνωσίας, λοιπὸν ὁ ἄγγελός ἐστιν ἀπόστολος Θεοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν λαόν.

Καὶ οὗτος λοιπὸν ἦν ψεύστης, καὶ ἀπατεών. Ἐπειδὴ καὶ αὐτὸν προφήτην καλεῖς, δεῖξόν μοι τί ἐπροφήτευσεν, καὶ ἐν ποίῳ λόγῳ τοῦτο, καὶ τί κελεύει, ἢ τί σημεῖον καὶ τέρας πεποίηκεν. Πάντα γὰρ τὰ ὑμέτερα βιβλία ἀνέγνων, καὶ ἔγνων. Ἐὰν ἦν προφήτης, ὡς λέγετε, διὰ τί μέλλοντος πεσεῖν ἐκ τοῦ ἀλόγου, οὗ ἐκάθητο, καὶ σχισθέντος τοῦ τοίχους αὐτοῦ, καὶ τοὺς κάτω καὶ ἄνω ὀδόντας αὐτοῦ μέλλοντας πεσεῖν καὶ θλασθῆναι ἀπὸ τοῦ τοιούτου προσκόμματος, οὐ προεφήτευσεν, ἢ προέγνω; Καὶ πάλιν, ἐπεὶ προφήτης ἦν, μέλλων συνάψαι μετὰ τοῦ Καβαρὰ πόλεμον, πῶς οὐκ ἔγνω, ὅτι ἔμελλεν παρ' αὐτοῦ νικηθῆναι, αὐτὸς καὶ τὰ ὅλα αὐτοῦ φουσᾶτα; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς φυγὼν διεσώθη ἐν τῷ σπηλαίῳ, μείνας τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, καὶ οὕτως μόλις διεσώθη. Καὶ σὺ ἀπὸ πολλῆς σου αἰσχύνης λέγεις, ὅτι ἄγγελος μετὰ ἀράχνης, τὴν θύραν τοῦ σπηλαίου ἐσκέπασεν, καὶ εἶδον οἱ ψηλαφῶντες, καὶ εἶπον, μὴ εἶναι ἐν τῷ σπηλαίῳ τινὰ, διὰ τὸ εἶναι τὴν ἀράχνην. Καὶ πῶς οὐ προεφήτευσεν, ὡς οὐ ζήσεται τις ἐκ τῶν τεσσάρων τέκνων αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἶπεν τῷ λαῷ τὰ περὶ τῆς φυγῆς αὐτοῦ καὶ τοῖς ἵπποις;

Deum ad illum misisse angelum suum, qui illum doceret et cognitione Dei imbueret, sequitur quod angelus ipse erat apostolus Dei ad populum et ad Mahumedem, ac proinde Muhammedes fuit mendax et seductor. Et quoniam illum prophetam vocas, ostende mihi quid sit vaticinatus, quo et quali sermone oracula sua fudit, quid imperavit, et quo signo et miraculo se commendavit. Omnes enim libros tuos novi et evolvi. Si fuit propheta, ut dicitis, cum ex equo casurus erat cui insidebat, et effracto scissoque latere cum dentes superiores et inferiores tali casu et ruina essent conterendi et casuri, quare hoc non prævidit et vaticinatus est. Iterum si propheta fuit, cum bellum esset initurus cum Chabara, et ab isto debellandus et profligandus, omniaque illius castra essent expugnanda, quare hoc non prævidit. Imo victus et fugiens in cavernam se recepit ubi per tres dies et tres noctes latitans vix tandem salvus evasit. Et tu pro tuo summo pudore narras quod angelus os cavernæ velaverit longa araneæ telæ textura, quam cum animadvertissent qui illum diligenter quærebant, dixerunt neminem in spelunca latitare, cum os speluncæ obduceret aranei tela. Quomodo non est vaticinatus, nullum ex quatuor filiis suis diu vitali aura fruiturum, et populo et equitibus non significavit quæ spectabant illius fugam?

Καὶ πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι οἱ Κωρασιῶται μετὰ καιρὸν μέλλουσιν αὐτὸν δῆσαι ἐν τῇ οὐρᾷ τῆς μεμεθυσμένης καμήλου, καὶ τοῦτον κακῶς διαῤῥῆξαι τὴν ζωὴν αὐτοῦ; Καὶ οὐκ ἐγὼ ταῦτα οἴκοθεν λέγω, ἀλλ' οἱ Χαλδαῖοι περὶ τούτου μαρτυροῦσιν, οἱ παρατυχόντες ἐκεῖσε. Καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ μεμαθήκαμεν. Ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖς, ὡς ἐψευδόμεθα. Εἰ δὲ μὴ, δεῖξόν μοι τὴν προφητείαν αὐτοῦ, καὶ ποῦ ἐστιν γεγραμμένη· αὐτὸ γὰρ τὸ Κουράνιόν σου ἀνέγνων. Οὐχ εὗρον ἐν αὐτῷ καταγεγραμμένην προφητείαν τοῦ Μουχάμετ, εἰ μὴ περὶ τοῦ Ἀδὰμ μικράν τινα ὁμιλίαν, καὶ τῆς Εὔας, καὶ τοῦ Σὴθ, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λὼτ, τοῦ Ἰωνᾶ, τοῦ Μωϋσέως, τοῦ Ἀαρὼν, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, τοῦ Σολομῶντος, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἐνὼχ, τοῦ Ἠλίου, τοῦ Ἰεζεκιὴλ, τοῦ Ζαχαρίου, τοῦ Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἁγίας Μαρίας, τῆς ἁγίας Ἄννης τῆς μητρὸς αὐτῆς, τοῦ Ἰωακεὶμ, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐξαιρέτως Σίμωνος Πέτρου τοῦ κατὰ τὴν σὴν γλῶτταν Σεμεοὺν Σαφᾶ. Εὗρον οὖν τὸ Κουράνιόν σου ἀληθεύειν καὶ ψευδόμενον. Καὶ ἡ μὲν ἀλήθεια, ἀπὸ τῆς διδασκαλίας τοῦ Παχυρᾶ πρὸς τὸν Μουχάμετ. Τὸ δὲ ψεῦδος ἀπὸ τῆς γραφῆς τοῦ Ὀθμάνη. Ἐκ τούτων οὖν γινώσκομεν, ὅτι ἡ γραφή σου οὐκ ἐπέμφθη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, διὰ τὸ ποτὲ μὲν ἀληθεύειν, ποτὲ δὲ ψεύδεσθαι. Καὶ ἀπὸ τούτων τῶν σημείων πληροφορούμεθα, ὅτι οὔτε προφήτης ἦν οὔτε ἀπόστολος. Ἄλλος ἐστὶν ἀπόστολος, καὶ ἄλλος προφήτης. Πῶς γοῦν ἐστιν ὁ σὸς Μουχάμετ καὶ προφήτης, καὶ ἀπόστολος; Ὅταν ἀπὸ Βαβυλῶνός τις ἔρχεται πρὸς τὸν Σουλτανὸν ὡς γραμματοφόρον αὐτὸν καλέσουσιν, ἢ προφήτην; Ὅτε δὲ ἵσταταί τις ἐν μέσῳ ὄχλου πολλοῦ, καὶ προφητεύει καὶ δεικνύει σημεῖα καὶ τέρατα, τί ἐροῦμεν; Ἴδε τὴν προφη-

Quomodo non prædixit quod Chorasiotæ post aliquod temporis intervallum, illum vincire deberent ad caudam inebriatæ vino myrrhato camelæ, et illius vitam et latera pessime disrumpi et diffringi debere. Et hoc non domestico et proprio testimonio affirmo; sed ipsi Chaldæi qui illic erant hoc de illo testificantur, et nos ipsi didicimus. Sed asseres nos mentiri: sed si non vera dicimus, ostende nobis illius prophetiam, et dic nobis ubi sint scripta illius vaticinia. Tuum enim Coranum legi, et nullam in illo inveni Muhammedis prophetiam, sed tantum breves quasdam homilias et sermones de Adamo, de Eva, de Seth, de Abrahamo, de Isaaco, de Jacobo, de Noe, de Lot, de Jona, de Mose, de Aaron, de Jesu filio Nave, de Salomone, de Josepho, de Enocho, de Elia, de Ezechiele, de Zacharia, de Joanne Præcursore, de Jesu Christo, de sancta Maria, de sancta Anna illius matre, de Joachimo, de sanctis apostolis, præcipue de Simone Petro, qui lingua tua dicitur Simeon Sapha. Inveni etiam tuum Coranum vera et falsa dicere. Veritas orta est ex doctrina quam Muhamed habuit a Pachura, mendacium vero et falsitas fluxit ex scriptis Othmani. Ex quibus cognoscimus librum tuum ex cœlo missum non fuisse, quia aliquando veritatem profert et aliquando mendacia. Et ista argumenta nos prorsus persuadent Muhammedem nec apostolum, nec fuisse prophetam. Alius est enim propheta, alius apostolus. Quomodo ergo tuus Muhammed esset propheta et apostolus. Cum aliquis Babylone venit ad Sultanum cum litteris, an illum tabellarium vocant an prophetam? Cum vero aliquis stat alicubi magna hominum circumdatus caterva, et vaticinatur, et signa et miracula patrat et ostendit, quid dicimus? Vide

prophetiam prophetæ hujus vel prophetiam apostoli? A Profecto apostolus omnino prodit se apostolum, propheta vero ex prophetia sua, signis et miraculis se cognoscendum præbet. Et nos talem pro propheta habemus, qui futura narrat et præterita, et qui signis et miraculis se conspicuum reddit. Illis vero simile quid non novimus in Muhammede, ut prophetæ et apostoli nomine insigniatur. Si vero tu ipse nosti, velis et istud significare, ipse quippe ego non novi. Si vero tu nosti, ostende mihi, ubi et in quo libro istud scriptum contineatur. Omnes quippe libros vestros versavi et evolvi, sed nihil in illis utile inveni, imo prorsus omnia cachinnis et ludibrio digna. Præcipue id quod dicitur in Corano, Mahummedem scilicet exstitisse ante sæcula. At cum a vobis quæritur ubinam existebat, respondetis il- B lum inter lutum et aquam occultatum fuisse. Quis vero, o Agarene, est impius tu aut ego? Ubinam didicisti ante sæculum aquam fuisse, aut lutum exstitisse? Rursus quare non erubescis cum asseris circa thronum Dei scriptum fuisse nomen Muhammedis. Sed ubi erat tuus Muhammed, cum Deus esset, erat et thronus ejus. Thronus vero Dei est cœlum et terra, nomen vero Muhammedis continet tantum tres syllabas. Quomodo ergo circa amplitudinem istius throni circumscribi potuerunt. Dic s Deo circumscriptas fuisse, sed falleris.

τεῖαν τοῦ προφήτου τούτου ἢ τὴν προφητείαν τοῦ ἀποστόλου. Πάντως ὁ ἀπόστολος φαίνεται ἀπόστολος. Ὁ δὲ προφήτης ἐκ τῆς προφητείας αὐτοῦ καὶ τῶν σημείων, καὶ τῶν τεράτων. Καὶ ἡμεῖς τὸν τοιοῦτον προφήτην ἔχομεν τὸν λέγοντα τὰ μέλλοντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ δεικνύοντα σημεῖα καὶ τέρατα, ἀφ' ὧν οὐκ ἔγνωμέν τι εἰς τὸν Μουχάμετ, ἵνα προφήτην καλοῖμεν, ἢ ἀπόστολον. Εἰ μὲν σὺ οἶδας, φράσον. Ἐγὼ δὲ οὐκ εἶδον. Καὶ ἐὰν οἶδας, δεῖξόν μοι τοῦτο, ποῦ, καὶ ἐν ποίῳ βιβλίῳ γέγραπται. Πάντα γὰρ τὰ ὑμέτερα βιβλία διῆλθον. Καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν τι χρηστὸν, εἰ μὴ τὰ πάντα γέλωτος ἄξια. Ἐξαιρέτως, ὅτι λέγετε εἰς τὸ Κουράνιον, ὅτι ὁ Μουχάμετ ὑμῶν πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχει. Καὶ ὅταν ἐρωτᾶσθε ποῦ ὑπῆρχεν, φατὲ, ὅτι ἀναμεταξὺ πηλοῦ B καὶ ὕδατος ἐκέκρυπτο. Τίς γοῦν ἀσεβὴς, Ἀγαρηνὲ, σὺ, ἢ ἐγώ; Πρὸ αἰώνιων ποῦ ἔμαθες πηλὸν, ἢ ὕδωρ εἶναι; Πάλιν δὲ πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς, λέγων ὅτι γέγραπται γύρωθεν τοῦ θρόνου τὸ ὄνομα τοῦ Μουχάμετ. Καὶ ποῦ ἦν ὁ Μουχάμετ, ὅταν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἦν; Ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ ὁ οὐρανὸς, ἡ γῆ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Μουχάμετ τρισύλλαβόν ἐστι. Καὶ πῶς γύρωθεν καταγέγραπται τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ; Περιεγράφω τῷ Θεῷ; ἀλλὰ πεπλάνησαι.

Iterum dicis quod Muhammed unum suum profanum pedem Hierosolymam usque extenderit, altero vero cum sandaliis ipsis, calcaverit cœlos Deo proximus, et tam proximus ad latus sederet, quam C proximum est supercilio supercilium, cum Deo libere conversaretur, Deumque cognoverit, sicut Deus illum cognovit; hoc enim legi in Alcorano tuo. Cum ergo tales ineptiæ in tuo Corano contineantur, quomodo potes asserere illum e cœlo missum et delapsum fuisse. Sed si jactetis Muhammedem e cœlo descendisse postquam cum Deo fuisset confabulatus, et adhuc ferventem et calidam invenisse suam stragulam, a me vero Christiano rogatus quem istius negotii testem producere potes, dices solam Phatimam Muhammedis filiam hoc testimonio suo comprobare. Cum vero apud vos femina legitime et juste matrimonio juncta declaratur, duodecim solent adhiberi testes, hic autem nullum producis testem, sed tantum solam Muhammedis D filiam. Quandoquidem ergo in ascensione sua fuit sine testibus, quomodo testari potes illum ascendisse in cœlum? Quomodo solo Phatimæ testimonio confirmas illius ascensionem. Feminæ testimonium est sine vi et robore ad fidem ingenerandam. Noctu ergo et clam ascendit in cœlum, et descendit nullis adhibitis testibus. Et vera est illius ascensio, sicut illius prophetia. Sed dic mihi an ante vel post ascensum uxorem duxit et habuit? Quare non te subit pudor? Et rursus quomodo asseris tanquam ex tuo depromptum Alcorano, quod si Muhammed non exstitisset, et ni Deus intensissimo amore illum esset prosecutus, Deus nunquam condidisset thronum, angelos, cœlum, terram,

Καὶ πάλιν λέγεις, ὅτι ὁ Μουχάμετ ἥπλωσε τὸν ἕνα βέβηλον πόδα αὐτοῦ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἀνῆλθεν τοῦ οὐρανοῦ πλησίον τοῦ C Θεοῦ σὺν τοῖς σανδαλίοις αὐτοῦ. Καὶ τοσοῦτον πλησίον τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν, ὡς ἀπὸ ὀφρύος, εἰς ὀφρύν. Καὶ συνέτυχεν τῷ Θεῷ πεπαρρησιασμένως, καὶ ἐγνώρισε τὸν Θεὸν, καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν, καθὼς ἀνέγνων εἰς τὸ Κουράνιόν σου. Πῶς οὖν τὰ τοιαῦτα φλυαρήματα ἔχων ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ἔχεις αὐτὸν ἀπὸ Θεοῦ ἀπεσταλμένον; ἀλλὰ καὶ εἰ καυχᾶσθε, ὅτι κατῆλθεν ὁ Μουχάμετ ἐξ οὐρανοῦ μετὰ τὸ συντυχεῖν τῷ Θεῷ, καὶ εὗρεν ἔτι ζέουσαν τὴν στρωμνὴν αὐτοῦ, καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ τοῦ Χριστιανοῦ, ποῖον ἔχεις μάρτυρα τούτου, καὶ λέγεις, ὅτι ἡ θυγάτηρ μόνη τοῦ Μουχάμετ ἡ Φάτμα μαρτυρεῖ. Καὶ ὅταν μὲν γένηται ἐξ ὑμῶν γυναῖκα νόμιμον φέρεις μάρτυρας ιβʹ. Καὶ περὶ τοῦ Μουχάμετ οὐδένα ἔχεις μάρτυρα, εἰ μὴ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ μόνην. Ἐπεὶ γοῦν D χωρὶς μαρτύρων εἰς τὴν τούτου ἀνάληψιν, πῶς μαρτυρεῖς σὺ, ὅτι ἀνελήφθη; Πῶς ἐκ τῆς μαρτυρίας τῆς Φατμᾶς παριστᾷς τὴν τούτου ἀνάληψιν; Ἄπιστος ἡ τῆς γυναικὸς μαρτυρία. Καὶ νυκτὸς, καὶ κρυφίως ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κατέβη μὴ παρά τινος γνωσθείς. Ὡς ἀληθεύειν τὴν τούτου ἀνάληψιν, οὕτως καὶ εἰς τὴν προφητείαν αὐτοῦ. Δεῖξόν μοι, πρὸ τοῦ ἀναληφθῆναι, εἶχεν γυναῖκα, ἢ μετὰ ταῦτα; Πῶς οὐκ αἰσχύνῃ; Καὶ πάλιν πῶς λέγεις, ὡς ἀπὸ τοῦ Κουρανίου σου, ὅτι ἐὰν οὐκ ἦν ὁ Μουχάμετ, καὶ ἡ ἐκ Θεοῦ σφοδρὰ ἀγάπη αὐτοῦ, οὔτε θρόνος, οὔτε ἄγγελος, οὔτε οὐρανὸς, οὔτε ἥλιος, οὔτε σελήνη, οὔτε ἀστέρες, οὔτε γῆ, οὔτε ἄνθρωποι ἔμελλον εἶναι. Παμβέβηλε, νῦν τίς ἐστιν ἀσεβὴς καὶ ἄθεος, ἐγὼ, ἢ σύ; ποῦ ὁ Μουχάμετ, ὅταν ὁ θρόνος ἦν τοῦ Θεοῦ,

καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ; Καὶ μετὰ ταῦτα ὅταν A οἱ ἄγγελοι ἦσαν, καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ γῇ, ὑμνοῦντες, καὶ δοξολογοῦντες τὸν ἐπὶ θρόνου καθήμενον.

solem, lunam, sidera, nec ulli homines fuissent unquam exstituri. Scelestissime, quis est impius et atheus, ego an tu? Ubi erat Muhammed cum erat solium et thronus Dei, et Deus illi insidens? et cum erant angeli, et cœlum, et terra, et homines, et omnes creaturæ terrestres laudibus et hymnis prosequentes sedentem super thronum.

Λοιπὸν γοῦν ἀρνῇ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἣν εἶχεν πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ὃς ἔπλασεν αὐτὸν, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακὼβ, καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν, Νῶε, Μωϋσῆν, Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ, τὸν Δαβὶδ, τὸν Σολομῶν, τὸν Ζαχαρίαν, τὸν Πρόδρομον Ἰωάννην, οὓς καὶ τὸ Κουράνιόν σου μαρτυρεῖ, ἐπαινῶν καὶ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ λέγει εἰς τὸ Κουράνιόν σου· Ἐξῆλθεν ἐκ Θεοῦ καὶ ἔστιν Λόγος αὐτοῦ, καὶ συνάναρχος. Ἀλλὰ δεῖξαι ἔχω, ὅτι ψευδὲς ἦν τὸ B Κουράνιόν σου τὸ διδαχθὲν παρὰ τοῦ Ὀθμάνη. Λέγει γοῦν τὸ Κουράνιόν σου εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς τραπέζης, ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ Θεοῦ ἐστι τοῖς ἀνθρώποις, ἅπερ ἔρχονται. Εἰσέτι παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ τὸν Θεὸν ποιεῖς αἴτιον, τοὺς δέ γε λῃστὰς, καὶ τοὺς φαρμακοὺς, καὶ φονεῖς, καὶ τοὺς κακῷ θανάτῳ τελευτῶντας οὕτως, φησὶν, ὁ Θεὸς ἔγραψεν. Ἀνόητε καὶ βραδὺ τῇ καρδίᾳ, ἐπεὶ τὸ Κουράνιόν σου Λόγον Θεοῦ λέγεις, πῶς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ψεύδεται, καὶ τὸ πονηρὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐκ Θεοῦ ἐστιν; ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως πῶς οὐκ ἀφώρισται τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς; Ἀλλὰ τοῖς μὲν δικαίοις ὁ παράδεισος, καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἡ κόλασις. Τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἐκ Θεοῦ ὄντος, πῶς ἐξεχωρίσθη ὁ Ἀδὰμ τοῦ παραδείσου. C Πῶς ἐξέπεσεν ὁ διάβολος εἰπών· Θήσω τὸν θρόνον μου ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ· εἰ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ Θεοῦ ἐστι, πῶς ἀπώλοντο Σόδομα, καὶ Γόμορρα αὐτοῖς ἔργοις, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῶν; Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε, πῶς ὁ κόσμος ἀπώλετο; Καὶ πῶς ἑβδομήκοντα δύο φυλῶν οὔσης τῆς γενεᾶς τῶν Μουσουλμανῶν, ἡ μία ἐστὶν, ὡς λέγετε, τοῦ παραδείσου; καὶ αἱ ἄλλαι τῶν κολάσεων; Ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ τῶν λόγων ψεύδεσαι; Καὶ οὔτε, ὡς σὺ λέγεις, ἔστιν τοῦ Θεοῦ τὸ Κουράνιόν σου, οὔτε ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατῆλθεν, ὡς ληροῖς. Καὶ γὰρ ἄδικον ποιεῖς τὸν Θεὸν λέγων, ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν ἐκ Θεοῦ ἐστιν. Ὁ δὲ Θεὸς κρίνει τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ πονηρὸν, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ D ἀξίως.

Sic debes negare dilectionem Dei erga Adamum, quem formavit et illius liberos, et Abrahamum, et Isaacum, et Jacobum, et omnes patres antecessores nostros, Noam, Mosen, Jesum filium Nave, Davidem, Salomonem, Zachariam, Joannem Præcursorem, quos memorat Alcoranus tuus, celebrans et ipsum Dei Verbum Jesum Christum. Sed dicitur de Corano tuo: Exivit a Deo et est illius Verbum, sicut ille sine principio exsistens. Ostendam vero falsum esse Coranum tuum quem tradidit et docuit Othmanes. Dicit ergo Coranus tuus in principio sermonis de mensa, quod omnia quæ hominibus contingunt bona vel mala a Deo procedunt. Si ergo Deum facis omnis boni et mali auctorem, latrones, veneficos, homicidas, violenta morte pereuntes Deus tales futuros scripsit et determinavit. Inepte, et corde spirituque tarde, si Coranum Verbum Dei esse existimas, quomodo Verbum Dei potest falsa pronuntiare, et si bonum et malum a Deo est, in die judicii quomodo separata et distincta conceduntur justis et injustis? Sed justos paradisus, peccatores vero supplicia manent. Bono ac malo æque a Deo orientibus, quare Adamus paradiso pulsus et ejectus fuit? Quare cecidit et ruit diabolus dicens: Collocabo thronum meum super nubes cœli, et ero similis Altissimo. Si malum et bonum habent Deum auctorem, quare operibus suis vastatæ sunt Sodoma et Gomorrha, et in peccato suo perierunt? Similiter temporibus diluvii Noe, quare periit mundus? Et quare septuaginta duarum tribuum et familiarum generationis Musulmanicæ, unica tantum, ut asseritis, paradisum consequetur, aliæ vero pœnis et suppliciis adjudicabuntur? Vides quomodo mentiaris, et Coranum tuum nec a Deo originem habere, nec e cœlo descendisse, ut delirus asseris. Nam Deum ipsum injustum fingis, dicens bonum et malum a Deo originem habere. Sed judicat bonum et malum, et convenienter reddit unicuique secundum opera sua.

Λέγεις· Ὅστις οὐ πλύνει τὴν καθέδραν του, εἶτα τὸ στόμα του, εἰς παράδεισον οὐκ εἰσέρχεται, καθὼς διαλαμβάνει τὸ Κουράνιόν σου. Καὶ αὖθίς φησι, ὅτι ὁ τρώγων χοίρειον κρέας, οὐκ εἰσέρχεται εἰς παράδεισον ὅτι μιαίνεται ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν, ὁ μέλλων λαβεῖν γυναῖκα, ἐνώπιον δέκα μαρτύρων λαβέτω αὐτὴν, ἵνα δικαία ἐστὶν αὐτὴ ἡ πρᾶξις. Πῶς δέκα μαρτυρίας διὰ γυναῖκα ζητεῖς, καὶ διὰ τὸν προφήτην σου οὐδένα, τὸν συντυχόντα τῷ Θεῷ στόμα πρὸς στόμα; Λοιπὸν, οὔτε τὸν Θεὸν γινώσκετε, οὔτε προφήτην, οὔτε ἀπόστολον, οὔτε σημεῖα οἴδατε, οὔτε τέρατα. Οὔτε τὸ Κουράνιον ὑμῶν ἐστιν Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὅτι Θεὸν οὐ γινώσκετε. Ὅτι οὐχ

Dicis: Qui non lavat anum, et postea os suum, non potest ingredi paradisum, ut statuit et censet tuus Alcoranus; et rursus asserit eum qui carnem suillam comedit, non adepturum beatitudinem paradisi, quia tunc paradisus Dei contaminaretur. Et rursus dicis quod qui uxorem sit ducturus, debet illam ducere præsentibus decem testibus, ut totum istud negotium legitimum habeatur. Quare vero decem testimonia ad uxorem marito legitime copulandum requiris, nullum vero ad asserendam dignitatem prophetæ tui, qui ore ad os cum Deo est collocutus. Cæterum, neque Deum nostis, nec prophetam, nec apostolum, nec signa nostis, nec miracula,

neque Coranus vester est Verbum Dei. Et revera Deum non nostis, nam in Corano vestro non inveni nomen creatoris, rationalis, et immortalis Dei, sed tantum nomen Dei quem Arabes colebant ante adventum Muhammedis, nimirum phosphorum seu astrum matutinum. Non habes prophetam, nam nihil ostendisti quod spectaret illius prophetiam, et ubi scripta legeretur, sicut nos habemus vaticinia prophetarum in quibus præterita et futura narrant, antequam vidissent opus aliquod fusum, vel scriptum unde illa haurire possent. Sed nec apostolus nec propheta fuit Muhammed. Nam non nobis constat illum ascendisse in cœlos vel descendisse. Testaris quidem angelum Dei venisse ad Muhammedem, et sic sequeretur angelum fuisse apostolum, non vero Muhammedem ipsum. Nec signa nec miracula ab illo patrata potestis proferre ex ipso Corano. Et nihil in illo inveni, quod redoleret et spiraret Verbum Dei; sed tantum figmenta et profanas sermocinationes.

A εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ὄνομα τοῦ δρῶντος καὶ λογικοῦ Θεοῦ, καὶ ἀθανάτου, εἰ μὴ ὄνομα Θεοῦ, ὃν οἱ Ἄρραβες πρὸ τοῦ Μουχάμετ ἐπίστευσαν, ὅς ἐστιν ὁ ἑωσφόρος ἀστήρ. Οὐκ ἔχεις προφήτην, ὅτι οὐκ ἔδειξάς μοι περὶ τῆς προφητείας αὐτοῦ ποῦ ἐγράφη, καθὼς ἔχομεν ἡμεῖς τὰς τῶν προφητῶν προφητείας, ἐν αἷς εἶπον περὶ τῶν προγεγονότων, καὶ τῶν μελλόντων πρὸ τοῦ ἰδεῖν χρυσοχόου ἔργον, ἢ γραμματικόν. Ἀλλ' οὐδὲ ἀπόστολος ἦν, οὔτε προφήτης ὁ Μουχάμετ, ὅτι οὐκ οἴδαμεν αὐτὸν ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἢ καταβάντα. Συμμαρτυρεῖς, ὅτι ἄγγελος Κυρίου ἔρχεται εἰς τὸν Μουχάμετ. Καὶ λοιπὸν ὁ ἄγγελός ἐστιν ἀπόστολος, καὶ ὁ Μουχάμετ οὐδέν. Οὐδὲ σημεῖα καὶ τέρατα οἴδατε ἐξ αὐτοῦ. Ὅτι οὐδὲν εὗρον αὐτὸν Λόγον Θεοῦ, εἰ μὴ πλαστὰ καὶ βέβηλα λόγια.

Et, quæso, dic mihi quomodo Verbum Dei unitum esset libro, seu Corano tuo, aut volumini, et Coranus tuus evaderet Verbum ipsi Deo coævum. In platea offendi pueros quam plurimos, qui Coranum gestabant, et cum aliquis eorum privatim volebat secedere propter necessitatem, Coranum juxta se collocabat, et sedebat. Alioqui per totam diem pueri Coranum habent, et aliquando illum calcant, aliquando cum illo ludos agunt, aliquando vero illo se mutuo impetunt et verberant. Quomodo ergo Coranus esset Verbum Dei, et ipsi Deo coæternus. Quare non annuis dicenti Jesum Christum excitantem mortuos, peccata tollentem et abolentem, variis signis et miraculis se commendantem esse ipsum Verbum Dei, et ipsi coævum. Sed potius illum ut atheum exagitas. Quomodo audes asserere Muhammedem, Christum, Adamum, prophetas unius esse ordinis parisque sortis et dignitatis apud Deum? et cum Coranus tuus ore ipso Pachuræ dicat Christum esse Verbum Dei, quare asseritis illum creatum fuisse, ut Muhammed et alii. Et si Christum est Verbum Dei, cur illum prophetam vocas. Quem inveniemus in Corano tuo duobus his nominibus designatum, Jesus Christus, id est Deus et homo? Quis propheta dictus propheta et apostolus.

B Καὶ πῶς, εἰπέ μοι, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἡνώθη τῷ χαρτίῳ, ἤγουν τῷ Κουρανίῳ σου, καὶ τῷ τομαρίῳ, ἵνα ὑπάρχει τὸ Κουράνιόν σου λόγος σύναρχος τοῦ Θεοῦ; Κατὰ τὴν ὁδὸν μικρὰ παιδία κρατοῦντα τὸ Κουράνιον σου, καὶ ἐν τῷ μέλλειν αὐτῶν τῶν παιδίων καθ' ἑκάστην ἐξέρχεσθαι διὰ χρείαν αὐτῶν, ἔθεντο πλησίον αὐτῶν καὶ τὸ Κουράνιόν σου, καὶ ἐκάθησαν. Καὶ ἄλλως δι' ὅλου τῆς ἡμέρας οἱ παῖδες ὑμῶν κατέχουσιν αὐτό. Καὶ ποτὲ μὲν πατοῦσι, ποτὲ δὲ παίζουσι μετ' αὐτοῦ. Ποτὲ δέρρονται εἰς τὸν ἕτερον μετ' αὐτοῦ. Πῶς γοῦν ἐστι Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ σύναρχος τὸ Κουράνιόν σου; Πῶς οὐ παραδέχεσαι λέγοντα, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀναιρῶν, καὶ πολλὰ σημεῖα C καὶ τέρατα δεικνύων, ὅς ἐστιν Λόγος Θεοῦ καὶ σύναρχος, ἀλλὰ καὶ ἄθεον αὐτὸν ἀποκαλεῖς; Πῶς τολμᾷς λέγειν, ὅτι ὁ Μουχάμετ, καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ὁ Ἀδὰμ, καὶ οἱ προφῆται ἑνός εἰσι τόπου, καὶ μιᾶς ἀξίας παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ τὸ Κουράνιόν σου, φησὶν, ἐκ στόματος τοῦ Παχουρᾶ, ὅτι ὁ Χριστὸς Λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, διὰ τί λέγετε αὐτὸν κτιστὸν, ὡς αὐτὸν Μουχάμετ; καὶ τὸ λοιπόν. Καὶ εἰ Λόγος Θεοῦ ἐστιν ὁ Χριστὸς, πῶς αὐτὸν προφήτην καλεῖς; Ποῖον εὕρομεν ἐν τῷ Κουρανίῳ σου ἔχοντα δύο ὀνόματα Ἰησοῦν Χριστὸν, τοῦτ' ἔστιν Θεὸς καὶ ἄνθρωπος; Διὰ ποῖον προφήτην εἶπον προφήτην καὶ ἀπόστολον;

Christus est Verbum Dei et Deo coævus. Quomodo convenit nomen Dei, criminis et sceleris puri et immortalis, nomini illius qui in peccato natus est, qui peccatum novit, et in peccatis mortuus est.

Ὁ Χριστὸς, Λόγος ἐστὶν τοῦ Θεοῦ, καὶ σύναρχος. D Πῶς ἔοικεν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀναμαρτήτου, καὶ ἀθανάτου, τῷ ὀνόματι τοῦ ἐξ ἁμαρτίας γεννηθέντος, καὶ τὰς ἁμαρτίας γνωρίσαντος, καὶ ἐν αὐταῖς κακῶς ἀποθανόντος;

Nobis non est compertum Mahumedem verbis et operibus potentem fuisse, sicut fuit olim Christus; hinc Coranus asserit Jesum Christum cruci non fuisse affixum, nec mortuum, ne illius resurrectionis miraculum constaret, sed illum sicut Deus exsistere immortalem. Sed error est et deceptio. Nam licet negetis illius crucem et resurrectionem, nunquam poteritis negare resurrectionem eorum quos ex mortuis excitavit. Hoc signum tibi sufficit

Οὐκ οἴδαμεν τὸν Μουχάμετ δυνατὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, ὥσπερ τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο λέγει τὸ Κουράνιόν σου, ὅτι τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν οὔτε ἐσταύρωσαν, οὔτε ἐφόνευσαν, διὰ τὸ μὴ φανερῶσαι τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, ὅτι ἀθάνατος ὑπάρχει καθὰ Θεός. Ἀλλὰ πεπλάνησθε. Τὴν γὰρ σταύρωσιν αὐτοῦ ἀρνούμενοι καὶ τὴν ἀνάστασιν, τὴν τῶν νεκρῶν ἐξανάστασιν, οὓς ἀνέστησεν, οὐ δύνασαι ἀρνήσασθαι. Τὸ σημεῖον ἀρκεῖ σοι, ὅτι τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν αὐτὸς οὐκ ἐνε-

χροῦτο πώποτε, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἀθάνατός ἐστιν. Πῶς A γοῦν, εἰ ἀθάνατός ἐστιν, καὶ ποιητής, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν, ἐξ ἴσου αὐτῷ τὸν Μαχόμετ ποιεῖς; Μὴ ὁ Μουχάμετ ἀνέβη ἐν ἀλαλαγμῷ; Οὔτε ἐκάλεσαν οἱ ἄγγελοι γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, εἰ μὴ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἀνεβόησάν τὸ, «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.» Σήμερον γὰρ ἐγεννήθη παιδίον νέον ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.» Πεπλανημένε, ἄκουσον τὸ, «Χαῖρε,» ὑπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ πρὸς τὴν παναγίαν Παρθένον, ὅτι «ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.» Καθὼς ἀκούεις ἐκ τοῦ κεφαλ. ια' εἰς τὴν γραφὴν τοῦ Ζαχαρίου. Καὶ ἡ Παρθένος ἐν ναῷ Κυρίου παραγέγονεν. Καὶ ἄγγελος Κυρίου τροφὴν κομίζων αὐτῇ, ἐκ τῆς γραφῆς τοῦ Ζαχαρίου. Καὶ πάλιν, τὰ οὐράνια B πάντα ἐξέστησαν εἰς τὴν γέννησιν τοῦ νέου παιδίου τοῦ πρὸ αἰώνων Θεοῦ. Διὸ οἱ ἄγγελοι προσῆγον τὸν ὕμνον, οἱ ποίμενες τὸ θαῦμα, ἡ γῆ τὸ σπήλαιον, ἡ ἔρημος τὴν φάτνην, οἱ οὐρανοὶ τὸν ἀστέρα, οἱ Μάγοι τὰ δῶρα. Οὕτως ὑπάρχει ἡ γέννησις τοῦ Θεοῦ Λόγου. Καὶ τὸ Κουράνιον προσθεὶς λέγει οὕτως· Ἡνίκα ἐγεννήθη ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ τοῖς δορυφόροις συνέτυχε. Καὶ λαβὼν πηλὸν πεποίηκε πτερωτὰ καὶ ἑρπετὰ ᾔσθησαν. Πῶς οὐχ εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου κἂν ἕνα ἔπαινον τοῦ Μουχάμετ, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἰεμενᾶς, καθὼς εὑρέθη ἐν τῷ Κουρανίῳ σου διὰ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὴν ἁγίαν Παρθένον Μαριὰμ καὶ Θεοτόκον; Πόθεν οὖν καλεῖς αὐτὸν ἀδελφὸν τοῦ Χριστοῦ; Ἢ ἕτερον προφήτην ἐξ ἴσης C τῷ Χριστῷ, πλάσμα ὄντες τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ περίγραπτοι καὶ θνητοί, καὶ φθαρτοὶ, πῶς ἐξισοῦνται τῷ Θεῷ Λόγῳ ἀνάρχῳ καὶ ἀτελευτήτῳ ὄντι;

quod mortuos vivificans ipse morti non fuit obnoxius. Sed sicut Deus ille ipse est immortalis. Si vero est immortalis, conditor, et mortuos vitæ pristinæ restituens, quomodo illum Muhammedi similem et parem constituis. Non Muhammed ascendit in cœlum cum jubilis et acclamationibus. Neque angeli alium increatum et genitum suis clamoribus sunt prosecuti quam Dominum nostrum Jesum Christum, et solo nascente Christo in has eruperunt voces: Gloria in excelsis Deo, in terra pax, erga homines bona voluntas, hodie quippe natus est infans novus, qui est Deus ante sæcula. O erroribus obnoxie, audi salutem archangeli Gabrielis qua sanctissimam Virginem adoriebatur. Nimirum: Dominus tecum, virtus Altissimi te adumbrabit, sicut illud auditur et hauritur ex capite XI libri seu scripti Zachariæ: Et Virgo erat in templo, et angelus Domini illi ministrabat victum. Ex eodem scripto Zachariæ, et rursus: Omnia cœlestia commota sunt in nativitate novi pueri qui erat Deus ante sæcula; quapropter angeli hymnum suppeditarunt, pastores admirationem, terra speluncam, desertum præsæpe, cœli stellam, magi dona. Talis exstitit nativitas Dei Verbi. Sed addatur ipse Coranus qui sic loquitur: Postquam natus esset Verbum Dei, forte cum militibus conversabatur, accepit vero lutum illoque effinxit animalia quædam volatilia et reptilia sensu omnino prædita. Quare vero in toto Corano nulla Muhammedis vel matris ejus Jemenæ occurruut encomia, sicut inveniuntur quæ spectant Dominum nostrum Jesum Christum, et sanctam ejus Matrem Virginem Dei Genitricem? Unde fit quod illum vocas fratrem Christi? Aut quomodo alium prophetam æquabis Christo, cum ipsi sint opera Dei Verbi? Et cum sint circumscripti, mortales et corruptibiles, quomodo æquabuntur Deo Verbo quod caret principio et fine?

Καὶ πῶς, λέγοντός μου, ὅτι ὁ Χριστὸς Υἱὸς Θεοῦ ἐστι, καὶ Λόγος Θεοῦ, λέγεις σὺ, Καὶ ὁ Ἀδὰμ Λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ; Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐποίησεν, καὶ ὅτι ἄνευ σπορᾶς ἐτέχθη, καὶ ἀναμάρτητός ἐστιν, ὑμεῖς φατε, ὅτι καὶ ὁ Ἀδὰμ ὅμοιος. Καὶ ὅτι οὐδὲ ἴχνος ἁμαρτίας παρ' αὐτῷ Χριστῷ ἐστιν, λέγεις, Καὶ Ἰωάννῃ τὸ αὐτό· Καὶ τί θαυμαστόν; Καὶ ὅταν λέγω ὅτι νεκροὺς ἀνέστησεν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, Καὶ Ἠλίας ἀνέστησεν. Καὶ ἂν ἐγὼ λέγω, Ὁ D Κύριος ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς, λέγετε, Καὶ τί παράδοξον; καὶ ὁ Ἐνὼχ ὁμοίως. Ἕτοιμός εἰμι ὁ ταπεινὸς Ἐδεσηνὸς μοναχὸς ἐλέγξαι σε περὶ πάντων ὧν λέγεις διαψευδόμενος. Ὦ ἀνόητε κἂν λέγῃς ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἔοικεν τῷ Χριστῷ διὰ τὸ, ὡς πρωτόπλαστος ἦν, καὶ ἄνευ σπορᾶς ἦν, λοιπὸν καὶ ὁ πρῶτος ἀγατίδαρος, καὶ ὁ κύων, καὶ ὁ ὄφις ἄνευ σπορᾶς εἰσιν, καὶ ἐοίκασι, κατὰ τὸν σὸν λόγον, καὶ τῷ Ἀδὰμ, καὶ τῷ Χριστῷ. Καὶ αὐτόθεν λέγω σοι· Ὁ Ἀδὰμ ποίημά ἐστιν τοῦ Θεοῦ Λόγου. Καὶ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, Χριστός ἐστιν. Καὶ πῶς ἴσους ποιεῖς; Ὁ Ἀδὰμ δοῦλος καὶ ὑπουργὸς, καὶ παρέβη τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁμαρτήσας ἐξωρίσθη τοῦ παραδείσου. Καὶ πῶς ἔοικεν ὁ ἀναμάρτητος Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ

Quare vero, me asserente Christum esse Filium Dei et Verbum Dei, regeris Adamum esse verbum Dei? Cum dico Christum signa et miracula patrasse, et sine semine natum, et nulla peccati labe inquinatum, cur dicitis idem occurrere in Adamo? cur asseritis quod, si in Christo nulla apparuerint peccati vestigia, idem de Joanne dici possit, et hoc inter miranda non esse recensendum? Et cum assero Christum mortuos excitasse, cur dicitis Eliam idem etiam præstitisse? Et cum profiteor Dominum in cœlos ascendisse, cur respondetis hoc non esse paradoxum, et extra rerum et exemplorum ordinem, cum eidem etiam Enocho contigerit. Sed ego humilis monachus Edessenus sum paratus ad diffianda et confutanda ea omnia quæ profers mentiendo. O ineptissime, si ideo Adamus cum Christo conferendus quia sicut Christus primus homo formatus fuit sine semine, sequeretur primum asinum, primum canem, primum serpentem, secundum ratiocinationem tuam, cum Adamo et Christo posse conferri, nec illa in eo esse deterioris sortis; nam sicut ille, formata sine semine fuerunt ista animalia. Sed rursus tibi regero Adamum ipsum fuisse creaturam et opus

ipsius Verbi Dei, Verbum vero Dei est Christus ipse. Quomodo ergo illos pares et similes constituis. Adamus fuit servus, minister, et mandatum Dei trangressus est, et post peccatum exsul paradiso pulsus est. Quomodo ergo similis esset Verbo Dei, quod est immortale, quod est sine peccato, et quod semper occupat eumdem locum quem ab æterno occupavit.

A ἀθάνατος, καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας ὅπου ἦν τὸ πρότερον;

Dixi tibi Christum sine semine natum, et nunquam peccato obnoxium fuisse; regeris vero tu quod idem de Joanne dici possit. Sed mentiris, nam etiamsi non peccaverit et soboli generandæ non vacaverit, natus est tamen ex semine, et eo modo naturali quo homines generari solent. Quomodo ergo Christo conferri potest? Dixi Christum vim suam exeruisse in variis signis et miraculis patrandis; dicis vero tu, quod Moses idem fecerit. Sed falleris. Moses sine nomine Christi miracula patrare non poterat. Primo quippe dicebat Pharaoni Hebraica lingua: Aia, Aser, Aia, Aspaot, misit me ad te, hoc est Deus, Dominus, Spiritus sanctus, quibus verbis satis ostendit propriam suam servitutem, qua superiorem et Dominum agnoscebat; imo sanctam Trinitatem etiam manifestavit dicens: Deus, Dominus, et Spiritus sanctus. Et ad tempus tantum, et cum precibus et lacrymis miracula patravit. Quia et postea in Dei mandatum impingens, propterea non vidit terram promissionis, et extra illam suaviter mortuus est. Quo de negotio sic loquitur Coranus tuus *Μπατελμουκάτεμ*, seu terram promissionis. Christus vero sine precibus et efflagitationibus mortuos excitavit, imperante quippe voce sic locutus ad Lazarum quatriduanum: Lazare, veni foras; quomodo ergo conferri potest cum Adamo, cum Mose, vel cum alia quapiam creatura? Ante vero cum dicerem Christum gloria circumdatum ascendisse in cœlos, dixisti Enochum pari miraculo conspicuum fuisse, et nihil in Christo novi contigisse.

Εἰπόν σοι, ὅτι ὁ Χριστὸς ἄνευ σπορᾶς ἐτέχθη, καὶ οὐδὲν ἥμαρτεν. Καὶ σὺ λέγεις· Καὶ Ἰωάννης τὸ αὐτό. Ἀλλὰ ψεύδῃ. Εἰ καὶ οὐκ ἔσπειρεν, καὶ οὐχ ἥμαρτεν, ἀλλ' ἐκ σπέρματος ἐτέχθη, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἐγένετο φύσιν. Νῦν ἐρωτῶ σε πῶς ἔοικε τῷ Χριστῷ; εἰπόν σοι, ὅτι ὁ Χριστὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐποίησεν, καὶ εἶπας, ὅτι καὶ Μωϋσῆς τὸ αὐτό. Ἀλλὰ ψεύδῃ. Ὁ Μωϋσῆς χωρὶς ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ σημεῖα ποιῆσαι οὐκ ἐδυνήθη. Εἶπεν γὰρ πρῶτον B Ἑβραΐδι φωνῇ πρὸς τὸν Φαραώ, Ἀϊά, Ἄσαρ Ἀϊά, Ἀσπαούθ· Ἀπέστειλέ με πρὸς σέ, τοῦτ' ἔστιν, Θεός, Κύριος, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ ὑπέδειξε τὴν οἰκείαν δουλοσύνην πρὸς τὸν Δεσπότην αὐτοῦ. Ἐφανέρωσε τὴν ἁγίαν Τριάδα, εἰπών, Θεός, Κύριος, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ διὰ μὲν χρόνων, καὶ δι' εὐχῶν, καὶ δακρύων πεποίηκε τὰ θαύματα. Ἐκ τότε πταίσας πρὸς τὸν Θεὸν οὐκ εἶδεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ κατ' ἡδονὴν τετελεύτηκεν. Καὶ περὶ τούτου τὸ Κουράνιόν σου λέγει, *Μπατελμουκατέμ*· ἤγουν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ὁ Χριστὸς χωρὶς εὐχῆς καὶ παρακαλέσεως τοὺς νεκροὺς ἀνέστησεν. Δεσποτικῇ φωνῇ γὰρ ἐλάλησεν πρὸς τὸν τετραήμερον Λάζαρον· « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Πῶς γοῦν ἔοικεν τῷ Ἀδάμ, καὶ τῷ Μωϋσῇ, ἢ ἑτέρᾳ τινὶ τῶν κτισμά- C των φύσει. Λέγων πάλαι, Ὁ Χριστὸς ἀνελήφθη εἰς οὐρανούς, ὡς εἰπόν σοι, ἐν δόξῃ· καὶ σὺ εἶπας, ὅτι Καὶ ὁ Ἐνὼχ ὁμοίως, καὶ τί καινόν;

Insulse, et ab omni veritate aliene, si Enoch istam libertatem et gloriam illius sortis et fati est consecutus, verum quidem dicis. Sed ex tuis scriptis constat hoc esse falsum. Coranus quippe tuus dicit Enochum nunc esse in loco quodam altissimo, et in ipso tuo Corano inveni locum istum esse paradisum. Sequitur ergo Enochum esse tantum in paradiso. Quod vero Dominum spectat, legitur in Alcorano quod Deus vocaverit Jesum Christum ut locum occuparet supra cœlos sublimiores; et in Evangelio nostro legitur: Domine, ascensione tua attoniti fuerunt Cherubim, cum te viderent super nubes incedentem et sedentem. Quænam ergo inter illum fingi potest et Enochum comparatio? Iterum diligenter animadverte, quod nullus præter Christum cum jubilo et acclamationibus et cum tubæ clangore ascendit; qui descenderat ex cœlo, iterum cum gloria remeavit ad cœlos ubi prius erat, sicut legitur in scriptis prophetarum nostrorum; nam sicut Dominus descendit, et sicut Dominus iterum in cœlos ascendit. Quomodo ergo illi similis esset Enochus? Igitur terrenus, creatus, servus, mortalis, corruptibilis Muhammed in cœlos non ascendit; nec errore isto nimium tibi blandiaris, quasi verum esset Muhammedem in cœlos ascendisse, quia illius

Ἄφρον, καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας! Ἐὰν ἔχῃ ὁ Ἐνὼχ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν δόξαν τῆς *μοίρας αὐτοῦ*, ἀληθεύεις. Ἀλλὰ διὰ τῶν σῶν γραμμάτων ψευδόμενον τὸ Κουράνιόν σου λέγει, ὅτι ὁ Ἐνὼχ κεῖται εἰς ὑψηλὸν τόπον, εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου τὸν παράδεισον, καὶ λοιπὸν ἐν τῷ παραδείσῳ ἐστὶν ὁ Ἐνώχ. Καὶ διὰ τὸν Κύριον, οὕτως λέγει τὸ Κουράνιόν σου, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκάλεσε τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀνώτερον τῶν οὐρανῶν. Καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν Εὐαγγέλιον οὕτω φησί· « Κύριε, τῇ σῇ ἀναλήψει ἐξεπλάγησαν τὰ Χε- D ρουβίμ, θεωρήσαντά σε ἐπὶ νεφελῶν ἀνερχόμενον, τὸν ἐπ' αὐτῶν καθεζόμενον. » Πῶς οὖν ἔοικεν τῷ Ἐνώχ; Πάλιν μάθε ἀκριβῶς, ὅτι οὐδεὶς ἀνέβη ἐν ἀλαλαγμῷ, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς ἐν φωνῇ σάλπιγγος· ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ αὐτὸς πάλιν ἀνελήφθη ἐν δόξῃ εἰς τοὺς οὐρανούς, ὅπου ἦν τὸ πρότερον, καθὼς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις ἡμῶν. Ὡς γὰρ Δεσπότης καταβάς, πάλιν ὡς Δεσπότης ἀνέβη. Πῶς οὖν ἐστιν ἴσος τῷ Ἐνώχ; Χοϊκὸς καὶ ποίημα, καὶ δοῦλος, καὶ θνητός, καὶ φθαρτός, εἰς οὐρανοὺς ὁ Μουχάμετ οὐκ ἀνέβη, μὴ πλανῶ, ὥστε ἀληθεύειν ἀναληφθῆναι αὐτὸν εἰς οὐρανούς, καὶ μαρτυρεῖν περὶ τούτου τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Φατμάν. Καὶ αὖθις λέγεις· Ὁ Χριστὸς ηὔχετο, καὶ ὁ εὐχόμενος δοῦλός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἄκουσον ἐμοῦ τοῦ Ἐδεσηνοῦ. Ἔδειξά σοι πολ-

λάκις, ὅτι ὁ Χριστὸς Λόγος ἐστὶν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ A Κουράνιόν σου μαρτυρεῖ. Καὶ μὴ πολυπραγμονῇς περὶ τούτου. Τὸν Θεὸν Λόγον δοξάζει, καὶ ἀνυμνεῖ, καὶ προσκυνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν. Καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ Λόγος οὗτος ἐσκήνωσεν ἐν τῇ σαρκὶ, ἡ καὶ καλεῖται ἡ σάρξ αὐτοῦ ναὸς Θεοῦ Λόγου. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ ναῷ νεκροὺς ἐζωοποίησεν ὁ Λόγος θεοπρεπῶς, καὶ τὰ ἑξῆς.

filia Phatima hoc testimonio suo tentavit confirmare. Rursus vero dicis: Christus etiam preces adhibuit, qui vero precatur, servus Dei haberi debet. Sed audi me respondentem Edessenum. Sæpius hoc tibi comprobavi, et hoc tuus Coranus testimonio suo confirmat, nimirum quod Christus sit Verbum Dei. Et ea de re non debes nimium esse sollicitus; Deum vero Verbum honore, hymnis, adoratione prosequuntur omnes cœli virtutes, et totum genus humanum. Et Verbum istud habitavit in carne, et caro ista facta est templum Dei. Et Verbum modo Deo conveniente, mortuos vivificavit, exsistens in isto templo nimirum carne, et quæ sequuntur.

Ὁρᾷς, ἐπεὶ ναὸς Θεοῦ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, λοιπὸν οὐ χρείαν ἔχει τοῦ εὔξασθαι, καὶ ἐὰν εὔχηται ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἔλεος καὶ συγχώρησιν διδάσκει τῷ λαῷ, σῶσαι βουλόμενος αὐτούς. Καὶ B λέγεις· Καὶ ὁ ἄγγελος ἀσώματος ἦν, καὶ ναὸς Θεοῦ. Διὰ τί εὔχεται; Ληρεῖς. Οὐδέ ποτε εἶπεν ὁ Θεὸς τῶν ἀγγέλων, ἢ προφητῶν τινι, « Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, » ὡς ἐκ στόματος Δαβὶδ, ἤ, « Ναὸς εἶ τοῦ Θεοῦ. » Οὔτε πάλιν, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε. » Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀγγέλων, ἤ τινι τῶν προφητῶν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Οὐδὲ αὖθις πρὸς ἄγγελον, « Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ δεξιῶν. » Οὔτε πάλιν, « Ἀπ' ἀρχῆς τὸ ὄνομά σου ἐστὶν ὑπὲρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην εἰς τοὺς αἰῶνας. » Οὐδὲ πάλιν πρὸς ἄγγελον, ἢ προφήτην, « Σοὶ προσκυνήσουσιν οἱ βασιλεῖς τοῦ λαοῦ, καὶ αἱ φυλαὶ, καὶ ἐπὶ σοὶ εὐλογοῦνται, καὶ προσκυνήσουσί σε πάντες ἄνθρωποι. » Οὐκ ἔστιν ἄρα λοιπὸν, καὶ ὁ ἄγγελος ναὸς Θεοῦ, ὡς σὺ C δοκεῖς. Καὶ αὖθις ἐρωτῶ σε ἐκ τῆς γραφῆς σου, ὅτι ἑβδομήκοντα τρεῖς φυλαί εἰσιν οἱ Μουσαλμανοὶ, ὡς λέγεις, ἡ μία τοῦ παραδείσου, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν κολάσεων· καὶ πάντες ἕνα Μουχάμετ γινώσκουσιν καὶ ἕνα Θεὸν ἄλλον ὁμολογοῦσι, καὶ τέσσαρα δόγματα δογματίζουσι. Τὸ πρῶτον ἀπὸ Χανιφὰ, δεύτερον Σεφὶ, τρίτον Μελκὶ, τέταρτον Ἀχμὰτ Χαμπίλ.

Vides quod quandoquidem Verbum est templum Dei, sequitur non illi opus fuisse precibus, et si aliquando preces visum est fundere coram hominibus, hac agendi ratione voluit illos misericordiam et indulgentiam docere, et illos ad salutem perducere. Sed dices: Angelus est incorporeus, et templum Dei, quare ergo precatur? Sed deliras, nulli unquam angelorum aut prophetarum dixit Deus, hodie genui te, ut loquitur David, aut tu es templum Dei. Et rursus de nullo alio dictum est: Hic est Filius meus dilectus, audite illum. Et nulli angelorum aut prophetarum dictum est: sede a dextris meis donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nec de angelo dictum: Deus noster est a dextris. Nec rursus: Nomen tuum est ab initio ante solem, et lunam, et in sæcula; nec de angelo et propheta dictum: Te venerabuntur reges populi tui, et tribus populi tui in te benedicentur, et te adorabunt omnes homines. Non ergo sequitur, ut tu existimas, quod angelus sit templum Dei. Sed rursus apud te quæstionem movebo ex ipsa scriptura tua petitam, ubi narratur septuaginta tres esse tribus Musulmannorum, unicam vero paradisi deliciis potituram, alias vero omnes suppliciis et pœnis adjudicandas; et omnes quidem unum Muhammedem agnoscunt, unum vero alium Deum confitentur, et quatuor quidem sententias varias fovent et profitentur. Unam a Chanipha, alteram a Sephi, tertiam a Melchi, quartam ab Achmet Champil.

Καὶ ἔμαθον, ὅτι λέγει ὁ Μουχαμὲτ ἐν τῷ Κουρανίῳ, Ἑβδομήκοντα δύο φυλαὶ τῆς κολάσεως, καὶ μία τοῦ παραδείσου. Πάντως ὁ Μουχάμετ, οὐδὲ ἀπὸ πολλῆς συλλογῆς βιβλίων ἐπαίδευσεν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἵνα οἱ μὲν γινώσκουσιν, οἱ δὲ μή. Ἀπὸ τῆς D τοιαύτης συλλογῆς πάντως ἡ διδαχὴ αὐτοῦ πᾶσα, καὶ ἡ πρὸς τὸν λαὸν κήρυξις, καὶ ἡ πίστις ἡ φοβερὰ, καὶ τὸ δόγμα, καὶ ἡ ὁμολογία τοῦ παραδείσου, καὶ τῆς κρίσεως, καὶ ἡσυχίας, καὶ ὁ ὕμνος, καὶ ἡ ψαλμῳδία, καὶ ἡ προφητεία αὐτοῦ, καὶ ἡ διδασκαλία, καὶ ἡ σοφία, καὶ τὸ φῶς, καὶ ὁ νόμος, ὃν δέδωκε τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν, τοῦτ' ἔστι τὸ εἰπεῖν, Οὐκ ἔστιν Θεὸς, πλὴν Θεοῦ, καὶ ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Καὶ πάλιν, τοῦτό ἐστιν τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, τὸ λέγειν, Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐλεοῦντος, καὶ ἐλεημένου, ᾧ οἱ ἐν ἀληθείᾳ εὐχόμενοι. Καὶ ὅτι παρὲξ τοιούτου δόγματος οὐ δοξάζεις, ἕτερος λόγος σωτηρίας οὐχ ὑπάρχει. Καὶ ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσας.

Et audivi et novi quod Muhammed doceat in Alcorano septuaginta duas tribus suppliciis, unicam vero destinari paradiso. Certe Muhammed ex varia et multiplici librorum cognitione populum suum non docuit et institutione erudivit, ut quidam, illius doctrinam assequerentur, alii vero non; ex una et eadem farragine fluxit tota illius doctrina, et illius ad populum prædicatio. et horrenda fides, et doctrina, et confessio de paradiso, ultimo judicio, et quiete æterna, et hymnus, et psalmi, et disciplina, et supplicatio, et lux, et lex, quam genti Musulmanicæ tradidit, in eo tantum consistit, ut dicatur, non est Deus nisi Deus, et Muhammed apostolus Dei. Et iterum, hæc est summa salutis vestræ, in nomine Dei miseratoris et misericordis quem in veritate precamini, et præter istud dogma, nulla alia Dei celebratio, nullumque apud vos aliud verbum salutis. Et Muhammed est apostolus Dei qui tamen regnum Dei non est consecutus; quicunque

vero sicut scriptum est confessus fuerit, inter cives et accolas paradisi recensebitur. Væ toti generi Musulmanico propter talem doctrinam. Quia qui hæc audit, et credit illa in paradiso fieri, immergitur peccato sicut aqua scaturiens et mergens herbam. Cæterum quandoquidem omnes Musulmanni ut ipse bene novi, talia verba proferunt et sic omnes sentiunt, quomodo tu asseris septuaginta illorum tribus et familias pœnis adjudicari, unicam vero paradisum consecuturam. Ostende mihi quomodo hoc fiat, si illud nosti; si vero illius non es conscius, hoc tibi ipsi, ipse dicam et significabo.

Propterea dixit Muhammed septuaginta duas tribus ad supplicia destinari, unam vero ad paradisi voluptates, quia septuaginta duæ, inquit, sunt tantum Musulmannicæ quoad cultum publicum, et externe tantum profitentur vera dicere Muhammedem, clam vero asserunt populum Muhammedis cum illo falli et fallere. Et dicam tibi quænam sint istæ tribus, et eorum nomina, nempe Chasisimi, Separi, Ismaeli, Moutani et reliquæ quæ sequuntur. Sed ne nimis longas verborum ambages nectamus, rursus dico quod septuaginta duæ vestræ linguæ, abnegent Muhammedem. Nostræ vero omnes unicam fidem profitentur, et Christum religiose colunt. Si vero vestræ septuaginta duæ tribus et linguæ Muhammedem abnegent et reprobent, quænam veritatem proferent. Omnino vel plures vel una saltem mentientur. Nec est quod dicatis fideles et electos veritatem profiteri. Nam hoc etiam responsum dissolvam et elidam. Nam dic mihi, o Agarene, quare Deum ipsum convicîaris et calumniaris, asserens Deum hæc verba in ambitu throni sui exarasse, non est fides vera alia quam fides electorum Musulmannorum. Hoc quippe inveni scriptum in Corano tuo. O a veritate aberrans, nullus unquam vidit Deum, nec illius thronum conspexit, quis te ergo certiorem fecit ista circa thronum Dei esse scripta et exarata? Si vero dicas hoc te didicisse ex tuo ipso Corano, certe prorsus mentitur Coranus tuus. Nam ubi erant omnes Musulmanni cum esset thronus Dei, et sedens super illum, qui tegit aquis superiora illius, et omnia comprehendit.

Nunc vero dic mihi, o fidelis, quo titulo gaudere contendis inter omnes alias nationes, an non summa salutis hominum fidelium, et vera et recta via ad vitam æternam, et fundamentum salutis animæ et corporis, et puræ ad Deum orationis, est cognitio Dei. Tu vero deum ratione et vita carentem agnoscis et confiteris, illumque cultu divino prosequeris et veneraris ut superius ostensum est. Adde te non habere prophetam aut apostolum; qua ratione ergo teipsum electum voces declara et comproba. Nec habes sacerdotium, nec gratiam, nec templum, nec remedium ad morbos animæ et corporis curandos, nec psalmos, nec orationes. Si mentiar, fac ut constet falsitas et mendacium meum. Illa ergo agnoscens quomodo poteris ingredi regnum cœlorum et gratiæ Dei particeps evadere? Ab istis omnibus es quam longissime alienus.

A Ὅστις δὲ ουτος ὁμολογήσας, ὡς γέγραπται, ἐστὶν πολίτης τοῦ παραδείσου. Οὐαὶ τὸ γένος τῶν Μουσουλμανῶν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. Ὅτι ὁ ἀκούων τούτου τοῦ γενέσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ εἰσάγει τῇ ἁμαρτίᾳ ὡς βρύσιν χόρτου. Λοιπὸν, εἰπεὶ πάντες οἱ Μουσουλμανοὶ, ὡς οἶδα κἀγὼ, τοιαῦτα λόγια λέγουσι, καὶ φρονοῦσι, σὺ πῶς λέγεις, ὅτι ἑβδομήκοντα δύο εἰσὶν φυλαὶ τῆς κολάσεως, καὶ μία τοῦ παραδείσου; Ὑπόδειξον, ἐὰν γινώσκεις πῶς εἶναι. Εἰ δὲ οὐκ οἶδας, φράσω σοι αὐτός.

Διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Μουχαμετ, ὅτι ἑβδομήκοντα δύο εἰσὶν τῆς κολάσεως καὶ μία τοῦ παραδείσου, ὅτι αἱ ἑβδομήκοντα δύο αὗται, λέγει, ἐν τῷ φα-
B νερῷ, καὶ ἀληθεύειν τὸν Μουχάμετ· ἐν δὲ τῷ κεκρυμμένῳ, ὅτι ὁ λαὸς τοῦ Μουχάμετ σὺν αὐτῷ πλανῶσι, καὶ πλανῶνται. Καὶ μέλλω σοι διδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Χασισίμου, Σεπερὶ, Ἰσμαῒλ, Μουτανὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ καθεξῆς. Ἀλλ' ἵνα μὴ μακρολογῶμεν, καὶ πάλιν αἱ μὲν ἑβδομήκοντα δύο ὑμέτεραι γλῶσσαι ἀρνοῦνται τὸν Μουχάμετ. Αἱ δὲ ἡμέτεραι τόσαι μίαν πίστιν ἐπὶ Χριστοῦ σέβονται εὐσεβοφρόνως. Αἱ γοῦν ὑμέτεραι ἑβδομήκοντα δύο γλῶσσαι εἰ ἀρνοῦνται τὸν Μουχάμετ, τινὲς γοῦν ἀληθεύουσιν. Διὰ παντὸς, ἢ πλείονες, ἢ μία ὑμῶν γλῶσσα ψεύδεται. Οὔτε, ὡς μὲν νομίζετε, πιστοὶ καὶ ἐκλεκτοί. Ἀλλὰ καταλύσω ὑμᾶς, καὶ συντρίψω. Διὰ τί, Ἀγαρηνὲ, εἰπέ μοι, συκοφαντεῖς τὸν Θεὸν λέγων, ὅτι ἔγραψε γύρωθεν τοῦ θρόνου αὐ-
C τοῦ οὕτως· Οὐκ ἔστιν ἀληθεστέρα πίστις ἑτέρα, ἢ τῶν ἐκλεκτῶν Μουσουλμανῶν; Καὶ οὕτως εὗρον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου, πεπλανημένε· Τὸν Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, οὐδὲ τὸν θρόνον αὐτοῦ, οὐδέ πως οἶδας, ὅτι οὕτως γέγραπται ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν λέγεις, ὡς ἀπὸ τοῦ Κουρανίου σου ἔμαθες, λοιπὸν ψεύδεται τὸ Κουράνιόν σου. Ποῦ γὰρ ἦν Μουσουλμανὸς, ὅταν ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ ἦν, καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου, ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, καὶ συνέχων τὰ πάντα;

Ἄρτι, εἰπέ μοι, ὡς ἑαυτὸν καλεῖς ἐκ πασῶν τῶν γενεῶν, πάντως τὸ πρῶτον κεφάλαιον τῆς σωτηρίας
D τῶν πιστῶν ἀνθρώπων, καὶ ἡ εὐθεῖα ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος σωτηρίας, καὶ καθαρᾶς εὐχῆς πρὸς Θεὸν, ἡ θεογνωσία ἐστί· σὺ δὲ ἄλογον Θεὸν γινώσκεις καὶ ἄζωον, καὶ αὐτὸν λατρεύεις, καθὰ καὶ πρότερον ἔδειξά σοι. Πάλιν οὔτε προφήτην ἔχεις, οὔτε ἀπόστολον. Πῶς γοῦν καλεῖς ἑαυτὸν ἐκλεκτὸν, δεῖξόν μοι. Οὔτε ἱερωσύνην γινώσκεις, οὔτε χάριν ἔχεις, οὔτε ναὸν, οὔτε ἴασιν ψυχῆς καὶ σώματος, οὔτε ψαλμῳδίαν, οὔτε εὐχάς· καὶ εἰ ψεύδομαι, δεῖξόν μοι. Καὶ ὅμως ταῦτα γινώσκων, πῶς δύνασαι ἀπελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ; Τούτων πάντων πόῤῥω τυγχάνεις.

Καὶ ἡ κήρυξις, ἣν σε ἐκήρυξεν ὁ Μουχάμετ· Ὅτε A μέλλεις εὔξασθαι, λαβὲ μακρογούργουρον κεράμιον σὺν ὕδατι. Καὶ μετὰ τῆς δεξιᾶς σου χειρὸς βάλε τὸν δάκτυλόν σου εἰς τὴν καθέδραν σου. « Καὶ μετὰ τῆς ἀριστερᾶς σου χειρὸς βάλε τὸ ὕδωρ, εἶτα πλῦνε. Καὶ μετὰ τοῦ δακτύλου σου, ᾧ ἔπλυνας τὴν καθέδραν σου, πλῦνε μετ' αὐτοῦ τὸ στόμα σου. Εἶτα τὸ πρόσωπόν σου, ἔκτοτε τὰς δύο χεῖρας μέχρι τῶν ἀγκώνων, εἶτα τὰς ὀφρῦς, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τότε τοὺς πόδας. Καὶ εἰ μέν ἐστιν ἐν ταξιδίῳ, ὀφείλεις πλύνειν ἔξω τῶν ὑποδημάτων σου, ἵνα μὴ κοπιᾷς, εἶτα ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ πάλιν ὑποδέεσθαι. Καὶ ἐὰν φορῇς δακτυλίδιον χρυσοῦν, ἔκβαλε αὐτὸ, καὶ ἔκτοτε εὔχου. Εἰ δὲ μὴ, εὔχου. Καὶ ἐὰν φορεῖς γοῦνα ὑπὸ δέρματος κατουδίου, μὴ εὔχου, πρὶν ἐκβάλῃς αὐτήν. Καὶ ἐὰν πίνῃ ὁ Μουσουλμανὸς οἶνον ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ B θέλῃ εὔξασθαι, ἀτενιζέτω εἰς τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. Καὶ ἐὰν ἔσταξεν εἰς αὐτὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου, πλυνέτω μετὰ σιφπουνίου καὶ ὕδατος, καὶ τότε εὐχέσθω. » Κἀγὼ λέγω σοι, Οὐαὶ τῆς ἀφροσύνης, ὅτι ὁ πίθος γέμει οἴνου, καὶ ἔξωθεν πλύνεται.

Hæc est vero doctrina quam promulgavit Muhammed, nempe, cum precibus orationi vacaturus es, accipe gurgulionem seu vas fictile, oblongum habens collum in quo aqua contineatur, « Et manu dextra ad anum et podicem admota sinistra quam injice, et fundamentum lava. Et digito quo fundamentum lavaveris et purgaveris, eodem ipso lava os tuum. Postea lava faciem, et manus ambas ad cubitos usque, denique lava supercilia et aures, postremo pedes ipsos. Si vero sis in præsidio, debes extra calceos lavare, ne hoc tibi molestiam creet, deinde illos excutere et iterum induere. Et si gestes annulum aureum, remove illum, et postea vaca orationi. Si vero annulo careas, potes statim orare. Et si tecum gestes vestem ex pelle cati seu felis consutam, ne preces fundas priusquam illam removeris. Et si Musulmannus toto die se vino ingurgitaverit, et voluerit tamen orare, attente consideret vestem suam, et si illam animadverterit vini guttis quibusdam maculatam, statim illam sapone et aqua purget, et postea incumbat orationi. » Ego vero regero : Vah ineptiarum et stultitiarum. Nam hoc est dolium exterius purgare et lavare quod intus vino plenum est.

Οὕτως καὶ σὺ τῆς κοιλίας σου γεμούσης οἴνου, καὶ οὐκ ἐμιάνθης, καὶ τοῦ ἱματίου σου σταλαγμοῖς, ἐμιάνθης. Καὶ αὖθις ἀνάθετε εὐχῇ τῇ μιαινομένῃ ἀπὸ χρυσοῦ δακτυλιδίου, καὶ δερματος κατουδίου, καὶ ἀνάθεμα παραδείσῳ μιαινομένῳ ἀπὸ χοίρου καὶ οἴνου. Τέλος πάντων ἡ διδασκαλία τοῦ Μουχάμετ σου παραγγέλλει σοι· « Εἰ μὲν ὑπάρχεις ἐγγὺς μασγιδίου, λαβὼν μανδήλιον, καὶ ἅπλωσον ἔμπροσθέν C σου ἐχόμενος, ἵνα μὴ μιανθῇ τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ χροὸς τοῦ μασγιδίου. Εἰ δὲ τυγχάνεις ἔξωθεν μασγιδίου, καὶ οὐκ ἔχεις μανδήλιον, ἔκβαλε τὸ ἄνωθέν σου ἱμάτιον, καὶ ἅπλωσον ἔμπροσθέν σου. Εὔχου ἄνωθεν αὐτοῦ, καὶ ἔστω ἡ εὐχή σου οὕτως· Τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; καὶ, οὐκ ἔστιν Θεὸς πλὴν σοῦ, καὶ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Ἀμήν. Εἶτα βαίνεις γονυκλισίας τρεῖς λέγων οὕτως· Εὐχαριστοῦμέν σε, Θεὸς καὶ Κύριε τῶν ἁπάντων, ἡ τοῦ ἐλέους ἄβυσσος, ὁ ἐν τῇ μελλούσῃ ἡμέρᾳ ἀδωροδόκητος κριτὴς, καὶ βασιλεὺς, χάρισαι ἡμῖν ὁδοὺς εὐθείας, ἐν αἷς ἐδωρήσω τοῖς ἁγίοις σου πορευθῆναι οὐχ ὡς οἱ ὠργισμένοι ἐπορεύ[θη]σαν, ἔτι δὲ καὶ οἱ πεπλανημένοι. Ἀμήν. Καὶ ποίει τρεῖς γονυκλισίας καθήμενος, καὶ ἀναστὰς λέγε· Τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; D τρίς· πάλιν δὲ καθήσας, καὶ μεγάλυνον τὸν Θεὸν τρίς· εἶτα χαιρέτιζε ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους, λέγων· Εἰρήνη ἡμῖν. Καὶ ἐξ εὐωνύμων πάλιν τὸ αὐτὸ, Σὺν ἐλεήμονι Θεῷ. Καὶ ἀπόλυε. » Αὕτη πάντως ἡ εὐχή σου, καὶ ἡ διδασκαλία σου, καὶ ἡ παρὰ Μουχάμετ σου σοφία. Πλέον δὲ τούτου οὐκ ἔχεις τὸ οἱονοῦν.

Sic abdomine tuo onerato et pleno vino non contaminaris, guttis vero quibus inficitur vestimentum tuum es prorsus inquinatus. Et rursus anathemate notatis et prosequimini preces contaminatas gestatione annuli, et pellis felis, et paradisum ipsum vino et carne suilla contaminatum. Doctrina vero Muhammedis hæc tanquam finem et summam suorum dogmatum urget, ut nimirum : « Cum accedes ad moschæam, sudarium seu mantile extendas coram te, ne a colore vel terra moschææ inficiatur et inquinetur vultus tuus. Si vero es extra moschæam, et non habes sudarium, exue et extende superiorem vestem tuam, et super illa orationem tuam funde, et talis sit oratio tua : Quis Deus magnus sicut Deus noster, et non est Deus nisi Deus noster, et Muhammed apostolus Dei. Amen. Deinde perges et ter genua flectes dicens, benedicimus tibi, o Deus, qui es Dominus et rerum omnium arbiter, qui et misericordiæ abyssus, et qui ultimo die sedebis judex nullis donis et muneribus corruptibilis ; o Rex, concede nobis vias rectas, quas concessisti sanctis, ut in illis incedamus, non vero sicut illi qui ira et errore a via recta deflexerunt. Amen. Et facies tres genuflexiones sedens, deinde surgens dic ter. Quis Deus magnus sicut Deus noster : Postea sedens Deum ter celebrabis et magnificabis, deinde salutabis ad dextrum latus dicens : Pax nobiscum ; deinde ad sinistrum eadem verba repetens, quibus addes : Cum Deo misericorde. Quibus peractis discedas. » Hæc est tota tua orandi ratio, tota tua disciplina, tota quam a Muhammede hausisti sapientia et præter illud nihil quidquam aliud proferre potes.

Κἀγὼ δέ σοι φέρω μάρτυρας, ὅτι πρὸ πάντων οἱ Ἄρραβες τὰ ῥήματα ταῦτα εἶχον καὶ τὰ γράμματα σὺν τῷ ἐλεημένῳ καὶ ἐλεοῦντι, ἃ δὲ Μουσουλμανοὶ καὶ γραμματικοὶ κελεύετε, τὴν ὕμνον τοῦτον, καὶ τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ τὸ, Τίς Θεὸς μέγας; μᾶλλον

Ego vero testes tibi suppedito quibus constat ista omnia et dicta et scripta obtinuisse apud Arabas ante Muhammedem, imo verba ista : Cum Deo miseratore et misericorde, quæ vos Musulmanni libro vestro scripto adhærentes soletis vestris sectatoribus

inculcare et imperare, et istum hymnum, et istam psalmodiam, et ista verba : Quis est Deus magnus, etc., imo et astronomiam, et phaseos seu positionum lunæ calculos, et epilogismos, et artis medicæ sapientiam, et versus, et scholia, seu observationes, ista omnia excoluerunt Arabes multis annis antequam Muhammed oriretur. Omnis vero a Muhammede excogitata sapientia, et prædicatio in eo consistit ut proferatur : Muhammed est apostolus Dei ; tu non potes me mendacii arguere. Hoc disce ab ipsomet Muhammede. « Si quis, inquit, hoc faciat et confiteatur, futurus est paradisi incola, et si quis aqua non se purificaverit, non debet eo temeritatis devenire ut orare unquam audeat, et si quis contrectaverit et tetigerit uxorem suam, non tantum debet fundamentum, et podicem lavare, sed a capite ad calcem debet totus aqua lavari, et tunc jus acquirit preces fundendi, et paradisum adipiscendi. » Et rursus alia est prædicatio Muhammedis quæ sic se habet : « Ubi deerit aquæ copia, loco aquæ debet uti pulvere seu terra. »

A δὲ καὶ ἀστρονομίαν, καὶ ψηφηφορίαν, καὶ στίχους, καὶ σχόλια, καὶ ἰατροσοφίαν, ταῦτα πάντα πρὸ τοῦ Μουχάμετ φανερὰ ἦσαν πρὸ χρόνων πολλῶν. Λοιπὸν τοῦτο τοῦ Μουχάμετ ἡ σοφία καὶ ἡ κήρυξις. Τοῦτο ἔστιν τὸ εἰπεῖν, ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Οὐ δύνασαι ποιεῖν με ψεύστην. Μάνθανε ἀπὸ τοῦ Μουχάμετ καὶ τοῦτο · « Εἴ τις ταῦτα ποιεῖ καὶ ὁμολογεῖ, ἔστιν τοῦ παραδείσου. Καὶ ὅστις οὐ καθαρίζει ἑαυτὸν μετὰ ὕδατος, οὐ τολμᾷ εὔχεσθαι πώποτε, καὶ ὁ συναφθεὶς τῇ συζύγῳ αὐτοῦ, οὐ μόνον τὴν καθέδραν πλύνει, ἀλλ' ἀπὸ κορυφῆς ἕως ποδῶν πλυνέτω μετὰ ὕδατος · καὶ τότε ἔχει ἐξουσίαν τοῦ εὔχεσθαι καὶ εἶναι τοῦ παραδείσου. » Καὶ πάλιν ἡ κήρυξις τοῦ Μουχάμετ σου οὕτως ἐστίν · « Ἐὰν μὴ εὑρεθῇ ὕδωρ, ἀντὶ τοῦ ὕδατος ὀφείλει εἶναι χοῦς. »

Audi quippe diligenter eum qui recta institutione voluit te docere. Si contingat te hærere in campo nullis aquis irriguo, vel in monte, omnino non habes facultatem orandi. Si vero mors te derepente corripiat, plane tibi pereundum est, nisi obtemperes mandato prophetæ tui, quo concedit et jubet ut, deficiente aqua, qua lavari possis, vice aquæ possis pulverem seu terram usurpare, et eo fundamentum purgare. Jam vero, o Agarene, dic mihi, cum manu pulverem collegisti, et manu podicem trivisti et defricasti, annon manus in illo quasi volutatur et inquinatur, et tamen a tuo Muhammede sancitum est, ut purgato tuo podice, os tuum, et vultus tuus statim etiam purificentur. Adeo ut, trito et purgato podice tuo, cum manu tua debeas statim illam admovere ad os tuum et faciem tuam, et vicibus quinquies repetitis hoc singulis diebus debet peragi. Si ergo locum aliquem ubi non sit aqua tibi contingat peragrare, et quinque vicibus terra tantum purificeris, quos fetores debebis naribus admittere, imo ad medullam usque ? Et talem suavissimum odorem exhalat paradisus iste, tam calidis votis a te exspectatus et desideratus. Sed iterum dic mihi, si hæreas in cacumine montis alicujus celsissimi ubi non sit aqua et terra, et te mors subita et repentina invadat, omnino, o athee, pereundum erit tibi, cum in isto statu non tibi concedatur facultas orandi, et probe novi quod qui non orat, non habeat Deum tanquam portionem suam. Sed ex supradictis et scriptis abunde tibi manifestavi te revera esse atheum. Deum quippe irrationalem, rationis et spiritus expertem veneraris. Unde potes animadvertere sapientiam, doctrinam, prædicationem Muhammedis prorsus esse inutilem, quam obscura sit et tenebris involuta, quam confusa et merum Chaos. Unde fit ut ignoretis qualis sit vera sanctificatio animæ et corporis. Væ vobis, o borboritæ.

B Ἄκουσον γὰρ ἀκριβῶς παρὰ τοῦ ὀρθῶς διδάξοντός σε · Εἴπερ παρατύχῃς εἰς κάμπον ἄνυδρον, ἢ βουνὸν, λοιπὸν οὐκ ἔχεις ἐξουσίαν τοῦ εὔχεσθαι. Ἀλλ' ἐὰν ἐξαίφνης λάβῃ σε θάνατος, πάντως ἀπόλλυσαι · καὶ ἐὰν ποιήσῃς κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ προφήτου σου, ὅτι ὅταν μὴ εὑρήσεις ὕδωρ, ἵνα λουθῇς, χοῦν ἀντὶ τοῦ ὕδατος λαβὼν καθάρισον καθέδραν. Ἄρτι εἰπέ μοι, ὦ Ἀγαρηνὲ, ὅταν κρατεῖς τὸν χοῦν μετὰ τῆς χειρός σου, καὶ τρίψῃς τὴν καθέδραν σου μετὰ τῆς χειρός σου, συγκυλίεται τῇ χειρί σου, καὶ Μουχάμετ οὕτω σοι παραγγέλλει, ὅτι ὅταν καθαρίζῃς τὴν καθέδραν σου καθάριζε καὶ τὸ στόμα σου, καὶ τὸ πρόσωπόν σου. Τρίψας οὖν τὴν καθέδραν σου μετὰ τῆς χειρός σου, ἔπειτα θὲς εἰς τὸ στόμα σου, καὶ εἰς τὸ πρόσωπόν σου · καὶ μέλλεις ποιῆσαι ταῦτα πεντάκις τῇ ἡμέρᾳ. C Καὶ εἰ τύχῃς εἰς ἄνυδρον τόπον, καὶ τὰς πέντε φορὰς μετὰ τοῦ χοὸς ὀφείλεις καθαρισθῆναι, πόσων βρωμῶν μέλλεις ὀσφρανθῆναι ἐν τοῖς ῥισί σου μέχρι δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ μυελοῦ · καὶ κατὰ τὴν εὐωδίαν ταύτην ἔσται πάντως καὶ ὁ προσδοκώμενός σοι παράδεισος. Καὶ ἐὰν λάχῃς, εἰπέ μοι, εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ οὔτε ὕδωρ ἐστὶν, οὔτε χοῦς, τί μέλλεις ποιῆσαι; Ὀφείλεις πάντως ἀποθανεῖν αἰφνιδίου θανάτου, πάντως ἀπολέσθης, ἄθεε, ἄνευ εὐχῆς · οἶδ' ὅτι ὁ μὴ εὐχόμενος Θεὸν οὐκ ἔχει μέρος, καὶ ἔμπροσθεν γεγραμμένον ἐδήλωσά σοι, ὅτι ἄθεος εἶ. Θεὸν ἄλογον δίχα λόγου καὶ πνεύματος λατρεύεις. Ὁρᾷς τὴν σοφίαν αὐτὴν ἀνωφελῆ, τὴν διδαχὴν καὶ τὴν κήρυξιν τοῦ Μουχάμετός σου, πῶς σκοτεινοτέρα καὶ χάους ; Ὅθεν οὐ γινώσκετε D τί ἐστιν ἁγιασμὸς ψυχῆς καὶ σώματος, οὐαὶ ὑμῖν βεβορβορωμένοι.

Ostendi tibi qualis sit oratio tua, et ex doctrina tua hoc ipse potes colligere, et manifestavi omnem tuam perditionem. Et rursus tibi eamdem perditionem tibi manifestabo, et ruinam, et interitum animæ tuæ et corporis tui, et quomodo non vis salvari a peccatis et criminibus quæ perpetrasti.

Ἔδειξά σοι πάντως τί ἐστιν εὐχή σου, καὶ οἶδας δυνάμενος τῷ δόγματί σου, καὶ ἐφανέρωσα πᾶσάν σου τὴν ἀπώλειαν. Καὶ πάλιν σοι δεῖξαι ἔχω τὴν ἀπώλειαν · καὶ πάλιν, δεῖξαί σοι ἔχω τὸν ὄλεθρον τῆς ψυχῆς σου καὶ τοῦ σώματος, πῶς οὐ θέλεις σωθῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν σου, ὧν ἔπραξας. Πάντως

οὕτως ἐκήρυξεν ὁ Μουχάμετ, ἵνα νίψῃς ἀπὸ κορυφῆς μέχρι ποδῶν σὺν ὅλῳ τῷ σώματι, εἴτε μετὰ τοῦ ὕδατος, εἴτε μετὰ τοῦ χοός; Καὶ εἶναι τὸ χῶμα μεμετρημένον μετὰ σκεύους ἱκανοῦ, ἵνα μὴ πλέον, ἢ ἔλαττον λάβῃς. Ἰδοὺ γοῦν λέγω σοι· οὔτε ἀπὸ ὕδατος ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ, οὔτε ἀπὸ χώματος. Εἰ μὲν οὖν λέγετε, ὅτι ἡ ψυχή ἐστιν ἱερωμένη, καὶ οὐκ ἔχει χρείαν εἰς τὸ ἱεροῦν αὐτὴν οὔτε ἀπὸ ὕδατος, οὔτε ἀπὸ χώματος· κἀγὼ λέγω σοι, ὅτι ἡ ψυχὴ ἑνοῦται τῷ σώματι. Καὶ σὺ πῶς λέγεις, ὅτι ἡ ψυχὴ ἡγιασμένη ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ σῶμα, ἐπεὶ μιαρόν ἐστι, χρὴ καθεκάστην αὐτὸ πλύνειν μετὰ τοῦ ὕδατος; Εἰ μὲν λέγεις ὅτι διὰ τὸ συμβῆναι αὐτῷ μιασμὸν, εἴτε ἐξ ἁμαρτίας, εἴτε ἐκ ῥυπαρίας, ἀναγκαῖόν ἐστιν πλῦναι αὐτὸ καθ' ὕδατος, καὶ οὕτω εὔχεσθαι. Κἀγὼ λέγω, ὅτι ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἕν ἐστιν· καὶ τῶν δύο ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἁγιασμὸς, τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ μιασμοῦ ἀμφότερα τυγχάνουσι μέτοχα. Καὶ πᾶν ἱερὸν μιαρὸν οὐ γίνεται πώποτε, μᾶλλον τὸ μιαρὸν ἁγιάζεται καὶ ἱεροῦται. Καὶ ἐὰν τὸ ἱερὸν μιανθῇ, οὐχ ἁγιάζεται παρὰ τοῦ ὕδατος πώποτε. Ὁρᾷς ἀεὶ πῶς πεπλάνησαι.

A Nam tali prædicatione te omnino obstrinxit Muhammed, ut nimirum totum corpus a vertice ad pedes, laves aqua vel pulvere. Imo pulverem seu terram debere cum mensura adhiberi vasculo quodam apto, et ad munus istud composito, ne plus vel minus quam par sit, adhibeatur et infundatur. Jam vero tibi dico nec ab aqua nec a pulvere, seu terra potest sanatio animæ conciliari. Quod si regeratis animam esse sanctam, nec illi opus esse ut aqua vel pulvere sanctificetur, ego vero insto et dico animam unitam esse corpori. Tu vero quomodo asseris animam a Deo sanctificari, corpus vero cum est contaminatum debere singulis diebus aqua lavari et purgari? Si regeras ideo hoc fieri propter contaminationem ex peccato vel ex sordibus, ac B proinde opus esse ut aqua purgetur, et postea orationi vacetur; ego etiam arguo et dico animam et corpus unum et idem esse quoad sanctificationem, et utrumque a Deo purgari et sanctificari, nimirum animam et corpus, cum ambo maculis et sordibus sint participes. Et omne sanctum contaminatum non evadit, sed quod est inquinatum sanctificatur et purgatur. Et si res aliqua sancta forte contaminetur, vi et aquæ subsidio nunquam poterit sanctificari. Vides jam quomodo a veritatis recto tramite deflectas et declines.

Πάλιν δὲ εἰπέ μοι, πόθεν τὸ Κουράνιόν σου λέγεις εἶναι Λόγον Θεοῦ, ἐλθόντα, καὶ οὐ ποιηθέντα; Ἐγὼ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ φῶς ἐκ φωτὸς γινώσκω. Καὶ πῶς ἡνώθη ἡ ἄληπτος καὶ ἁπλῆ φύσις τῷ βιβλίῳ σου; Ἡ λεπτοτάτη τῷ τοιοῦτο πάχος ἔχοντι, ἐξαιρέτως τῷ τομαρίῳ τῷ καταπεπατημένῳ ὑπὸ χοἰκῶν ποδῶν, καὶ ἔργῳ χειρῶν ἀνθρώπων. Πόθεν οὖν ἀποκαλεῖς Λόγον Θεοῦ αὐτὸν ἐλθόντα, καὶ οὐ ποιηθέντα; Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ μου οὐκ ἔστι ποίημα ἀνθρώπου, καὶ καταπάτημα. Πῶς οὖν οὐ παραδέχῃ με λέγοντα, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἡνώθη τῇ σαρκὶ, καὶ ἔστιν γεννηθεὶς, καὶ οὐ ποιηθείς; Ἐὰν τὸ βιβλίον σου ῥιπτόμενον εἰς τὸ καὶ ἑαυτῷ βοηθῆσαι οὐ δύναται, πῶς αὐτὸ Λόγον Θεοῦ καλέσῃ τις; Καὶ ἐὰν ὁ Κύριος ἑαυτὸν ἐκ τῶν Ἰουδαίων διεσώσατο, καὶ εἰς τὰ οὐράνια κατοικεῖν ἀνελήλυθε, πῶς αὐτὸν Θεὸν Λόγον οὐ καλοῦμεν; Καὶ ἐὰν λέγεις, Τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ οὐ δυνάμεθα κρατεῖν, καὶ νοῆσαι, καὶ μαθεῖν διὰ τὸ πάχος τοῦ βιβλίου· πῶς οὐ παραδέχῃ μοι διὰ μαρτύρων πολλῶν, ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἡνώθη τῇ σαρκὶ, καὶ ἔστι γεννηθεὶς, καὶ οὐ ποιηθείς; Καὶ οὕτω καὶ ἡμεῖς εὕρομεν ἐν τῷ πάχει τῆς σαρκὸς τὸ ἄϋλον καὶ λεπτὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν προφανῶς Λόγου Θεοῦ.

Rursus vero dic mihi quare asseris Coranum tuum esse Verbum Dei non factum, et quod venit e cœlo. Ego novi tantum Verbum Dei quod est lumen ex lumine. Et quomodo uniri posset simplex C et incomprehensibilis natura cum libro tuo, tenuissima et subtilissima essentia cum re talis densitatis et crassitiei, cum tuo nimirum volumine quod sæpe pedibus calcatur, et quod est opus manuum humanarum? Qua ratione ergo illud vocas Verbum Dei quod non est factum et quod venit ex cœlo? Corpus vero Christi mei non est opus hominis, nec res quæ possit calcari. Quare ergo me non toleras et probas cum assero Verbum Dei carni esse unitum et illud esse generatum, non vero factum aut creatum? Si liber tuus projiciatur in puteum, vel alium aliquem locum ubi non possit se ipsum juvare et ab isto discrimine se liberare, quomodo tu potes illum nomine Verbi Dei designare? Et si Dominus noster seipsum a furore Judæorum li- D beravit, et cœlos usque pervenit, ut ibi sedes suas figeret et collocaret, quomodo Verbum Dei illum non vocaremus? Quod si dicas: Verbum Dei non possumus comprehendere nec percipere, nec animadvertere nisi per crassitiem et opacitatem libri, quare sententiam meam non admittis variis testimoniis roboratam, qua assero Verbum Dei unitum esse carni et genitum esse, non vero creatum? Et ista ratione invenimus in crassitie et densitate carnis immaterialem et subtilissimam substantiam Dei, et novimus illius gloriam, tanquam ipsissimam gloriam Verbi Dei.

Λοιπὸν πῶς ἡμᾶς ὀνειδίζετε, ὡς ἐπαοιδιστὰς, καὶ ἀσεβεῖς ἐν τούτῳ μᾶλλον, ὅτι οἴδαμεν σημεῖα φοβερὰ, καὶ τέρατα ἀναρίθμητα ἀπὸ τοῦ πάχους τῆς θείας σαρκὸς τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Καὶ σὺ ἀπὸ τοῦ Κουρανίου σου οὐδὲ τὸ οἱονοῦν. Καὶ ὡς οὐκ ἠδυνήθης μαθεῖν τὸ λεπτὸν, καὶ ἀόρατον ἄλλως, εἰ μὴ

Quare vero nos conviciis oneratis, tanquam incantatores et impios hac præcipue de causa, quod tremenda signa, et miracula innumera admittamus quibus ipsa materialis et divina caro Verbi Dei se commendavit? Nihil vero de Corano tuo tale quid jactare potes. Sed sicut non potes substantiam sub-

tilem et invisibilem aliter concipere quam unitam densitati et crassitiei corporis Corani tui; sic ego Christianus non possum comprehendere et videre Verbum Deum nisi per crassitiem corporis sui. Et rursus quomodo dicere possunt Musulmanni : Nos volumus die judicii videre creatorem et formatorem nostrum? Sed ego regero tibi, cum Meccam tendis ad orandum, et diligenter inquiris et instas ut possis videre sepulcrum Muhammedis, et illud salutatione quadam prosequi, qui ibi commorantur, ut ab isto consilio te deterreant dicunt, eo momento quo sepulcrum videbis, excæcaberis et oculis orbus eris. Unde sequitur prophetam tuum multum abest ut te juvet, imo ruinam tuam et perditionem promovere. Sic in die judicii si videas Deum ipsum, sicut futurum contendis, illum promptum et paratum ad perditionem tuam experieris, et te detrudet in gehennam ignis. Tu vero dicis Muhammedem esse hominem Dei, et qui scilicet a Deo injuste agere didicerit? In tota vita sua, loco liberationis et salutis, injurias et ruinas aliis creavit, et post mortem semper idem, eadem adhuc operatur, et vice illuminationis, scotomate et excæcatione te percutit, ut tu ipse asseris. O a veritate longe aberrans, qui non vidit divinitatem in hoc tempore præsenti!

A σὺν τῷ πάχει τοῦ σώματος τοῦ Κουρανίου σου· οὕτως κἀγὼ ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἠδυνήθην μαθεῖν καὶ ἰδεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, εἰ μὴ διὰ τοῦ πάχους τοῦ σώματος. Καὶ πάλιν πῶς λέγεις, Ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως θέλομεν εἰδεῖν τὸν πλαστουργήσαντα ἡμᾶς; Κἀγὼ λέγω σοι, ὅτι ὅταν ἀπέρχῃ εἰς τὴν Μαχᾶν, ἐπὶ τὸ εὔξασθαι, καὶ ἐπιζητεῖς εἰσελθεῖν εἰς τὸν τάφον τοῦ Μουχάμετ ἐπὶ τὸ ἀσπάσασθαι αὐτὸν, καὶ οἱ ἐκεῖσε λέγουσί σοι οὕτως· Ἅμα τῷ ἰδεῖν σε τὸν τάφον, ἀπολέσαι ἔχεις τοὺς ὀφθαλμούς σου. Λοιπὸν οὖν, ὁ προφήτης σου ἀντὶ τοῦ σῶσαί σε, ἀπολέσει σε. Ὅμως ἂν εἰδῇς τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, καθὼς λέγεις, ἕτοιμός ἐστιν ἀπολέσαι σε εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Σὺ λέγεις, ὅτι ὁ Μουχάμετ ἐστὶν ἐκ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ λοιπὸν ἐκ Θεοῦ ἔμαθε τὸ ἀδικεῖν; Ἐν τῇ
B ζωῇ αὐτοῦ ἀεὶ ἀδικίας καὶ ἀπωλείας ἐργάζετο ἀντὶ τοῦ σῶσαι, καὶ μετὰ θάνατον πάλιν τὸ αὐτό· ἀντὶ τοῦ φωτίσαι σε τυφλῶσαί σε ἔχει, ὡς σὺ λέγεις. Ὦ πεπλανημένε, ὅστις οὐκ εἶδε τὴν θεότητα ἐν τῷ νῦν!

Quare non asseris quod Verbum Dei, Deo coævum, revera videmus in carne, in qua mortuos excitavit, corruptos et non amplius exsistentes ad esse pristinum revocavit, et carnem suam mortuam vivificavit ut Deus? Quomodo ergo pares asseris illum et Muhammedem? Sed coram Deo aliquid adhuc mihi superest clarius quod contra te urgeam. Cum es orationi et precibus operam daturus, pedes habes super terram, et sub pedibus tuis jacet Muhammed in terra, putredine ac vermibus corrosus et dissolutus, manus vero tollis et tendis ad cœlum ubi est Verbum Dei, et thronus ejus et Spiritus sanctus; et locum ubi jacet Muhammed pedibus pulsas et calcas, ad locum vero ubi habitat Verbum Dei, ad celsissimos istos cœlos manus soles attollere, et invocas cœlestes exercitus, angelos, archangelos, Cherubim, Seraphim, qui hymnis et acclamationibus celebrant Deum maximum et potentissimum, cum Verbo et Spiritu. Animadverte, o Agarene, locus quem calcas est locus in quo jacet mortuus Muhammed, locus vero sublimis ille ad quem manus extendis, est locus qui personat hymno et concentu supra memorato. Quare ergo Muhammedem et Christum dignitate pares vocas? Quare non erubescis et pudore obrueris? Quomodo similis esse potest æternus, immortalis, illi qui est mortalis, mortuus et corruptus? Quomodo Verbum Dei, rerum omnium opificis et creatoris, poterit æquiparari cum opere et creatura terrena, cum Muhammede qui est impostor, et qui te docuit aqua sanctificari animam et corpus.

Καὶ πῶς οὐ λέγεις, ὅτι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν σύναρχον εἴδομεν ἐν τῇ σαρκὶ, καὶ ἐν αὐτῇ ἀνέστησε νεκροὺς, φθειρομένους δὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς παρήγαγεν, καὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν, καὶ ἀνέστησεν ὡς Θεός; Πῶς οὖν αὐτὸν καὶ τὸν Μουχάμετ ἴσον ποιεῖς; Ἐνώπιον τοῦ
C Θεοῦ σαφέστερόν σοι εἴπω. Μέλλων εὔχεσθαι, οἱ πόδες σου ἐν τῇ γῇ. Καὶ ὁ Μουχάμετ κεῖται ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου ἐν τῇ γῇ σεσαπημένος καὶ διεφθαρμένος, καὶ ἄρας τὰς χεῖράς σου πρὸς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὅθεν κεῖται ὁ Μουχάμετ, καταπατεῖς, ὅπου δὲ κατοικεῖ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰς ὕψος αἴρων τὰς χεῖράς σου παρακαλεῖς τὰ οὐράνια τάγματα, ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, Χερουβὶμ, Σεραφὶμ, ὑμνοῦντας, δοξολογοῦντας τὸν μεγαλοδύναμον Θεὸν σὺν τῷ Λόγῳ καὶ τῷ Πνεύματι. Βλέπεις, Ἀγαρηνὲ, ὅπου πατεῖς, κεῖται ὁ Μουχάμετ, καὶ ὅθεν ἥπλωσας τὰς χεῖράς σου ἄνωθεν, ἐστὶν ὁ ῥηθεὶς ὕμνος. Πῶς οὖν τὸν Μουχάμετ καὶ τὸν Χριστὸν ἴσον ἀποκαλεῖς; Πῶς οὐκ ἐρυθριᾷς καὶ
D αἰσχύνῃ; Πῶς ἔοικεν ὁ ἀεὶ ὢν καὶ ἀθάνατος τῷ ἀεὶ θνητῷ καὶ φθειρομένῳ; Πῶς ἐξισοῦται ὁ Λόγος τοῦ Ποιητοῦ, τῷ ποιήματι καὶ χοϊκῷ Μουχάμετ, καὶ πλάνῳ, τῷ διδόξαντί σε, Τὸ ὕδωρ ἐστὶν ἁγιασμὸς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος;

Audi vero hanc parabolam : Homo quidam erat indutus stola seu veste alba, cum vero in via pergeret cœno et luto referta et sordida, cecidit in solum et locum saxis et lapidibus asperum; vestis quidem luto et cœno fuit maculata, sed pes saxi cujusdam allisione contritus fuit. Quidam vero illum ex isto discrimine tollentes et levantes, illum do-

Ἄκουσον οὖν τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωπός τις στολὴν λευκὴν ἦν ἐνδεδυμένος, περιερχόμενος ἐν ὁδῷ βεβορβορωμένῃ, καὶ πεσὼν ἐν τῷ πέλματι, εὑρέθη ἐν αὐτῇ πέτρα, καὶ ἡ μὲν στολὴ ἡ λευκὴ ἐμιάνθη ὑπὸ τοῦ βορβόρου, καὶ ὁ ποὺς αὐτοῦ ἐθλάσθη ἀπὸ τῆς πέτρας. Ἄραντες οὖν τινες αὐτὸν ἀπήγαγον ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐμβαλόντες

ἀπέπλυναν μετὰ σαπουνίου· καὶ ἀπελευκάνθη κατὰ τὸ πρότερον. Τὸν δὲ θλασθέντα πόδα οὐ δύναται τὸ ὕδωρ μετὰ σαπουνίου ἰατρεῦσαι, εἰ μὴ ἰατροῦ ἐμπείρου καταλαβόντος ἐν πολλῇ σχολῇ καὶ φροντίδι ἀποκαθίστασθαι ὑγιῆ, ὡς τὸ πρότερον. Ὁ δὲ προφήτης σου οὕτως ἐδίδαξεν, ὅτι ὑπὸ τοῦ ὕδατος καθαρίζεται καὶ ἀπολούεται πᾶσα νόσος ψυχῆς, καὶ σώματος. Ἄρτι τὸ ὕδωρ οὐκ ἴσχυσεν ἁγιᾶσαι τὸν θλασθέντα πόδα ὁρατόν τε καὶ φαινόμενον. Πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀόρατον ψυχὴν [οὐ] δύναται ἁγιᾶσαι καὶ ἀποπλῦναι; Εἰ μὲν λέγεις, Εὐχὴ ἐστι ψυχῆς ἁγιασμὸς, πῶς οὐκ ἔστι καὶ τοῦ σώματος; Νῦν δὲ λέγω σοι· Δεκτόν ἐστι πρότερον θεραπεῦσαι τὸ θλάσμα τοῦ ποδὸς, εἶτα πλῦναι τὴν στολὴν καὶ λευκᾶναι, ἤγουν πρώτην τὴν ψυχὴν ἁγιᾶσαι, καὶ φωτίσαι, καὶ αὐτό τε τὸ σῶμα νίψαι μετὰ ὕδατος καὶ σαπουνίου. Οὐαί σοι, ἐλεεινὲ, μέρος κρίσεως· τὴν ἁγίαν ψυχὴν καλοῦσιν ἐν παραδείσῳ, ἢ λέγουσιν, Ἐλθὲ, πλυνόκωλε ἐν τῷ παραδείσῳ.

Ὅταν γοῦν τελευτήσῃ ὁ ἄνθρωπος καὶ ταφῇ, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας οὐχ ὑπάρχει, βρῶμα καὶ σκώληξ, καὶ ὄζει καὶ φθείρεται, καὶ ὅτι ἐὰν μὴ πολλῷ χώματι καὶ πλακί τινι, καὶ ἀσφαλῶς περικρυβῇ τῷ σώματι, ὁ ἐγγίσας αὐτοῦ πλησίον ἀπὸ τῆς πολλῆς δυσωδίας ἐτελεύτα ἄν. Νῦν δὲ τίς ὠφέλεια τῷ ἀνθρώπῳ τὸν κῶλον αὐτοῦ πλύνειν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ; φησὶ γὰρ ὁ προφήτης Δαβίδ· «Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός.» Καὶ ὁ Μωϋσῆς τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἐνήστευσεν, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὦζετο, λαβὼν δὲ φύλλα δένδρου ἀπεσπόγγισε τὰ χείλη αὐτοῦ. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς αὐτῷ, εἶπεν· Διά τί ἐσπόγγισας τὰ χείλη σου μετὰ τῶν φύλλων; Ὕπαγε, νήστευσον ἑτέρας τεσσαράκοντα. Κἀγὼ νῦν ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος ζητῶ, ἐὰν βρωμῇ τὸ στόμα σου, τί πρός με; Χοῦς ὑπάρχεις, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Ἄρτι εἰπέ μοι, ὦ Ἀγαρηνὲ, ἐπεὶ ὁ Θεὸς ἐκατεδέξατο τὸ στόμα τοῦ προφήτου ὄζον, καὶ οὐκ εἶπεν, Πλῦναι μετὰ ὕδατος αὐτοῦ τοῦ προφήτου, ἢ σπόγγισαι· σὺ πῶς λέγεις, ὅτι μετὰ τοῦ ὕδατος ἁγιάζεται ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα; πεπλάνησαι. Καὶ ὅταν ἁμαρτάνῃς, οὐ μόνον τὸ σῶμα λαμβάνει τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή. Νῦν δὲ τὸ σῶμα ἔπλυνας ἀπὸ τῆς ῥυπαρίας μετὰ τοῦ ὕδατος, τὴν δὲ ψυχὴν τὴν ἀόρατον μετὰ ποίου ὕδατος θέλεις καθαίρειν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας; Καὶ πῶς προτιμᾷν τὸ σῶμα ἐκπλύνειν καθ' ἡμέραν πεντάκις, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι; Οὐχὶ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει μείζων τοῦ σώματος; Ὥσπερ τὴν στολὴν ἐλεύκανας, καὶ τὸ θλάσμα τοῦ ποδὸς οὐκ ἠδυνήθης θεραπεῦσαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ μετὰ ἰατρῶν καὶ βοτανῶν ἀρίστων.

Νῦν θέλω σοι εἰπεῖν. Σὺ ἔχεις τάφον ἔχοντά τι ἔξωθεν ἐγκάλμισμα πάνυ θαυμαστὸν ἀπὸ χρυσίου καὶ μαργάρων, ἔσωθεν δὲ δυσωδίας καὶ σκωλήκων γέμει. Πάλιν ἐρωτῶ σε, ὅταν χωρισθῇ τὸ βρέφος ἐκ

mum deduxerunt, et illius vestem exuentes, et illam in aquam projicientes, cum sapone et smegmate illam lavarunt, et pristino splendori et candori restituerunt. Aqua vero et smegma non possunt juvare pedem laborantem et contritum, sed ars sola medici experientissimi, qui in se recipit onus cum tempore et cura, illum pristinæ sanitati reddere et restituere. Propheta vero tuus tali te doctrina instituit, omnes scilicet animæ et corporis morbos cum aqua purgari, lavari et removeri. Jam vero aqua non valuit curare contritum pedem visibilem et in sensus incurrentem, quomodo ergo posset animam invisibilem lavare et sanctificare? Si dicas: Oratio est animæ sanctificatio, quare non valet etiam corpus ipsum sanctificare? Nunc vero istud et amplius dico tibi, convenientius est primo curare vulnus pedis, et deinde accedere ad vestem lavandam et dealbandam, sic primo animæ cura debet nos sollicitare, ut sit nimirum sancta, et illuminata, deinde, corporis aqua et smegmate lavandi est habenda ratio. Væ tibi, miserrime portio futura ultimi judicii. An vocatur anima ad paradisum et dicitur: Veni, o clunilote, veni in paradisum?

τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔστιν Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ. Καὶ λέγει ὁ Θεὸς εἰς ἄλλον τόπον ἐν τῷ Κουρανίῳ σου· Χαιρετίζω σε, Μουχάμετ, σὺν τῷ οἴκῳ καὶ λαῷ σου· ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τὸ Κουράνιόν σου· Ἡ Μαριὰμ ἔφαγε καρπὸν φοινίκων καὶ ἐγγαστρώθη. Μουσουλμανὲ, ἐπειδὴ τὸ Κουράνιόν σου λέγεις ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν καὶ ἔστιν λόγος Θεοῦ, καὶ συνάναρχος, ὡς λέγεις, πῶς οὐκ εἰσὶν ἐν αὐτῷ δηλούμενα λόγια νουθετικὰ, καὶ ὁριστικὰ, καὶ θεοπρεπῆ, καθὼς καὶ τῷ Μωϋσῇ ἔλεγεν ὁ Θεὸς, ὅτι Ποίησον τάδε καὶ τάδε; ἀλλὰ λέγει τὸ βιβλίον σου, ὡς λέγεις, ὅτι Ὁ δεῖνας ἔφαγεν τὸν καρπὸν, ὁ ἕτερος ὑπάγει κοιμηθῆναι, ὁ ἄλλος πλύνει τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ὁ ἄλλος εἰσῆλθεν εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ κήτους, ὁ ἄλλος συνέτριψε τὰ εἴδωλα, ἄλλος φησὶ, Μὴ τρώγεις χοίριον, τῷ ἄλλῳ εἶπεν· Βάλε B τὸν δάκτυλόν σου εἰς τὴν καθέδραν σου, καὶ πλῦνε ἑαυτὸν, καὶ ἔκβαλε τὸ δάκτυλόν σου, καὶ βάλε εἰς τὸ στόμα σου, τῷ μετὰ δακτυλιδίου χρυσοῦ, καὶ γουνακατουδίου φορῶν μὴ εὔχεται, ταῦτα ὅλως ἄπρεπα λόγιά εἰσι. Καὶ πῶς ὁ Θεὸς λόγια σφαλτὰ καὶ βέβηλα φθέγγεται;

A Jonam voraverit; quod Christus mortuos excitarit; quod Joseph Ægyptum ut hæreditatem possederit; quod David psalterium composuerit; quod Salomon animalium terrestrium et volatilium linguas et voces optime callueril; quod Muhammed in cœlum ascenderit, obvius factus fuerit Christo quo cum varia habuerit colloquia quod invenerit Muhammed, cum in cœlos pervenisset, hæc verba throno Dei ascripta: Non est Deus nisi Deus, et Muhammed apostolus Dei. Alicubi vero in Alcorano tuo dicit Deus: Te saluto, o Muhammed, cum familia et toto populo tuo. Alibi etiam dicit Alcoranus quod Maria fructus palmarum ediderit unde gravida fuerit et uterum gesserit. O Musulmane, quandoquidem jactas Alcoranum tuum e cœlo descendisse, illumque esse verbum Dei, Deo coæternum, ut asseris, quare in illo non continentur oracula et dogmata consolatoria, exhortatoria, decreta, leges, sententiæ quæ Dei majestatem et sapientiam redoleant: sicut Mosi dixit Deus: Fac ista, et ista, more sapientissimo omnia docens et imperans. Sed liber tuus, ut ipse non diffiteris, dicit: Iste comedit fructum, alius ivit cubitum, alius lavit vestimenta sua, alter descendit in ventrem cetis: alius confregit idola; alius dicit; Ne comedas carnem suillam; alteri dicitur: Digitum immitte in podicem tuum et lava te, deinde excute digitum tuum, et illum iterum in os immitte; alteri dicitur: Ne vaces orationi cum aureo annulo, vel cum veste felis pelle ornata. Ista omnia prorsus sunt indecora, et quæso quomodo Deus vana, profana, erronea eloqueretur.

Ἴδε οὖν, πανταχοῦ εὑρίσκεσθε ψεῦσται καὶ πλάνοι. Καὶ καταγελῶν λέγω σοι, οὔτε ἱερὸν γνωρίζετε, οὔτε ναὸν Θεοῦ, οὔτε βῆμα, οὔτε θείαν χάριν ἔχετε, C οὔτε εὐχὴν, οὔτε βάπτισμα, οὔτε ψαλμῳδίαν, οὔτε ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, οὔτε βασιλείαν οὐρανῶν, οὔτε παράδεισον, εἰ μὴ ὅτι ἀναβαίνει εἷς ἐξ ὑμῶν εἰς τόπον ὑψηλὸν, καὶ θεὶς τὸν ἕνα δάκτυλον τῆς χειρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ ὠτίον, καὶ τὸ ἄλλο δάκτυλον τῆς ἑτέρας χειρὸς εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ, καὶ βοᾷ οὕτως· Θεὸς μέγας! καὶ Θεὸς μέγας! καὶ μαρτυρεῖ. Οὐκ ἔστιν Θεὸς, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ μαρτυρῶ, ὅτι ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ ἐστιν. Καὶ ταῦτα πρώην πρὸς τοὺς Ἄῤῥαβας δῆλα ἦσαν πρὸ τοῦ Μουχάμετ, παρὲξ τοῦτο καὶ μόνον ὅτι ὁ Μουχάμετ ἀπόστολος Θεοῦ ἦν. Καὶ εἰσέρχεται ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος εἰς τὸ μασγίδιον ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ, καὶ ἵσταται, ὡς εἴρηται, καὶ εὔχεται τὴν εὐχὴν, ἣν εἶπον. Τὸ δὲ μασγίδιον ὑμῶν τοιοῦτόν ἐστιν. Ὅταν μέλλεις αὐτὸ D θεμελιῶσαι, θεμελιοῖς σὺν αὐτῷ καὶ πρὸ τὴν καθέδραν σου χρηματίσαι σωτήριον μέλλον, ἔχεις καὶ ὕδωρ [καὶ ὕδωρ], ὡς μετὰ τὸ καθεσθῆναί σε ἐκτενῶς τὴν συνήθη σου καθέδραν, καὶ μετὰ ταῦτα εὔχου, ἔστιν δὲ τὸ μασγίδιον ἐστρωμένον, ὥσπερ κλίνη, ἵνα μὴ μιαίνεται περιπατοῦντος τοῦ ἀνθρώπου ἄνωθεν αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ σανίδων ἐστὶ στοιβασία ἄνωθεν καὶ γύρωθεν τοῦ μασγιδίου, καὶ τὸ συνενόμενον αὐτοῦ καθεδράριον οὐ μιαίνουσιν, ὁ ἤγηρεῖ τὸ τῶν σανδαλίων σοῦ ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου οἱ ἀπέναντι τοῦ προσώπου ἐν τῷ εἰσέρχεσθαί σε εἰς τὴν προσευχήν σου. Οἶδά σε καὶ μανδήλιον βαστάζοντα, ὅπερ ἁπλώνης ἔμπροσθέν σου, καὶ εὔχῃ, ἵνα μὴ μιανθῇ τὸ πρόσωπόν σου, ἐπειδὴ ἐστρωμένον ἦν τὸ

Vide ergo et animadverte, vos ubique falsos et impostores deprehendi. Et tibi illudens assero vos non habere sacra, nec templum Dei, neque altare, neque divinam gratiam, neque baptisma, neque psalmodiam, neque remissionem peccatorum, neque regnum cœlorum, neque paradisum apud vos quis consequitur, sed tantum unus ex vobis ascendit in locum aliquem sublimem, et digitum unum auri imponens, alterum vero podici, ad ravim usque clamat: Deus magnus! Deus magnus! et confessione sua testatur: Non est Deus sicut Deus noster, et ego profiteor quod Muhammed sit apostolus Dei. Et ista diu nota erant apud Arabas antequam Muhammed exoriretur, præterquam istud solum, quod Muhammed est apostolus Dei. Post istam vero confessionem, ingreditur homo iste mosqueam, et stat coram populo, ut dictum est, et orationem jam memoratam deblaterat. Talis verō est apud vos mosquea. Cum illius jacienda sunt fundamenta, simul etiam ædificantur balnea et lavacra ut Musulmanni futuram salutem adepturi, habeant aquam ad usum podicis, quo magna cum contentione parato et composito, ad preces se accingunt. Est vero mosquea tapetibus strata sicut lectus, ne hominum super ambulantium contactu contaminetur. Sed et supra sunt ex asseribus structiones, et tabulata quædam circa mosqueam; partes autem circumjacentes et sessionis locum mosqueæ contiguum non inquinant et conspurcant. Alii sandalia ex pedibus tollunt, et a conspectu suo removent. Novi etiam quod cum mosqueam ingrederis soles mantile tecum gestare quod coram te explicas et extendis ut possis orationi

vacare, et tuis inclinationibus et prostrationibus facies tua non inquinetur. Sed cum tapetibus sit ornata et strata tota mosquea, quæ necessitas adhuc mantilia admovere ut conspurcationis et sordium contaminantium vitetur periculum? Væ vobis pessima dogmata foventibus. Tu qui talia sentis quomodo audes hac importuna et inverecunda petitione vexare Christianos, quærendo quid et quomodo credant? Tota quippe summa salutis animæ vestræ in id tantum resolvitur, nimirum ut dicatur: In nomine Dei miseratoris et misericordis.

A μασγίδιόν σου, τίς ἡ χρεία τοῦ μανδηλίου; οὐαὶ τοῖς κακῶς φρονοῦσι, ὁ τοιαῦτα φρονῶν, πῶς τολμᾷς ἐρωτῆσαι Χριστιανοὺς πῶς πιστεύουσιν; Πάντως τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῆς ψυχῆς σου τοῦτό ἐστιν, ἐν τῷ εἰπεῖν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐλεοῦντος, καὶ τοῦ ἐλεημένου.

Finis vitæ impurissimi Muhammedis.

Τέλος τοῦ βίου τοῦ ἀκαθάρτου Μουχάμετ.

ΚΑΤΑ ΜΩΑΜΕΔ.

CONTRA MUHAMMED.

Contra Saracenos qui dicuntur Ismaelitæ tanquam ab Ismaele originem ducentes. Fuit autem filius Abrahami, quem illi peperit Agar ancilla Sarræ. Ab hac vero Agar dicuntur Agareni. Dicti sunt autem Saraceni, quia, cum Agar domo pulsa per desertum erraret palabunda et Ismaelem filium gestaret, dixerit angelo: Sara domina mea me domo expulit, ut ibi legitur. Saraceni vero ad tempora usque imperatoris Heraclii fuerunt idololatræ et Veneris phosphorique sideris cultores religiosi, quod lingua vernacula vocabant Cabar, quod magnum significat. Istis vero temporibus ortus est inter illos Muhammed propheta, quem ut maximum et adjutorem indefessum deprædicaverunt. Erat vero ipse ex una tribuum Ismaelis. Ille autem fuit Ismael tanquam unus ex Ismaelis posteris. Primogenitum vero habuit Etsarum quem genuit ex Ismaele. Deinde duos alios filios in vitæ et dias luminis auras emisit, Mundarum nimirum, et Schularabiam. Mundaros autem genuit Cuzarum, et Themimanum. Ab illis ortus Muhammed qui talis erat vultu et forma. Erat semi-siccus et aridus, incessu vero et specie plane ridiculus. Adhuc vero in ipsa infantia parentibus orbatus, extrema paupertate obruebatur, et laceris pannis indutus, et plane obscurus, feminæ cuidam viduæ traditus fuit servus, quæ illum genere quodammodo attingebat. Cum autem pueritiæ annos esset prætergressus, factus est servus mercenarius istius viduæ cui Chadigæ nomen erat, feminæ ditissimæ, et opibus affluentissimæ. Quæ cum varia alia suppellectili, multa jumenta alebat et camelos quamplurimos. Horum rector constitutus Muhammed, omnibus viribus tentavit Chadigam dominam suam in amorem sui pellicere. Clam irrepit, cum illa congreditur, et tandem legitime et publice tori socius evasit, et illam uxorem duxit.

Postea mutato consilio Chadigam puduit cum

B Κατὰ Σαρακηνῶν οἱ καλοῦνται Ἰσμαηλῖται μὲν ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰσμαὴλ καταγόμενοι. Υἱὸς δὲ οὗτος ἦν τοῦ Ἀβραάμ, γεννηθεὶς ἐξ Ἄγαρ τῆς παιδίσκης Σάῤῥας. Ἀγαρηνοὶ δὲ ἀπὸ Ἄγαρ τῆς μητρὸς Ἰσμαήλ. Σαρακηνοὶ ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν πρὸς τὸν ἄγγελον, ὅτι ἀπελαθεῖσα παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς ὥδευε κατὰ τὴν ἔρημον ἐπιφερομένη τὸν Ἰσμαήλ, ὅτι Σάῤῥα κυρία με ἀπήλασεν, ὡς ἐκεῖ λέγει. Οἱ Σαρακηνοὶ μὲν μέχρι τῶν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνων εἰδωλολάτρουν προσκυνοῦντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὴ καὶ Χαβὰρ τῇ αὐτῶν γλώττῃ ἐπωνόμαζον. Δηλοῖ δὲ ἡ λέξις αὕτη τὴν μεγάλην. Τότε δὲ προφήτης αὐτοῖς ἀνέστη Μωάμεθ, καὶ αὐτοὶ ἔχοντες αὐτὸν μέγαν καὶ περιβόητον. Οὗτος ἀπὸ μιᾶς τῶν ἐξ Ἰσμαὴλ φυλῶν καταγόμενος. Ἰσμαὴλ C δὲ ἦν οὗτος, ὡς καὶ τοῦ Ἰσμαὴλ τυγχάνων ἀπόγονος. Πρόγονον δὲ εἶχε τὸν Ἥτζαρον ἐκεῖνον, ὃν ἐξ Ἰσμαὴλ ἔτεκε, καὶ εἰς φῶς βίου παρῆξεν δύο υἱούς, τὸν Μούνδαρον καὶ τὸν Σχυλαραβίαν. Ὁ δὲ Μούνδαρος ἀπέτεκεν τὸν Κούσαρον, καὶ τὸν Θεμίμην. Ἐκ τούτων ὁ Μωαμὲδ καταχθείς· τοιοῦτος δὲ ἦν τῇ μορφῇ· ἡμίξηρος, καὶ τὸ εἶδος γελοῖός τε καὶ βαδίσματι. Καὶ κομιδῇ νέος ἀπορφανισθεὶς πένης παντάπασιν ἦν, καὶ ῥακενδυτῶν, καὶ ἀφανὴς ὢν ἐθήτευε παρὰ γυναικὸς χήρας κατὰ γένος αὐτῷ προσηκούσῃ, τὴν παιδικὴν παραμείβων τῆς ἡλικίας μισθωτὸς γίνεται τῆς γυναικὸς ταύτης, ἥτις καὶ Χαδιγὰν ἐπονομαζομένης πλουσίας πάνυ καὶ εὐπορωτάτης, καὶ μετὰ τῆς λοιπῆς περιουσίας καὶ κτήνη πολλὰ κεκτημένη, μεθ' ὧν καὶ καμήλους ὅτι πλείστους. D Ὧν νομεὺς ὁ Μαχούμετ κατέστη. Ἴσχυσεν εἰς ἔρωτα τὴν κυρίαν αὐτοῦ Χαδιγὰν ἀγαγεῖν· ὑπέδυ ταύτην, καὶ συνεγένετο. Καὶ τὸ τέλος κυρίως φανερῶς εἰς γάμου κοινωνίαν ταύτην εἰς γυναῖκα λαμβάνει.

Καὶ πρὸς τοῦτο ἀποτρόπαιον ἡγεῖτο αὐτὸν Χαδιγὰν

A συγκοινωνεῖν τούτῳ οὐ μόνον διὰ τὸ μισθωτὸν εἶναι αὐτῇ τοῦτον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀνείδεος ἦν καὶ ἄμορφος. Καὶ ἐν πολλαῖς τῶν ἡμερῶν κατὰ γῆς κείμενος, καὶ ἀφρὸν ἀποπτύων. Γενόμενος δὲ κύριος τῶν ὑπαρχόντων αὐτῆς πολλάκις ἀπεδήμει κατ' ἐμπορίαν. Καί ποτε παραγενόμενος εἰς Παλαιστίνην συνέτυχεν Ἑβραίοις, εἶτα Ἀρειανοῖς, ἔπειτα καὶ Νεστοριανοῖς. Καὶ δόξας φιλομαθὴς εἶναι, ἀρύσατο ταχέως ἐξ Ἑβραίων μὲν τὴν μοναρχίαν, ἐξ Ἀρειανῶν δὲ Λόγον καὶ Πνεῦμα κτιστὰ, ἀπὸ δὲ Νεστοριανῶν ἀνθρωπολατρείαν. Καὶ σύνθετον ἐξ αὐτῶν θρησκείαν ἑαυτῷ συνεστήσατο· νοσήσαντος δὲ πάλιν αὐτοῦ πάρεσιν μελῶν, ἡ δηλωθεῖσα τούτου γυνὴ σφόδρα ἠνιᾶτο, καὶ ἤσχαλλεν οὐ μόνον ὡς δοῦλον καὶ μισθωτὸν αὐτῆς συναφθεῖσα, ἀλλὰ καὶ ὡς μέγα νόσημα ἔχοντα τὸν γημάμενον. B Ἦν δὲ αὐτοῖς φίλος μοναχός τις ἐξόριστος εἰς ἐκεῖνα τὰ μέρη διὰ τὸ ἑαυτοῦ δόγμα. Οὗτος ἐξ ὑποθήκης τοῦ Μωάμεθ ἐπληροφόρησεν τὴν τούτου σύζυγον, ὡς οὐκέτι κοινὴ νόσος ἐστὶν ἡ κατέχουσα τὸν Μωάμεδ, λέγει πρὸς αὐτὴν ὁ μοναχὸς, ἀλλ' ὁσάκις ἴδοι τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ, μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν φοβερὰν ἐπιφάνειαν εἰς τοῦτο καταπίπτει. Καὶ γὰρ ὁ δηλωθεὶς ἄγγελος, φησὶν, εἰς τοὺς μεγάλους ἀποστέλλεται προφήτας ἀποκαλύπτων αὐτοῖς τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ, καὶ γνώσεις τῶν ἐπομένων. Ἀποστέλλεται δὲ, φησὶ, καὶ πρὸς τὸν Μωαμὲδ ἄνδρα τὸν σὸν, ὡς μέγαν προφήτην.

illo societatem conjugalem fovere et cum illo concumbere, tum quia mercenarius fuerat, tum quia ingratissimæ et turpissimæ erat formæ. Insuper quia singulis fere diebus quasi comitiali morbo correptus, ore spumanti in terram cadebat et jacebat. Bonorum vero uxoris dominus factus sæpissime ad mercaturam exercendam peregre proficiscebatur. Cum in Palæstinam aliquando pervenisset, incidit in Hebræos, deinde in Arianos, postremo in Nestorianos. Cum vero scientiæ cupidus videri vellet, ex Hebræis hausit monarchiam seu unicum esse Deum. Ex Arianis Verbum et Spiritum sanctum esse creaturas, ex Nestorianis hominem, nimirum personam humanam Christi esse adorandam. Et ex istis omnibus complicatam religionem sibi conflavit et composuit. Illo vero iterum laborante membrorum solutione et paralysi, memorata supra uxor vehementer angebatur, et indignabatur, utpote quæ maritum sibi sociaverat non tantum servum et vile mancipium et mercenarium, sed hominem qui morbo acerbissimo vexaretur. Habebant vero monachum quemdam sibi familiarem et amicum, qui propter sua prava dogmata illuc fuerat in exsilium relegatus. Ille deliberato cum Muhammede consilio uxorem Muhammedis ab ista anxietate revocare satagebat, conabaturque persuadere, non vulgari et ordinario morbo cruciari Muhammedem. Sed, inquiebat, quotiescunque videt archangelum Gabrielem, impar tantæ ferendæ vision cadit, et quasi pondere gloriæ obruitur; addebat etiam monachus ille: Mittitur iste angelus ad maximos prophetas ipsis mysteria Dei et futurorum cognitionem revelans; pergebat vero et dicebat: Mittitur idem angelus ad conjugem tuum Muhammedem tanquam ad magnum prophetam.

C Αὐτὴ δὲ πεισθεῖσα τοῖς λεγομένοις, καὶ γενομένη περιχαρὴς τὸν λόγον πεισθεῖσα ἐκήρυττε διαῤῥήδην ταῖς ἄλλαις γυναιξὶν, ὅτι μέγας ἐστὶν προφήτης ὁ Μωαμὲδ, καὶ παρὰ τῷ Θεῷ ἐκλελεγμένος. Καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐκ γυναικῶν εἰς ἄνδρας ὁ λόγος οὗτος διαδοθεὶς ἐκράτησεν, καὶ ηὐξάνθη. Τί γέγονεν; τέθνηκεν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Χαδιγὰ, καὶ κληρονόμον εἰς ἅπαντα αὐτῆς Μωάμεδ, τὸν καὶ Μαχούμετ τῆς περιουσίας αὐτῆς κατέλιπεν, ὃς καὶ κληρονόμη καὶ ταύτης ὄφις ὢν δράκων γέγονεν. Καὶ ἔκτοτε πεπλουτηκὼς τίμιος παρὰ πᾶσιν ἐφαίνετο· δόξα γὰρ ἀπείραντος, ἡ καὶ πλούτῳ προσλάβῃ τὴν οἴησιν μέγα τι δοκεῖ τοῖς ταπεινοῖς καὶ τιμώμενον. Καὶ συλλαβὼν τὰς προῤῥηθείσας κενὰς αὐτοῦ διδασκαλίας ὁ Μωάμεδ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων τὴν μοναρχίαν, ἐκ δὲ τῶν D Ἀρειανῶν τὸ λέγειν τὸν Λόγον καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κτιστὸν, ἐκ δὲ τῶν Νεστοριανῶν τὴν ἀνθρωπολατρείαν. Καὶ πάντα συλλαβὼν ἐδίδαξεν τὸ ᾀδόμενον. Οὕτω δὴ καὶ συγκεράσας καὶ τῷ λαῷ ἐκήρυξεν καὶ ἐκράτυνεν καὶ ὡς προφήτην μέγαν ἐκ Θεοῦ αὐτὸν τιμᾶσθαι τῷ λαῷ παρηγγυήσατο. Γνοὺς δὲ τοὺς Ἰσμαηλίτας τῶν παθῶν εἶναι δούλους, καὶ βοσκητοὺς ἀπημάντους, ἤγουν βοσκηματώδεις, καὶ δούλους ὄντας βρωμάτων, βίβλον οἰκείας νομοθεσίας ἐξέθετο γέμουσαν πάσης ἀκαθάρτου νομοθεσίας, προσφιλῆς αὐτοῖς ἦν, καὶ οὐρανόθεν διὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ κατενεχθῆναι αὐτῷ διεβεβαιώσατο, καὶ δεδογμάτικεν, ταύτην τὴν νομοθεσίαν διδάξας τῷ λαῷ.

Illa vero dictis victa et obtemperans, gaudio maximo perfusa rem totam aliis mulierculis exponebat et enarrabat, quod nimirum Muhammed esset maximus propheta, et a Deo electus. Et hoc modo a feminis ad viros fama ista transiit, tandem obtinuit, et vires acquisivit eundo. Quid factum postea? Chadiga uxor moritur, et omnium bonorum suorum ex asse hæredem constituit et reliquit Muhammedem; qui cum ista pinguissima hæreditate serpens evasisset, tandem factus est draco. Et ab illo tempore dives factus, honorem apud omnes adeptus est. Gloriatio quippe sine fine et quæ apud vulgus opinionem sibi ex opibus conciliat, magnum quid et venerandum videtur abjectis et ex plebe humilioribus. Congerens ergo supra memoratas vanas opiniones, nimirum ex Judæis monarchiam, ex Arianis Verbum Dei et Dei Filium esse creaturam, ex Nestorianis anthropolatriam, ex illis omnibus unam doctrinam conflavit, quam auditoribus gratam et decantatam docuit. Et sic se turbis et populo immiscens, illam prædicavit et propagavit, se tanquam magnum prophetam venditavit, et a populo se fere coli et adorari tandem obtinuit. Cum vero probe novisset Ismaelitas suarum libidinum esse mera mancipia, quia pastores erant minime verendi et exitiosi, et pastoritiam artem tantum exercentes, et escarum ventrisque servi, librum legum sua privata sola auctoritate munitum composuit, plenum omnis

impuræ doctrinæ istis hominibus gratissimæ, illum A cœlo ad se delatum per archangelum Gabrielem asseruit, doctrinam illo contentam medium in vulgus disseminavit, quam Coranum vocavit, id est divinam legem. Sancit vero illa disertis verbis quemlibet Hagarenorum posse sibi quatuor uxores matrimonio copulare, et cum illis publice consuescere, concubinas vero tot quot illi placuerit. Hac autem ratione Agarenos in suum cultum perduxit, illos sua doctrina imbuit monens etiam ut frequentibus inclinationibus indulgerent. Et alia talia docuit quæ in illius libro scripta continentur. Sed et aliquando absolutam legem aliquam fixit, quam voluit vim habere et obtinere.

Habebat quippe amicum nomine Zez cui matrimonio juncta erat uxor formæ elegantissimæ. Illius vero amore accensus Muhammed, voluit illam sibi B uxorem habere, et amicum ad se curavit accersiri, quem talibus verbis adoritur. Nosti, amice, me esse prophetam Dei, nec tuto nec sancte dictis meis fidem et observantiam negari. Scias ergo id quod mihi Deus ipse imperavit. Nimirum ut uxorem tuam dimittas, illamque mihi matrimonio jungam. Quandoquidem vero illum prophetam esse existimabant, et illum admodum probabant, annuit votis et dictis amicus Zez, et ab uxore separatus est quam tradidit uxorem futuram Muhammedis sicut ipse jusserat. Uxores vero primas et numero quatuor habuit: videlicet Zadize, Aise, Zeinep, et Omielteim. Habuit vero filiam nomine Phatmam, quam genero Alim matrimonio locavit. Habuit et duos filios Chousanen et Chousainen. Aderant vero illi et alii symmystæ C et in opere socii et in propaganda doctrina sua successores indefessi. Videlicet Apoupicertas, et Coubiker, et Omar, et Talches, et Opoupacres, et Saduc, et Mausie, et Supeer, et Adelau, et Zeit, et Zeiton, et Zait, et Othman, numero videlicet duodecim. Angelos vero portento miro, et ex rerum colendarum numero esse dictitabat, Aratum scilicet, Maratum, Tsapham et Maruam. Erant vero et prophetæ et apostoli a Muhammede memorati, nimirum Chud, Tsale, seu Salec, Soaip, Edris, Choualciphil, et Loeman ipse cum illis. Post illos jungit quamplurimos alios scriptis Veteris Testamenti notissimos Noachum, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Josephum, Mosen, Jobum, Aaronem, Davidem, Salomonem, Eliam, Jonam, Zachariam patrem Joannis Baptistæ D præcursoris, Jeremiam, Danielem, Melchisedecum, et omnes veteres prophetas et Deo fideles.

Jactabat et sententiam e cœlo se accepisse asserentem, quod Deus quem vult ad bonum flectit, alterius vero cor indurat et reddit immorigerum. Et quod si Deus vellet mutuis bellis homines se non invaderent et lacesserent. Sed quod Deus faciat quæcunque vult, sit causa boni et mali, imperetque fato et fortunæ. Obtrudebat et alia dogmata Ismaelitis, quod nimirum Dominus Deus Jesus Christus, ex Virgine Maria sine semine genitus fuerit per Verbum et Spiritum Dei. Et quod cum infantiæ teneros annos nondum esset supergressus

Καὶ Κουρὰν ταύτην ἐκάλεσεν, τουτέστιν θείαν δηλαδὴ νομοθεσίαν, ῥητῶς διοριζομένην αὐτὴν, τὸν καθένα τῶν Ἀγαρηνῶν ὑπ' ἐξουσίαν ἔχειν τέσσαρσιν γυναιξὶν συγκοινωνεῖν, καὶ ταύταις συνομιλεῖν προφανῶς, παλλακὰς δὲ ἔχειν τὸν καθ' ἕνα, ὅσας ἂν αἱρέτω. Καὶ οὕτως τοὺς Ἀγαρηνοὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ τιμὴν ἤγαγεν, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἐδίδαξεν, καὶ μετανοίας καταγγείλας ποιεῖν. Καὶ τ' ἄλλα τούτων, ὅσα ἐν τῇ βίβλῳ ἐγράψατο. Ἀλλὰ καί ποτε ἁπλῶς ἐκράτυνεν νομοθέτημα.

Φίλον γὰρ εἶχέ τινα Ζὲζ προσηγορευμένον, γυναῖκα ἔχοντα κάλλει ὡραίαν πάνυ, καὶ ταύτης πρὸς ἔρωτα κινηθεὶς, καὶ θελήσας λαβεῖν αὐτὴν ὁμόζυγον, προσεκαλέσατο τοῦτον, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Οἶδας, ὦ ἑταῖρε, ὡς προφήτης ἐγὼ τυγχάνω Θεοῦ, καὶ τὸ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασίν τινα ἀπιστεῖν, οὐχ ὅσιον. Ἴσθι οὖν, ὡς προσέταξέν μοι ὁ Θεὸς, σὲ μὲν ἀπολῦσαι τὴν ἰδίαν γυναῖκα, ἐμὲ δὲ ταύτην λαβεῖν. Ἐπεὶ γοῦν προφήτην εἶχον τοῦτον πάντες, ὡς εἴπομεν, καὶ ἥδοῦντο, κατένευσε τῷ λόγῳ αὐτοῦ ὁ Ζὲζ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐχωρίσθη, καὶ ταύτην ὁ Μαχούμετ προσελάβετο εἰς γυναῖκα, καθὼς εἶπεν. Γυναῖκας δὲ ἔσχεν τὰς πρώτας καὶ ἰδίας αὐτου δ'· ἤγουν τὴν Ζαδιζὲ, καὶ τὴν Ἀϊσὲ, καὶ τὴν Ζεϊνὲπ, καὶ Ὀμειελθείμ. Ἔτεκεν δὲ καὶ θυγατέραν, τὴν Φάτμαν, ἣν καὶ ἐπεγάμβρευσεν ἐπ' αὐτὴν γαμβρὸν τὸν Ἀλείμ. Καὶ υἱοὺς δύο, τὸν Χασάνην, καὶ τὸν Χουσεΐνην. Ἦσαν δὲ καὶ οἱ ἕτεροι συμμύσται, καὶ συνεργοὶ, καὶ διάδοχοι αὐτοῦ. Ἤγουν ὁ Πουπικέρτος, καὶ Κουβίκερ, καὶ Οὐμάρ, καὶ Τάλχης, καὶ ὁ Πουπάκρης, ὁ Σαδοὺκ, καὶ Μαυσιὲ, ὁ Σουπεὴρ, ὁ Ἀδελαῦ, ὁ Ζεῒτ, καὶ ὁ Ζίτων, καὶ Ζαῒτ, καὶ Οὐθμὰν, ἤγουν ιβ'. Ἀγγέλους δὲ τερατεύεσθαι ἐκ τῶν σεβασμάτων εἶναι, τόν τε Ἀρὼθ, καὶ τὸν Μαρὼθ, καὶ Τζάφα, καὶ τὸν Μαρούα. Προφῆται δὲ, καὶ ἀπόστολοι προσαγορευόμενοι παρ' αὐτοῦ τοῦ Μωάμεθ, εἴτουν τὸν Χοὺδ, καὶ Τζάλετ, ἢ Σάλεκ, καὶ τὸν Σουαῒπ, καὶ τὸν Ἐδρὴς, καὶ τὸν Χουαλκιφὶλ, καὶ τὸν Λοημὰν, αὐτὸν μετὰ τούτων. Παρέγει μετ' αὐτοὺς καὶ ἐκ τῆς Παλαιᾶς δῆθεν Γραφῆς, τοῦ τε Νῶε, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰωσὴφ, καὶ Ἰὼβ, καὶ Μωσέως, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Δαβὶδ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Ἠλία, καὶ Ἰωνᾶ, καὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, καὶ Ἱερεμίου, καὶ Δανιὴλ, καὶ Μελχισέδεκ, καὶ πάντας τοὺς ἔκπαλαι προφήτας, καὶ ἐν Θεῷ πιστούς.

Ἄνωθεν ἐπιλαβόμενος δοκῶν τοιάδε λέγουσα, ὅτι ὁ Θεὸς ὃν θέλει ὁδηγεῖ εἰς ἀγαθὸν, ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει· καὶ ὅτι, εἰ ὁ Θεὸς ἤθελεν, οὐκ ἂν ἐπολέμουν ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι. Ἀλλ' αὐτὸς ποιεῖ ὁ Θεὸς ὅπερ βούλεται, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ πονηροῦ αὐτός ἐστιν αἴτιος. Καὶ τύχη καὶ εἱμαρμένη ὑπ' αὐτοῦ ἐστιν. Λέγει δὲ καὶ ἑτέρας διδασκαλίας πρὸς τοὺς Ἰσμαηλίτας, ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς Παρθένου ἄνευ σπορᾶς γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ ἔτι νήπιος ὢν πετεινὰ ἐκ πηλῶν ἐπλαστούργει

καὶ ἐμφυσῶν ἐποίει αὐτὰ ζῶα, καὶ τυφλοὺς ἰᾶτο, καὶ νεκροὺς ἤγειρε. Καὶ ὅτι ἐκ παρακλήσεως τῶν ἀποστόλων ᾐτήσατο τὸν Θεὸν, καὶ κατήνεγκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τράπεζαν, καὶ ἐξέτρεψεν αὐτοὺς, καὶ μάλα λαόν. Καὶ ὅτι οὔτε ἐσταυρώθη, οὔτε κατ' ἀλήθειαν ἀπέθανεν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν μόνην ταῦτα παρὰ τῶν Ἑβραίων ὑπέστη, τοῦτον νομίσαντες ἐσταύρωσαν, ἀλλ' οὔτε τις αὐτοῦ ὅλως οὐχ ἥψατο, ἀλλὰ πρὸς ἀθεΐαν, καὶ ἀπιστίαν, καὶ ἀπανθρωπίαν τοῦτον ἑώρων, ὅσον κατὰ τὰς ἐφικτὰς καὶ δυσωνυμίας αὐτῶν πεπονθότων. Καὶ τοῦτο λέγων, ὅτι ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ· Εἰ ὠνόμασας ἑαυτὸν Θεὸν ἐν τῷ κόσμῳ· ὁ δὲ εἶπεν· Ὦ Ἰωάννη, σὺ εἶπας τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι Υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεός. Ἠρνήσατο, λέγων, ὅτι Σὺ πάντα γινώσκεις, καὶ οἶδας, ὅτι οὐχ ὠνόμασα ἑαυτὸν Θεὸν, B ἢ Υἱόν σου· δοῦλος γάρ σού εἰμι, καὶ οὐχ ὑπερηφανεύομαι τοῦτο καλεῖσθαι. Καὶ ὅτι ὁ Θεὸς ἔλαβεν αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν διὰ τὸ λίαν φιλεῖν αὐτόν. Καὶ ὅτε ἀνῆλθεν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ οὐρανῷ, τότε ἐρωτήθη περὶ αὐτοῦ. Τὸν Χριστὸν οὐ λέγωσιν Υἱὸν Θεοῦ, ἀλλ' ἀπόστολον, καὶ προφήτην, καθότι ὁ Θεὸς, φησὶ, κοινωνὸν οὐχ ἔχει, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες αὐτῷ τὸν Χριστὸν κοινωνὸν, μέλλουσιν κολάζεσθαι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Διότι ὁ Θεὸς κοινωνὸν ἤτοι ὅμοιον οὐχ ἔχει. Ταῦτα τοῦ Μωάμεδ.

A volucres ex luto formaverit, in quas cum insufflasset, incœperunt moveri, sentire et halitu efficacissimo animari et vivificari. Insuper, quod cæcos sanaverit, mortuos excitarit, quod ... apostolorum suorum postulationem Deum rogaverit qui cœlo dimiserit mensam variis dapibus onustam quibus apostolos ipsos et turbas quamplurimas cibaverit et refocillaverit. Quod cruci non fuerit affixus, nec revera ut homo mortuus fuerit, sed ista tantum contigisse secundum apparentiam et speciem, eaque ab Hebræis esse supposita, qui existimarunt in cruce illum ipsum sustulisse et suspendisse. Sed revera nullus illum apprehendit, sed ad illorum impietatem, incredulitatem, inhumanitatem testandam, viderunt illum quantum ex eorum infaustis viribus pendebat, revera patientem. Addit et istud quod cum Jesus ad cœlos pervenisset, Deus ab ipso rogaverit: Quare cum in mundo versabaris, vocavisti te Filium Dei? Ad quæ Jesus: O Joannes, non ego sed tu hoc dixisti, me nimirum esse Deum et Filium Dei. Negavit ergo dicens: O Deus omnia nosti, et optime tibi compertum est me nomen Dei et nomen Filii tui nunquam mihi tribuisse et usurpasse. Sum quippe servus tuus, nec talis me unquam insessit fastus et superbia ut tali titulo nominari me dedignarer. Nec hic finis fabularum, addit quod Deus illum in cœlos evexerit quod vehementi amore illum prosequeretur. Et quod cum Christus in cœlum ascendisset de illo quæstio mota fuerit, quod nimirum Christus non sit Filius Dei dicendus, sed apostolu et propheta, sicut Deus dicit, quod non admittit socium, quicunque vero Christum Dei socium asserere non verentur, in gehenna ignis æterno supplicio sint afficiendi. Deus quippe non habet socium nec parem. Hæc omnia Muhammed de Christo.

Λέγει περὶ τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ἐν ᾗ φησιν, C ὅτι ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ χώματος καὶ σταγόνος, καὶ ἤδελον, καὶ μασήματος, καὶ ὅτι τοῦ ἀνθρώπου πλασθέντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄγγελοι προστάξει Θεοῦ προσεκύνησαν αὐτοῦ. Μόνος δὲ ὁ Βελίαρ οὐκ ἐπείσθη προσκυνῆσαι τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τοῦτο πέπτωκεν. Λέγει περὶ Θεοῦ ὅτι αὐτὸς, Θεὸς ὢν, ἐστὶν ὁ ποιήσας τὰ πάντα, οὔτε ἐγένετο ὅμοιος αὐτοῦ τις, ἀλλ' εἷς Θεὸς ὁλόσφυρος· οὐκ ἐγέννησεν, οὔτ' ἐγεννήθη, ἀλλ' εἷς ἐστιν Θεὸς, καὶ πᾶς ὁ μερίζων αὐτὸν, ἢ ὅμοιον ποιῶν, σωτηρίας οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀφόρητον, καὶ αἰώνιον κόλασιν. Τοιαῦται τοῦ Μωαμὲδ αἱ νομοθεσίαι, ταῦτα νενομοθέτηκεν τῷ λαῷ Ἰσμαήλ. Τὸν γὰρ τόπον τὸν ἐν τῷ Βάκχε, ἤτοι Μῆκε, ἢ Μάκεχ, οἶκον προσευχῆς διωρίσατο εἶναι, καὶ τὰς ἑαυτῶν λατρείας ἐκεῖσε D προσάγειν. Ὅτι καὶ λίθος τῷ τοιούτῳ τόπῳ ἦν ἀνακείμενος ἐν τῷ μέσῳ παμμεγέθης, ὡς ἐπάνωθεν αὐτοῦ τοῦ λίθου λέγεται τῇ Ἀγὰρ ὁμιλήσας ὁ Ἀβραὰμ, ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσας, ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλεν θύειν. Προσέταξεν δὲ τὰς εὐχὰς τοὺς συνερχομένους ἐκεῖσε οὕτως ἐπιπλεῖν. Τὴν μὲν μίαν αὐτῶν χεῖρα πρὸς τὸν λίθον ἐκτείνειν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ οὖς κατέχειν τὸ ἴδιον, καὶ οὕτω κυκλοτερῶς ἑαυτοὺς περιφέρειν, ἕως ἂν πέσωσιν σκοτοδινιάσαντες, καὶ τὴν περιοχὴν αὐτοῦ πᾶσαν ἐπιτηρεῖν, καὶ λίθους ἑπτὰ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπιῤῥίπτειν. Ἵνα δὲ μὴ τὰ ῥήματα τῆς παρ' αὐτοῦ

Asserit vero circa creationem Adami alia cum prioribus absurditate contendentia. Dicit quippe primum hominem factum ex terra, stilla, luto, et quadam materia dentibus et ore contrita. Formato autem, inquit, primo homine, statim omnes advolarunt angeli, qui jubente Deo hominem salutarunt et adorarunt. Solus vero Beliar cum Adamum adorare recusavit, lapsus est et ad Tartara detrusus. De Deo vero asserit quod Deus solus omnia condiderit, nec parem sociumque admittat, et quod, cum sit totus in orbem quasi malleo ductus, nec generet nec generetur. Illum esse plane unicum, et eos qui illum dividunt, et socium illi jungunt, salutis non futuros participes, sed æternarum pœnarum miserandas victimas. Hæ sunt doctrinæ et leges Muhammedis: talia docuit et sancivit apud Ismaelitas. Locum etenim apud illos, nomine Bacchæ vel Macchæ, vel Mechech orationis ædem futuram perpetuam decreto determinavit, et omnem cultum suum illuc dirigere et convertere. Quia nimirum medio in isto loco exstat lapis maximus super quem fama refert Agarem cum Abrahamo rem habuisse, vel ipsum Abrahamum, illi camelum alligasse cum filium suum Isaacum esset immolaturus. Voluit vero omnes illuc confluentes et contendentes ad orationes habendas, hoc ritu illas fundere. Jussit primo unam manuum ad lapidem istum porrigere et extendere, altera vero suam propriam auriculam corripere et comprehen-

dere, postea in orbem selpsos circumagere, donec vertigine et quasi cæcitate percussi, in terram ruant et cadant. Jussit et omne id quod in suis mandatis vel oratione sua continebatur observari et septem lapides contra Christianos projici et excuti; ne vero verba orationis quam omnibus addiscendam et deblaterandam tradiderat et decreverat, non facile audiri et memoriæ mandari possent, illa ipsa scripto consignari curavit Muhammed, et ad majorem informationem orationem tradidit quæ sic habet. Ala Ala Ouakoubar, Ala Koubar. Hæc verba multoties ingeminant.

A ὁρισθείσης προσευχῆς ἐπιτελεῖσθαι, ὡς εἴρηται, ὦσιν ἀνήκουστα, κἀκεῖνα γραφῇ παραδοτέον, πρὸς πλείονα διδασκαλίαν αὐτοῦ Μαχούμετ, καὶ προσευχὴν ἔχουσαν οὕτως· Ἀλὰ, Ἀλὰ οὐακοὺβ, Ἀλὰ κουβάρ. Ταῦτα λέγονται πλειστάκις.

Notat vero Ala et koubar, Deum magnum, va autem notat maximum. Inter ea vero quæ docuit et istud memorabatur, quod aliquando camelus femina exstiterit Deo devota et sacra, magnitudinis et latitudinis prorsus ingentis, quæ preces ad cœlum fundebat, ipsa spatio circiter duarum horarum, efflorescente luce splendens et coruscans. Illam vero Agareni primum lacte alere solebant, sed contigit ut a quibusdam illic commorantibus interficeretur, unde a Deo rejecti et reprobati fuerunt. Illius vero parvulus camelus boatu et clamore cœlos lacessens opem phosphori imploravit, a quo, ut dicitur, in cœlum raptus fuerit. Nam dictum est illos colere phosphorum seu astrum matutinum seu Venerem. quam lingua Arabica vocant væ, id est magna. Muhammed vero Christianos contemnens et flocci faciens, vocat abnegatores et associatores, et in istam doctrinam et viam perduxit Saracenos, et vocavit doctrinam et viam Dei, lanienas Christianorum, et bella quibus Christianos solent vastare et lacessere. Hagarenos vero in istis bellis occumbentes, filios Dei esse asseruit, et fideles, et dignos qui omnibus paradisi voluptatibus cumulentur. Inter alia hoc et docuit Muhammed, quod si non sit ad manum parata aqua, usurpari possit terra, sed terra tenuis et subtilissima qua loco aquæ oculi, vultus, manus terantur et defricentur. Hoc et addidit Muhammed se nimirum esse paradisi quasi ostiarium, et illius clavium usum a suo pendere arbitrio.

Talis vero, secundum illum, est paradisus: in illo sunt quatuor flumina aquæ limpidissimæ, lactis dulcissimi, vini suavissimi, et mellis defæcatissimi et mirabili colatura, ab omni materia crassiori purgatissimi. Futura quadam die quam Deus fixit et determinavit, ad quinquaginta annorum myriadas omnes Saracenos illuc esse transportandos, et ibi vitam amœnissimam transacturos, cum propriis uxoribus eodem numero quot viventes in hac terra uxores aluerunt. Ibi sub umbra et tegmine arborum quarumdam quæ dicuntur Sidre et Talech, suavissimos fructus comesturos, avibus cantu suo suavissimo eorum aures mulcentibus. Ora proluturos vino ex fonte Caphura, et a fonte Zonziber qui dicitur Salsabila. Et vinum propinaturos ex fonte qui dicitur Thesnim. Illorum vero staturam futuram celsissimam, masculorum quidem, feminarum vero quadraginta cubitorum. Insatiabili vero libidine inter se coituros, quia istorum congressuum Deum ipsum non pudet nec illi sunt fastidio. Introducendas vero in paradisum asserit Muhammed septua-

Σημαίνει δὲ τὸ μὲν Ἀλὰ, καὶ τὸ κουβὰρ μειζονδεά, τὸ δὲ οὐὰ μέγιστον. Ἐδίδαξεν δὲ αὐτὸς, ὅτι κάμηλον θήλειαν τοῦ Θεοῦ ἱερὰν οὖσαν γενέσθαι μεγάλῳ μήκει τε, καὶ πλάτει· ἥτις τε καὶ εὐχὰς πρὸς οὐρανὸν ἐπετέλει ἐπιαυγαζομένη μέσον δύο ὡρῶν ἑξῆς. Καὶ οἱ πρώην Ἀγαρηνοὶ ἐγαλουχοῦντο. B Ταύτην, ὡς ἐλέγετο, φονευθῆναι κακῶς παρὰ τῶν τηνικαῦτα ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο ἀμύνασθαι αὐτοὺς ὁ Θεός· τὸ καμηλόνιον αὐτῆς βοάζον, καὶ τὸν ἑωσφόρον ἐπεκαλεῖτο εἰς βοήθειαν, ὁ δὲ προσελάβετο τοῦτο εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς εἴρηται, παρ' αὐτῷ, ὥς φησι, τὰ ἔκπαλαι τῷ πρωϊνῷ ἄστρῳ, ἤγουν τῷ ἑωσφόρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν κατὰ τῶν Ἀῤῥάβων γλῶσσαν ὀνομάζουσι, τοῦτ' ἔστιν μεγάλη. Ὀνειδίζων τοὺς Χριστιανοὺς ἀρνητὰς ὀνομάζει, καὶ ἑτεριστὰς, καὶ διεγείρει τοὺς Σαρακηνοὺς εἰς τὴν ὁδὸν ταύτην, καὶ τὴν σφαγὴν ὁδὸν Θεοῦ ὀνομάζει, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν πόλεμον, καὶ τοὺς ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ ἀποθνήσκοντας Ἀγαρηνοὺς υἱοὺς Θεοῦ, καὶ ἀξίους τοῦ παραδείσου καλῶν, καὶ πιστοὺς ἐν Θεῷ. C Ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὁ Μωάμεδ, ἐν οἷς καὶ τοῦτο, ἐὰν μὴ εὑρίσκουσιν ἐξ ἑτοίμου ὕδωρ, λαμβάνωσιν χοῦν ἀντὶ ὕδωρ, χοῦν λεπτόν. Καὶ μετ' αὐτοῦ τρίβωσιν τὰς ὄψεις, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀντὶ ὕδωρ. Προστίθησιν δὲ ἢ τοῦτο ὁ Μαχούμεδ, ὃς αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ παραδείσου τὰς κλεῖς κατέχων.

Τοιοῦτος δὲ, λέγει, ἦν ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ λέγει τέσσαρας εἶναι ποταμοὺς ἐξ ὕδατος ἀθολώτου, καὶ γάλακτος μὴ ἀλλάσσοντος τὸν νόστον αὐτοῦ, καὶ οἴνου ἡδέος, καὶ μέλιτος ὑλιστοῦ. Καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν, ἣν περὶ ὁ Θεὸς ὁρίζει εἰς πεντήκοντα χιλιάδας ἐτῶν διάγειν ἐν αὐτῷ τοὺς Σαρα- D κηνοὺς μετὰ τῶν ἰδίων γυναικῶν ὅσας εἶχεν ἕκαστος ἔτι ζῶν, καὶ ὑπὸ σκιάν τινων δένδρων τοῦ παραδείσου, ἃ καλεῖται Σίδρη καὶ Τάλεχ, ὀπώραν ἐσθίοντες, καὶ ὀρνέων· πίνοντες ἀπὸ Καφουρὰ πηγῆς, καὶ ἀπὸ Ζογγίβερ πηγῆς, ὀνομασμένης Σαλσάβιλα· καὶ οἶνον προσφερομένους, ὃν τὸ κέρασμα ἐκ πηγῆς Θεσνεΐμ. Ὧν αἱ ἡλικίαι οὐρανομήκεις ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν τεσσαράκοντα πήχεις, συνουσιαζόντων ἀκορέστως, φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ αἰσχύνεται τοῦτο· εἰσάξει δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἑβδομήκοντα χιλιάδας δικαίων, τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς κριθήσεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πιττακίων εἰς τοὺς τραχήλους αὐτῶν περιτιθεμένων, οὕτως εἰσελεύσεσθαι καὶ τούτους εἰς τὸν παράδεισόν φησιν, ὀνομαζομένους ἀπελευθέρους τοῦ Μωάμεδ. Καὶ ἵνα μὴ ὁ παράδε-

σος ἔμπλεως φέρον τι, τοὺς Σαμαρίτας ἐφιστᾷ τούτων, κἀκεῖσε δουλεύειν ἀκαταπαύστῳ λατρείᾳ.

A ginta myriadas justorum. Peccatores vero quosdam a Deo judicandos, qui pittaciis quibusdam ex collo pendentibus sint distinguendi, et in paradisum introducendi, et liberti Muhammedis nominandi. Et ne paradisus sordibus impleatur, Samaritas asserit ibi sistendos, qui illis serviant et indesinenti labore purgandis sordibus occupentur.

Καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως ὁ μὲν Μωϋσῆς μέλλει κολάζεσθαι ὡς παραβάτης νόμου. Καὶ εἰς πῦρ βληθήσεται πᾶς ὁ λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν ὡς πολλὰ δοξάσας αὐτοὺς ὁ Θεὸς, κἀκεῖνοι μὴ πεισθέντες, παραβάντες τὸν νόμον μέλλουσι κολασθῆναι αἰωνίως καὶ εἰς πῦρ ἐμβληθῆναι πᾶς ὁ λαὸς Ἰσραήλ. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ καὶ αὐτοὶ κολάσει παραδοθήσονται, ὡς καλέσαντες τὸν Χριστὸν Θεὸν σεσαρκωμένον, αὐτὸν δὲ ἀπεφήνατο σωτηρίας ἀξιωθῆναι, καὶ οἱ Ἀγαρηνοί. Τοιαῦτα τοῦ Μαχούμετ τὰ διδάγματα, B τοιαῦτα αὐτοῦ τὰ σοφίσματα. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, πᾶς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν συνήχθη ἑσμὸς, καὶ βαρβαρικὸν θρῆνον ἅπαντες πεποιήκεσαν, οὕτω τοῦτον λάρνακι μαρμαρίνῳ ποιήσαντες ἐπέθηκαν. Ὁ οὖν νόμος τῶν Ἰσμαηλιτῶν ὁ ὀνομαζόμενος Κοῤῥὰν, ὁ καὶ παρὰ τοῦ Μαχούμετ δοθεὶς οὐχ ἐτέθη παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑτέρων τινῶν, τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Ἀλῆ, καὶ ἄλλων ἑπτὰ, τοῦ Ναφὲ, Ἐὸν, Ὀμὰρ, Ἐλρεσὰρ, Ἀσὴρ, υἱοῦ τοῦ Χετὴρ, καὶ υἱοῦ τοῦ Ἀμέρ. Λαβόντων τοίνυν τῶν μὲν τοῦτον, τῶν δὲ ἐκεῖνον, καὶ βουλομένων ἑκάστων στῆσαι τὸν ἴδιον, μετὰ θάνατον τοῦ τε Ἀλῆ καὶ τοῦ Μωάμεθ, στάσεις, καὶ φιλονεικίαι, καὶ πόλεμοι, καὶ χύσεις αἱμάτων μέσον τῶν διαδόχων αὐτῶν ἐμεσολάβησαν. C Ἀλλὰ τὴν σήμερον οἱ μὲν πρὸς ἀλλήλους πόλεμοι ἔπαυσαν, ἡ δὲ διάστασις, καὶ διαίρεσις ἐπεκράτησε, καὶ δέχονται οἱ μὲν τόνδε, οἱ δὲ τόνδε.

Die autem judicii extremi contendit Muhammed, Mosen pœnis obnoxium futurum ut transgressorem legis, Israelitas vero in ignem detrudendos, quod Deus illos multa docuerit quibus cum fuerint increduli et immorigeri, æternis suppliciis et igne inexstinguibili cruciari debeant omnes Israelitæ. Christianos autem gravissima etiam pœna affligendos, quod Christum vocaverint Deum incarnatum. Ipsum vero Christum salutem consecutum asserit, quod et censent ipsi Agareni. Talia fuerunt dogmata, imposturæ et sophismata Muhammedis, qui cum tandem fato cessisset, et mortuus esset, omnibus Agarenis tanquam agminibus factis concurrentibus et confluentibus, barbaro luctu et funere illum sunt prosecuti, illumque sepulcro et arcæ marmoreæ condidere. Lex ergo Ismaelitarum quæ vocatur Coranus et quæ a Muhammede tradita dicitur, non ab illo solo fuit exposita et enarrata, sed a quibusdam aliis, nimirum Ali Muhammedis genero et a septem aliis, nempe a Naphe, ab Eon, ab Omar, ab Elresar, ab Aser, a filio Cheter, et a filio Amer. Alii vero huic, alii vero alteri adhærere volentibus, et post mortem Ali et Muhammedis, singulis suum proprium doctorem promovere contendentibus, seditiones, invidiæ, rixæ, bella cruentissima exorta sunt inter successores. Hoc quidem tempore bella cessarunt, sed semper grassantur divisiones et dissidia, et alii hunc, alii alterum pertinaciter sequuntur.

Εἰς τὸ ἑξακοσιοστὸν κϛ' ἔτος ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως ἐφάνη ὁ Μωάμεθ πεντεκαιδεκάτῳ βασιλεύοντος Ἡρακλείου, ἐπὶ τοῦ Χοσρόου, ὅτε ἡττήθη ὑπὸ Ἡρακλείου. Προσεκολλήθη δὲ τῷ Μαχούμετ τις Ἰακωβίτης ὀνόματι Βαειρὰ, ἐπεὶ αὐτὸς ἰδιώτης ἦν, καὶ ἀγράμματος· ὕστερον δὲ ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ Μαχούμετ τὸν Ἰακωβίτην. Ἀλλὰ καὶ Ἰουδαῖοί τινες, Φινεὲς, καὶ Αὐδιὰ ὀνόματι Σαλὼν, μετὰ ταῦτα δὲ Αὐδαλλὰ εἰρημένος, καὶ Σελὲμ, οἳ καὶ γεγόνασι Σαῤῥακηνοί. D Καί τινες Νεστοριανοὶ μάλιστα κοινωνοῦσι Σαῤῥακηνοῖς λέγοντες μὴ Θεὸν γεγενῆσθαι ἐκ τῆς Μαρίας Παρθένου, ἀλλ' αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ τότε συνέθηκεν ὁ Μωάμεθ τινὰ νόμου τρόπῳ διὰ τῶν ἑτέρων λαμβάνων τινὰ μὲν ἐκ τῆς Παλαιᾶς, τινὰ δὲ ἐκ τῆς Καινῆς Διαθήκης. Οὐ μὴν τότε ὁ λαὸς εἴχετο Ἀλκοράνου, ὁ δὲ Ἀλῆς ἦν υἱὸς τοῦ Ἀβιτελέμ.

Anno sexcentesimo vicesimo sexto Incarnationis ortus est Muhammed, decimo quinto anno imperatoris Heraclii, sub Chosroe, cum hic ab Heraclio bello victus et superatus fuit. Socium autem se Muhammedi junxit monachus quidam Jacobita, cui Bairæ nomen erat, quia ille idiota erat et litterarum plane rudis. Cum vero diu inter se mutuis officiis amicitiam coluissent, tandem illum interemit Muhammedes. Sed et Judæi quidam ut Phinees et Audia qui vocabatur Salon, socias manus Muhammedi tradiderunt. Post illos autem, Abdalla et Salem gente Saraceni illius partes secuti sunt. Et quidem etiam Nestoriani qui revera cum Saracenis gemina sentiunt, asserentes Deum non natum ex Virgine Maria, sed tantum Jesum Christum. Et tunc composuit Muhammed aliquam legis formam et rationem, quædam ex aliis decerpens et in unum colligens. Nam revera quædam congessit ex Veteri Testamento, quædam autem ex Novo. Tunc vero populus nondum habebat Alcoranum, sed illum postea habuit ab Ali qui fuit filius Abitelem.

Μῆνες τῆς σελήνης, παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς. Μαΐος ἀρχή.

Σαβάλα, Σιλκαντὲ, Σιλχιτζὲ, Μουχερὲμ, Σεφὲρ, Ῥεμβιουλέβελ, Ῥεμβιουλαχὶλ, Τζουμαζὶ Ἐλεβὲλ, Τζουμαζὶ Ἐλαχὶρ, Ῥετζὲπ, Σαμπὰν, Ῥάμαζαν.

Nomina mensium lunæ, apud Agarenos. Maius principium anni.

Sabala, Silcante, Silchitse, Mucherem, Sepher, Rembioulebel, Rembioulachil, Tsoumazi Elebel, Tsoumazi Elachil, Retsep, Sampan, Ramazan.

INDICES ANALYTICI.

I.

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM QUÆ IN PHOTII *BIBLIOTHECA* REPERIUNTUR.

Revocatur lector ad numeros grandiores textui Latino intermistos.

A.

D

E

F

I

P

Q

R

U

V

X

Z

II.

INDEX ANALYTICUS

RERUM NOTABILIORUM QUÆ IN *SYNTAGMATE* INVENIUNTUR.

Revocatur lector ad numeros crassiores textui Latino insertos.

A

B

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

PHOTIUS PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS.

PETRUS SICULUS, ET PETRUS, ARGORUM EPISCOPUS.

BARTHOLOMÆUS, EDESSENUS MONACHUS.

FINIS TOMI CENTESIMI QUARTI.

EDITORIS PROFESSIO FIDEI.

Hunc igitur *Cursum Patrologiæ Completum*, cum tota prostrati animi demissione, Sanctæ Sedis judicio libens submitto; et si quid, vel immodica celeritate abreptus, vel scientiæ infirmitate delusus, vel immensa millium arduarumque rerum copia distractus, sanctum dogma, sanctam moralem, sanctam disciplinam tantisper lædens, inscius certe non ultroneus, ediderim, totum istud heterodoxum absque misericordia cito sit anathema. Quæcumque autem in operibus meis approbaverit Pius nonus, festinus approbo; quæcumque ut minus recte sonantia damnaverit, damno: quia scientia mea coram scientia Domini mei, Doctoris mei, Judicis mei, tanquam lucernula coram sole meridiano evanescit. Ego enim, ut quivis omnimode Catholicus, sanctam Ecclesiam Romanam, cujus summus Pontifex visibile solus est et immediate caput, sub Christo invisibili capite, profiteor esse matrem dominamque omnium Ecclesiarum, centrum unitatis, fontem omnis jurisdictionis, interpretem omnis veritatis, normam omnis justitiæ, judicem omnis controversiæ, custodem infallibilem et indefectibilem doctrinæ sanctæ; ex his autem quibus pollet Ecclesia titulis, ipsa decus et potestatem adipiscitur, mihi vero totidem protinus incumbunt officia.

Si enim mater est Ecclesiarum quæ ipsæ parturientes et fecundæ sunt oves, quanto magis et mater est mei, inter agnellos infirmissimi, nihil ex me meisque viribus creare valentis! Imo illa mihi mater est præ cæteris matribus; nati siquidem qui matre indiguerunt ut in lucem venirent, labentibus annis corroborati, suis necessitatibus abunde suppetere possunt; ego vero nec sine ea nasci, nec sine ea vivere queo; vitis enim est gemmam suam germinans et nutriens; quocumque momento ab ejus vita vita mea discesserit, pereo, perii. Cum vero mater mea sit, oportet ut quasi infantulus nomen ejus semper in ore, bonum ejus semper in mente, amorem ejus semper in corde feram, illius lætitiis lætus, illius doloribus dolens.

Si omnium domina est Ecclesiarum, quanto magis est humillimi domina sacerdotis! Hujus ergo præceptis impulsibusque docilem me præstare debeo, solius ejus scientiæ sciens, solius ejus sapientiæ sapiens.

Si centrum est unitatis, nusquam alio centrum illud mihi investigandum, ac propterea omne prorsus abjicere debeo quod me ab ea sejungit, omnique adhærere quod ei adhæret. Extra eam scilicet omnes, vel schismatici frangunt unitatem, vel hæretici quamdam veritatem abnegant; aut erroris alicujus venenum diffundunt.

Si omnis jurisdictionis fons est, memetipsum non possum mittere; cum ea debeo consociari, nec ullam mihi veram potestatem creditam arbitrari, nisi quam ipsa *mediate* vel *immediate* commiserit.

Si omnis est veritatis interpres, meas omnes cogitationes ipsi submittere debeo, ideoque tanquam verum credere et amplecti quod illa verum pronuntiarit; falsum vero habere et abominari, quod tanquam falsum exploderit vel nota affecerit.

Si omnis est justitiæ regula, omnes illi actiones meas debeo subjicere, ac tanquam bonum approbare quod ipsa bonum declaraverit, malum autem repudiare quod ipsa malum edixerit.

Si omnis controversiæ judex est, omnes meas difficultates ejus pedibus debeo substernere; omnemque rem quamlibet claram, certam ac definitam agnoscere, statim ut illa pronuntiaverit. *Roma locuta est, causa finita est.*

Si divini fidei moralisque depositi custos infallibilis est, credere debeo omnes quas tulit approbationis sententias justas esse, omniaque doctrinalium damnationum decreta quæ condidit, meritissima. Eam insuper solam audire debeo, quoniam ipsa sola, seu dubitantis animi cruciatus comprimens, seu errantis ingenii nubes discutiens, intellectus mei instabiles motus sistere potest, si omne quod credendum docet crediderim, quia omne quod verum est credam; ipsaque sola pacem cordi meo infundere, omnem scilicet ab eo remorsus ac stimuli possibilitatem amovendo, si omne quod agendum præscribit egerim, quia omne quod bonum est agam.

Si indefectibilis est, non inter ista versatur quæ vitæ mortisque vices per recentiora decem et novem sæcula subierunt; econtra fixum animis esse debet omne quod extra Ecclesiam vivit morti esse obnoxium, quantumvis exteriori sanitatis specie diuturnitatem longævitatemque ominetur.

O sancta Romana Ecclesia! qualem te Christus stabilivit, titulisque et prærogativis honestavit, ita in religione necessariam te profiteor, ut nisi divinitus exstares, creanda ab hominibus esses, spirituum orbem regendi et componendi causa. Tibi ex præcordiis inhærendum; et, eo quod sis, gratiæ Deo litandæ sunt in perpetuum.

O sancta Romana Ecclesia! quotquot, post Christum, edidisti oracula typis celebrare jamjam gestio speroque, ut apprime noscat orbis universus quanta, in omni tempore, sapientia, doctrina, providentia sanctitateque eminueris.

O sancta Romana Ecclesia! si te verbo quolibet unquam lædere audeam, adhæreat lingua mea faucibus meis, quippe matricida foret; et si quid adversus te dextera mea delineare audeat, arescat et oblivioni detur, quippe matricida etiam foret.

O sancta Romana Ecclesia! quotiescumque aliquid de te faustum audio, nempe populum quemdam qui sedebat in umbra mortis ad lumen tuum accessisse, vel magni nominis peccatorem in gratiam tecum rediisse, vel scriptorem quemdam impium iisdem quibus antea te lacessiverat armis, amicum nunc te adjuvare, tunc dilatatur cor meum ac gaudio superabundat. Econtra, si quis te calumniis aut facinorosis operibus insectatur, si quis te deserit, immenso dolore affligor; sed te eo majori veneratione eoque magis filiali amore prosequor quo te sæviores appetunt injuriæ, aut molestiores attingunt proditiones; eo arctiori vinculo tibi adhæreo, quo insolentius tua potestas contemnitur; quia spretæ dignitatis sublimitati accedit magni decus infortunii, sacraque nobilium in te corona ærumnarum. Plagas tuas osculis operio et lacrymis irrigo, ex illisque spero, sicut olim e cruore martyrum, emergas patientia gloriaque eminentior. Quid tibi persecutiones, quid proditiones, quid calumniæ, quid apostasiæ, nisi coram sole nebulæ? Aliquantisper fulgorem ejus obscurare videntur; intactum vero ab his inviolatumque sidus procedit, tanquam sponsus e thalamo. In te senilis majestas juvenili robori sociatur, quia Fundatoris tui ad exemplum, forma enites semper antiqua semperque nova.

O sancta Romana Ecclesia! quid de te sentiam aperui, intima mea tibi patent; gaudebo et sufficit mihi, si, quamvis ex me ipso nec scientem nec sapientem, in agendo me stimulaverint pura causa, et purus finis, gloria nempe Dei ac Virginis immaculatæ, tuique bonum, et Cleri catholici decus.

Et sic me adjuvet Deus Optimus Maximus, tueatur immaculata Virgo Maria, aspectu excitet Ecclesia, exoptetque Clerus ut alios omnes sanctæ doctrinæ ramos, instar biblicorum, patrologicorum, theologicorum, oratoriorum, apologeticorum, historicorum, etc., magis ac magis fauste indefessus excolam!

L. MIGNE.

Parisiis, — Ex typis L. Migne.